PRO SCIENTIA POPULIQUE SALUTE

LIBRARY OF
THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN

PURCHASED 1923 FROM
GENEVA BOTANICAL GARDEN

Septemb 1897 R. W. Gibson Invt

C69

# HERBARIUM PEDEMONTANUM

CURANTE

ALOYSIO COLLA

Vol. I.

TAURINI
EX REGIO TYPOGRAPHOEO
1833

TURIN

Chez
Louis et François Pic, Libraires de l'Académie Royale des Sciences, sous les Arcades de la Foire.
Joseph Pomba, Libraire sous les Arcades de la Foire, au coin de la rue du Pô.

# HERBARIUM
# PEDEMONTANUM

JUXTA

## METHODUM NATURALEM DISPOSITUM

ADDITIS NONNULLIS STIRPIBUS EXOTICIS

AD UNIVERSOS EJUSDEM METHODI ORDINES EXHIBENDOS

CURANTE


**ALOYSIO COLLA**

AMPLISS. JURISCONSULT. COLLEG. R. TAURIN. UNIVERSIT. COOPTATO - R. SCIENTIAR. ACAD. ET R. SOCIET. AGRICULT. TAURINENS. SOCIO - SOCIET. NAT. SCRUT. HELVET. - SOCIET. LINN. PARISIENS. - SOCIET. IMP. R. PATRIOT. ŒCONOM. BOHEM. - ACAD. SCIENT. NAT. PHILADELPH. - R. SOCIET. AGRAR. ET ŒCONOM. CALAR. - R. ACADEM. SCIENT. LITTER. ET ART. LUGDUN. - I. ET R. ACADEM. ŒCONOM. AGRAR. FLORENT. - SOCIET. MEDICO-BOTAN. LONDIN. - R. BOTANIC. SOCIET. RATISBON. - R. SOCIET. BORBON. ACAD. SCIENT. NEAPOL. - ACADEM. SCIENT. BONON. SODALI ETC. ETC.


## VOL. I.

SISTENS THALAMIFLORAS


LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN



AUGUSTÆ TAURINORUM

EX TYPIS REGIIS

1833

+QK352
.C58
V.1

# *BOTANICES STUDIOSI!*

LIBRARY NEW YORK BOTANICAL GARDEN

*En vobis, Botanices studiosi dilectissimi, elementa quibus uno tempore et universos naturalis methodi ordines, et fere omnes stirpes cismarinas nostras regiones colentes dignoscere valeatis. Ite nunc, strenui studiosi; editiores montes, profundas valles, amœnas planities, paludosas plagas, densa nemora, incultas terras peragite, percurrite, scrutaminor: summas, quæ in Pedemontio multæ sunt, altitudines, mediasque et infimas a Mediterranei superficie diligentissime dimetimini; loca præcisiora, quibus ejusdem stirpis varietates sæpe crescunt, atque Botanicos non raro in errorem ducunt, sedulo adnotate; humi*

Geneva Botan. Garden
AUG 7 - 1923

*substantiam, naturam atque compositionem expendite; omnia colligite. Sic menda nostra corrigantur, mancis suppleatur, ac Floram tandem Pedemontanam præsenti scientiæ conditioni omnino consonam laboribus studioque vestro Patria nostra consequatur. Iter vobis aperui; sit vobis firmitas corporis, mens sana, constans voluntas, tenax propositum.*

Dabam Aug. Taurin. 15. novembr. 1833.

A. Colla.

# PRÆFATIO

Celeberrimi Allionii *Floram Pedemontanam* plurimis numeris esse absolvendam, nemo est inter Botanicos qui in dubium revocet.

Et 1.º methodum ab ipso statutam non tantum obscuram esse et imperfectam, sed insuper a sexuali *Linnæana* inter artificiales suprema, æque ac a *naturali* valde recedere, palam est.

2.º Si novas vel dubias stirpes a cl. Auctore determinatas excipias, ceteræ descriptione prorsus carent.

3.º Postquam editum fuit egregium opus illud, permultæ stirpes in regionibus pedemontanis de-

pria herbaria votis meis aperuerunt (1), quibus omnibus ob tantam erga me munificentiam publicas hic gratias ago.

Stirpes pedemontanæ ita dispositæ quamquam plurimos naturales ordines a recentioribus Botanicis ac præsertim a cl: Candolleo statutos comprehendebant, attamen universæ ejusdem methodi notiones studiosis neutiquam præbere poterant ob multas quæ necessario subsistunt lacunas inter ordines ipsos ex defectu stirpium ad certos ordines pertinentium.

Hocce vitium nemo vitare valet in quacumque Flora particulari; natura enim ita stirpes per orbem distribuit, ut nulla in regione aliquæ saltem uniuscujusque ordinis inveniantur; eidem defectui supplere igitur aliter datum non est, nisi omnium ordinum characteres essentiales exponantur, et aliquod exemplum ope exoticarum plantarum præbeatur; tunc solum quamdam utilitatem tyronibus præsertim opus quodcumque particulare sensu meo afferre poterit.

---

(1) Typi plantarum Allionii jam penes Balbisium sistentes aliquot modo in H. R. Botanico, curante cl. Professore Morisio, cum proprio ditissimoque ejusdem Balbisii herbario servantur; herbarium Birolianum ad R. Scientiarum Academiam ex dono Civitatis Novariæ pertinet; Allionii atque Bellardii herbaria ab egregio Matthæo Bonafoux de re agraria optime merito nunc possidentur.

Herbarium nostrum, præter stirpes pedemontanas, plures exoticas enumerat, inter quas nonnullas novas vel rarissimas 25 circiter annorum spatio summa qua potui diligentia vel in horto ripulensi meo cultas, vel benignitate eximiorum Botanicorum colligere valui. Et, ut de aliis sileam, inter hujusmodi largitores primario loco sunt cll. Tenore, Gussone, Bertoloni, Savi, Naccari, Visiani pro plantis italicis et dalmaticis; Fischer pro rossicis, caucasicis, armenis; Martius pro brasiliensibus speciatim; Schultes pro germanicis præsertim; memoratus Savi pro ægyptiacis, Berterus pro antillicis et chilensibus; laudatus Morisius pro sardois (1), qui omnes plures etiam stirpes nondum determinatas cum innumeris satis cognitis nobis benevole communicarunt.

In hisce rerum adjunctis, quum nemo adhuc inter summos italicos Botanicos naturalem methodum ex professo amplexus fuerit in sagacissimis ceterum eorum operibus, si quasdam excipias generales notiones, vel particulares elencos (2), at-

---

(1) Stirpes sardoæ enumeratæ in elencis cl. Auctoris proprie non comprehenduntur in *Flora Pedemontana* quæ cismarinas tantum referre debet. Particularis *Flora Sardoa* mox lucem videbit cura memorati strenuissimi Professoris. Interea tamen species in elencis contentas hic non omisi.

(2) Consule inter alios cl. Savi *Scielta di generi di piante ecc. Pisa* 1826; et cl. Morisium *Stirp. Sardoar. elenc. fasc.* 2. *Carali* 1827; *et fasc.* 3. *Taurin.* 1829.

que ne in posterum quorumdam insignium Scriptorum injustas forsan reprehensiones Botanici nostrates mereantur (1), operæ pretium existimavi *plantis pedemontanis juxta methodum naturalem dispositis nonnullas exoticas addere, ut universi ejusdem methodi ordines innotescant.*

Hoc modo opus nostrum sequentes utilitates afferre posse videtur.

Et 1.° Universa methodi naturalis elementa sat erunt comperta ex characterum uniuscujusque divisionis expositione, ut quisque ope comparationis cum methodis artificialibus de ejus pretio judicare facillime queat.

2.° Stirpes omnes, vel fere omnes, si quæ omissæ fuerint, in regionibus Principis nostri imperio modo subjectis sponte nascentes unusquisque dignoscere poterit, atque ex præfinita loci natalis indicatione easdem confestim invenire.

3.° Rudimenta idonea opus præsefert quibus novam Floram Pedemontanam præsenti scientiæ statui accommodatam Botanici nostri tandem publici juris facere possint.

4.° Denique permultas stirpes novas vel saltem valde dubias tum indigenas cum præsertim exo-

---

(1) » Les Botanistes italiens, tous occupés de l'histoire des plantes » de leur propre pays, et qu'on peut regretter de ne pas compter » parmi ceux qui étendent le champ de la Botanique générale etc. » *DC. Notices sur les progrès de la Botanique pendant l'année* 1832. *Bibliot. univ. Janv.* 1833.

ticas in amabilis scientiæ incrementum lectores nostri quodammodo illustratas habebunt.

Ut hæc omnia consequeremur, hanc rationem secuti sumus.

*Distributionem methodicam*, paucis mutatis resecatis vel adjectis, Candolleanæ conformavi, utpotequæ ob ejus pretium jure meritoque Botanicorum consensu ceteris excellat.

*Characteres* uniuscujusque divisionis compendioso modo exponam ad nimis fastidiosam prolixitudinem vitandam; quæ desunt quisque consulere potest in laudati Auctoris aliorumque Botanicorum scripturis a me apposito loco citatis.

Post characteres ordinum sistit brevis *observatio* præsertim circa habitum plantarum et numerum generum ad illos pertinentium juxta diversum recentiorum Auctorum judicium; ex hac enumeratione tabellam generum in universa naturali methodo huc usque contentorum lectores haurire possunt.

Sequuntur *genera* quæ possideo in herbario meo ex unoquoque ordine, additis præcipuis *synonymis* cum *iconis* indicatione; eorum diagnoses paucis verbis complexus sum, omissis characteribus jam in ordine memoratis; et illas pari *observatione* insignivi qua etiam stirpium numerus innotescat.

Non omnes stirpes sub unoquoque genere enumeratas æquali ratione illustravi.

*Species indigenas* præcedit signum ✱ ut primo intuitu oculis adpareant. Sequitur *nomen* cum indicatione trium auctorum; scilicet ejus qui plantam *primus* dato nomine insignivit; ejus cujus *phrasis* recentior est et facilius consulenda, speciatim SPRENGELII in systemate præ manibus omnium vertente; ejus demum qui meliorem *iconem* præbuit, indicata, quum adest, figura picta in magno opere *Iconum Taurinensium* in bibliotheca R. Universitatis servato quod quidem sub ALLIONIO incœptum, curantibus Professoribus posterioribus delecti pictores sunt prosecuti. Hinc *statio* indicatur, adjecto quo fieri potest *inventoris* nomine. Demum loco novæ phrasis sistunt brevissima *commentaria* præsertim circa differentias præcipuas inter stirpes affines etiam solo habitu inspecto, aliasque notas in citata phrasi omissas, ope quarum species promptius distinguantur. Hæc omnia generatim; nam si agatur de *stirpe nova* vel valde *dubia* vel *male* judicio meo definita, tunc diffusior sermo habetur, addita etiam ubi opus *descriptione* vel *icone*.

Ad *stirpes exoticas* quod spectat, si de plantis jam satis cognitis disseritur, solum *nomen* cum *auctore* et *patria* notabo, addita sæpe brevissima *observatione;* si vero de stirpibus *dubiis* vel *novis,* majorem *illustrationem* pro rerum adjunctis invenies.

Ad calcem cujusque ordinis addidi *observatio-*

*nem geographicam* comparative inter plantas indigenas et exoticas, ex qua numerum stirpium hactenus cognitarum ad ordinem ipsum pertinentium proxime saltem habebis.

*Index* generum et ordinum in unoquoque volumine contentorum volumen ipsum absolvit.

Denique opus universum excipiunt index *generalis*, *addenda* et *corrigenda*, atque *icones lithographicæ*.

Omissis benevolos lectores ut suppleant et menda corrigant rogo obtestorque: benevola eorum monita in postremo volumine (in 4.°) collocabuntur.

# Ordo I.

## RANUNCULACEÆ

(Juss: gen. 231. I. S. Hill: 2 p. 484. t. 68. = DC. syst: I. 127. Prodr: I. 2.)

*Char: essent:*

» *Cal:* 3-6 sepalus vel multipartitus. *Pet:* definita
» aut indefinita (5-15), interdum 0. *Stam:* libera
» sæpius indefinita. *Ovar:* plurima 1-locularia. *Car-*
» *pella* sicca vel baccata. *Album:* corneum. *Embryo*
» rectus.

*Obs:* Ordo satis naturalis habitu, ac fructificatione; plantæ fere omnes *polyandræ polygynæ*; charact: e DC. optimi, sed stamina haud semper *indefinita*, nam *Myosuri*, *Ceratocephali*, et *Xanthorizæ* genera pentandra, *Isopyrum* dodecandrum etc. Herbæ vel suffrutices succo acri donatæ; foliis variis.

RANUNCULACEÆ VERÆ (antheris extrorsis)

Trib. I. *Clematideæ* (DC. syst: I. 131. = Prodr: I. 2.)

I. Atragene Lin. gen. 615. = Schkuhr. hand. I. t. 150.

» *Calyx* corollinus 4-sepalus. *Pet:* 12. aut rarius
» plura linearia sepalis breviora. *Caryops:* plurimæ
» caudis barbatis. *Cotyled:* approximatæ.

*Obs:* Genus *Clematidi* conjunctum a DC. in sect: IV. (Podr: I. 9.), sed valde distinctum petalorum præsentia, ac cotyledonibus approximatis. Frutices

sarmentosi scandentes, foliis fasciculatis trisectis, pedunculis 1-floris.

✻ 1. *A. Alpina* = L. sp: p: 764. = DC. prodr: I. 10. = Iacq: fl: austr: t. 241. Ic: Taurin: vol. 24. t. 36. (Alp: *Eur:* med: Abunde in alp: *Fenestrellæ*. All: n. 1082. Inveni in summis mont: *Cenisii*; in montib: *Moro*, *Semplonio*, et *Rosà* legit Biroli, in *Monteasinario* Re). Variat florib: cæruleis ad albos.

II. Clematis Lin. gen: 616. = Lam: ill: t. 497.

» *Involucrum* 0, aut calyciforme sub flore. *Cal:* » corollinus 4-5 - sepalus. *Pet:* 0. *Caryops:* plurimæ » caudis sæpius barbato-plumosis. *Cotyled:* distantes.

*Obs:* Genus forsan dividendum ob maximum stirpium numerum (81. ex DC. exclusa *Atragene*; 79. ex Spr:), et tunc in tot genera, quot sectiones ex *DC.*, quarum prima carpellorum caudas *longas barbato-plumosas* (*Flammula*); altera *breves ebarbatas* (*Viticella*); tertia (*Cheiropsis*) *barbatas* quidem, sed flores *involucro calyciformi* subtus instructos referunt. Herbæ aut frutices sæpius sarmentosi raro erecti, foliis ac inflorescentia variis.

Sect. I. *Flammula*

(DC. syst. I. 131. = Podr: I. 2.)

✻ 1. *C. erecta* = L. sp. 767. = Spr: syst: II. 667. = Iacq: fl: austr: t. 291. Ic: Taurin: vol. 4. t. 55. (*Eur:* med. Frequens in collib: agri *Nicæensis*. All: n. 1078. Inveni prope *Taurinum* secus flumen *Doræ*. In sylvis *della Mandria* secus *Sturam* legit Re). Pe-

renn: Caulis eretiusculus striatus. *C. corymbosa* POIR: sec: SPR: l. c.?

❀ 2. *C. Flammula* = L. sp: 766. = Spr: syst: II. 667. excl: syn: *C. maritimæ* = Lob: ic: 627. f. 1. Ic: Taurin: vol. 4. t. 56. (*Eur*: austr:, *Caucas*:, *Afric*: bor: Ad sepes et dumeta in *Pedem*: et *Sardinia* ubique frequentissima ALL: n. 1080. MORIS stirp: sard: I. p. 1.). Pereo: Caulis scandens, panicula magna. Variat foliolis ovatis s: oblongo-lanceolatis (*C. vulgaris β.* DC. Pr: I. 2.); foliolis suborbiculatis (*C. rotundifolia α* DC. l. c. *C. fragrans* TEN: fl: neap: prodr: 32. vol. I. t. 48. sec: DC. l. c. quam non vidi); foliolis linearibus (*C. maritima γ* DC. et SPR: ll. cc.) quam speciem distinctam arbitror. Huc pertinere videntur *C. rubella* PERS: 2. p. 100; et *C. cæspitosa* SCOP: fl: carn: ed: 11. vol. I. p. 389. a SPR: omissa, auctoritate BAUH: L. et ALL:

❀ 3. *C. maritima* = L. sp: 767. = All: fl: pedem: n. 1081. = Ic: Taur: vol. 4. t. 57. (in sylvis et locis incultis agri *Nicæens*: ALL: l. c. qui tamen postea censuit ad *C. Flammulam* pertinere (auctar: p. 20.); in maritimis prope *Monspelium* sec: DC. syst. I. 135. ubi etiam lecta a cl: PERRET qui eam nobis communicavit). Peren: Caulis vix scandens, panicula laxa. Differt a priori foliolis sæpius *linearibus*, caule *fruticoso*, panicula *laxa*, partibus omnibus *longe minoribus*.

4. *C. orientalis* = L. sp: 765. (in *Oriente* TOURN: *Caucasi* virgultis BIEB: ). Frutex scandens; culta in H. Taurin:, specim: ex MOLINERIO. = 5. *C. glauca* = W: sp: II. 1290. (*Sibir*: austr: ) Frutex scandens;

specim: ex Labill: in hb: Bellardii quadrat cum diagnosi Sprengelii: sed in illo pedunculi omnes solitarii 1 - flori non *bi - tri - fidi* uti in citata diagnosi, nec panicula *subcorymbosa* uti in obs: DC. ex Richard (syst: I. 136.).

❋ 6. *C. Vitalba* = L. sp: 766. = Spr: syst: II. 668. = Iacq: fl: austr: t. 308. Ic: Taurin: vol. 4. t. 58. vern: *Viorna* (*Eur*: med: et austr: *Asia* minor: in *Pedem*: et ubique in *Sardinia* ad sepes All: n. 1079. Moris stirp: sard: I. p. 1.). Frutex scandens varians foliolis integris vel dentatis.

7. *C. virginiana* = L. amæn: 4. 275. (*Amer*: sept:). Frutex scandens varians foliolis cordatis incisis, vel ovato-lanceolatis integris. Nostra pertinet ad posteriorem ac habitum refert *C. Vitalbæ*, sed foliola minora ac constanter ternata. = 8. *C. angustifolia* = Iacq: enum: 310. coll: 1. p. 137. (*Carniola*, *Sibir*:, *Dahuria*). Peren: caule eretiusculo: specimen communicatum a cl: Fischerio e *Dahuria* non omnino quadrat cum diagnosi DC. Prodr: I. 17.: pedunculi non 1 - sed 2 - 3 - flori; foliola integra, sæpius 2 - raro - 3 - fida. Cons: Gmel: sib: 4. p. 194. n. 32. = 9. *C. Viorna* = L. sp: 765. (*Amer*: boreal:). Suffrut: scandens. = 10. *C. integrifolia* = L. sp: 767. (*Eur*: med:, *Austr*:, *Caucas*:, *Sibir*:). Peren: Caule erecto: variat foliis glabris uti in meo specim: e Balbisio, ac foliis ciliatis. = 11. *C. ochroleuca* = Ait H. Kew: ed: 2. vol. 3. p. 346. (*Amer*: bor: sec: rivos). Peren: Caule erecto v. v. in H. B. T.

Sect. II. *Viticella*

( DC. syst: I. 160. = Prodr: I. 8. )

12. *C. florida* = Thb: fl: jap: 240. ( *Japonia* ). Suffrut: vel peren: scandens; culta sæpius flore pleno occurrit ob mutationem staminum in petala, nec refert fructus. Cult: in H. Ripul: ; specimen fl: sub-simplici possideo ex Bonjean = 13. *C. Viticella* = L. sp: 762. ( Ad sepes *Eur*: calidioris et *Asia* minor: ). Frutex varians caule prostrato vel scandente, forma et magnitudine foliorum et florum; colitur in hort: præsertim var: fl: pl: (*C. pulchella* Pers: II. 99. ommissa a Spr: )

Sect. III. *Cheyropsis*

( DC. syst: I. 162. = Prodr: I. 9. )

14. *C. cirrosa* = L. sp: 766. ( *Hispan:*, *Sicil:*, *Græcia*, *Asia* minor:, *Afric:* bor: ). Frutex altissime scandens sempervirens, varians habitu minori. Cons: DC. syst: I. 163. in obs: = 15. *C. balearica* = Rich: journ: phys: 1779. fevr: p. 127. ic. ✱ non Pers: ( *Hispania*, *Corsica* sub *C. polymorpha* β Viv: In *Sardin*: sylvis, Moris st: Sard: I. 1.). Frutex sempervirens scandens floribus elegantissimis.

Trib. II. *Anemoneæ* (DC. syst. I. 168. = Podr: I. 10.)

III. Thalictrum Lin: gen: 697. = Lam: ill: t. 497.

» *Cal*: corollinus 4 - 5 - sepalus. *Pet:* 0. *Styl:* 4-15.

» breves. *Caryops*: nudæ triquetro-alatæ, vel inflatæ, » vel striatæ.

*Obs*: Genus constans speciebus 52 ex DC. et Spr: herbaceis perennibus, e fructuum structura optime divisum in tres sectiones, sc: fructibus triquetris angulis alatis substipitatis (*Tripteria*); inflatis vesicularibus stipitatis (*Physocarpa*); striatis sessilibus (*Euthalictra*): hæc modo floribus dioicis polygamisve (*heterogama*), sæpius floribus hermaphroditis foliisque decompositis (*genuina*), raro foliis simplicibus (*indivisa*), vel radicibus crassis (*grumosa*) occurrunt (DC. syst: I. 169.).

Sect. I. *Tripterium*

(DC. l. c. et Prodr: I. 11.)

❀ 1. *T. aquilegifolium* = L: sp: 770. = Spr: syst: II. 670. = Bot: mag: t. 1818. Ic: Taurin: vol. 13. t. 65. (*Eur*:, *Sibir*: Frequens in pratis subhumidis et sylvis *Pedem*: All: n. 1077.). Colitur in hortis; variat floribus pallidis ad atropurpureos. *T. atropurpureum* Iacq: h: vind: 3. t. 81. *T. formosum* bot. mag. t. 2025.

Sect. III. *Euthalictra* (DC. ll. cc.)

§. 1. *Heterogama*

2. *T. corynellum*? = DC. syst: I. 172. (*Amer*: bor:). Planta valde dubia, uti dubium *T. Cornuti* L., ad quod auctores illam referunt, quoque nomine illam habui: in specim: charact: occurrunt descripti

a DC. l. c.; sed venæ foliorum subtus *nudæ* nec *pilosæ*; ceterum planta videtur dioica, nam stamina tantum extant et reapse *clavata*; ergo verum *T. corynellum*? = 3. *T. revolutum* = DC. syst: I. 173. (*Amer*: bor:, *Mexico*?). Species elegans ad quam Steud: et *DC*. referunt *T. polygamum* Muhllub: diversum tamen ex diagnosi Spr: syst: II. 675. = 4. *T. purpurascens* = L. sp: 769. (*Amer*: bor.). Specim: ex hb. Biroli masculum filamentis purpureis, antheris luteis Cons: DC. syst: I. 174. in obs.

§. 2. *Genuina*

5. *T. petaloideum* = L: sp: 770. (*Dahuriæ* montibus). Planta pulchella, pumila, foliolis diametro vix 1-lin: in specim: perfecto misso a Fischer.

❀? 6. *T. alpinum* = L. sp: 767. = Spr: syst: II. 673. = Engl: bot: t. 262. (Alpib: tot: *Eur*:, *Sibir*:, *Amer*: bor: sec: Spr: *Sabaudia* monente Bonjean; sed numquam inveni in alpib: nostris, nec enumeratur in Fl: pedem:). Planta humillima, cujus specimina a Bonjean lecta, uti ipse asserit, in Sabaudia, optime quadrant cum descriptionibus auctorum.

❀ 7. *T. fœtidum* = L. sp: 768. = Spr: syst: II. 673. = Lam: ill: t. 497. f. 3. bona. Ic: Taur: vol. 4. t. 61. 62. optimæ (in saxosis summ: *Alpium* All: n. 1073., in *Montblanc* legit Bertero, in Alpib: *Seſitis* Carestia, ad *cima Mullera* Biroli).

8. *T. acutilobum* = DC. syst: I. 177. (*Sibir*:). *T. fœtido* simillimum exceptis foliolorum lobis *omnibus acutis* monente DC. l. c. Specim: meum ex Fischer differt etiam panicula *simpliciori*, pedicellis

*distantibus*, floribus *erectis* nec *nutantibus*, antheris demum *mucronatis*; hinc diagnosis emendanda ut sequitur. = *T. caule simplici basi nudo medio folioso apice sub-paniculato, foliolis parvis ovatis viscidulo-pubescentibus lobis 3-5. acutiusculis, floribus erectis, antheris mucronatis.* Nob. = 9. *T. sibiricum* = L. sp: 769. (*Sibir:*).

✱ 10. *T. minus* = L. sp: 769. = DC. Prodr: I. 13. = Iacq: fl: austr: V. t. 419. Ic: Taur: vol. 4. t. 63. (*Eur*: pascuis submontosis, *Sibir*: *Pedem*: in pratis sec: flumen *Duriam* satis frequens All: n. 1074. In valle *Ticini* Biroli. In dumetis secus *Sturam* Re). Huc forsan pertinet planta, quam legit in sylvis *di Bardineto* supra *Rocca Barbera* D. Promis cl: Re discipulus sub nomine *T. saxatilis* DC.? (Re app: I. p. 25.). Verum *T. saxatile* numquam repertum in Pedem: quod sciam.

11. *T. elatum* = Murr: syst: ed: 14. p. 513. (*Hungar*:). Differt a *T. ambiguo* Schleich, cujus sola varietas existimatur a DC. syst: I. 179., foliis *utrinque viridibus* non subtus *glaucis*, foliolorum dentibus *obtusis*, nec *acutis*, panicula *diffusa* non *stricta*. = 12. *T. ambiguum* = Schleich plant: exsic: sec: Spr: syst: II. 672. (*Helvet:*). Vix differt a priori characteribus supra notatis; cult: in H. B. T. = 13. *T. majus* = Murr: l. c. p. 513. (*Helvet:*, *Palatin:*, *Delphin:*, *Cebenn:*, *Anglia*). Stirps elegantissima caulis altitudine paniculæque magnitudine ceteras superans.

✱ 14. *T. nutans* = Desf: tabl: par: ed: I. p. 123. = DC. syst: I. 179. = Ico? (In Alpibus *sabaudis* sec: DC. l. c., ibique invenit etiam Perret). Specim:

ex Perret consonum cum alio ex Biroli sub nomine *T. acuminati.* Spr: syst: II. 674.

15. *T. medium* = Murr: syst: 513. (*Hungar:*, *Tauria*, *Sibir:*). Species a Spr: (syst: II. 672.) confusa cum *T. diffuso* Schrad:, et *T. concinno* W.; prior nec memoratur a DC.; altera tamquam distincta admittitur (Prodr: I. 14.); de his ico non præstat, ut sciam; sed ex optimis speciminibus quæ possideo comparatis etiam cum icone Iacquiniana *T. medii*, tres diversas stirpes constituere opinor quas ita definio.

» *T. medium* = Murr. l. c. Caule lævi, foliolis ova-
» to-oblongis glabris subtus pallidioribus basi cuneatis
» acute - 3 - 5 - fidis vel raro (summis) indivisis, pa-
» nicula subfoliosa laxa, floribus eretiusculis. Nob. (v. v. et sicc: in specim: lecto a Molinerio in H. B. T. foliola 4-5-lin: longa 3-4-lata).

16. *T. diffusum* = Schrad: sec: Spr: ? = « Caule
» striato, foliolis oblongis glabris subtus glaucis basi
» attenuatissimis omnibus acute - 2 - 3 - fidis, panicula
» nuda sub-crustata, floribus eretiusculis. » Nob: (v. s. ex hb: Biroli cum hac nota = *ex Hort. monspeliensi* = foliola 3-4-lin: longa 1-lata).

17. *T. concinnum* = W. en: 584. = « Caule stricto
» virgato, foliolis rotundatis glabris utrinque viridibus
» basi cuneatis apice trilobis lobo medio mucronulato
» vel 3-dentato, panicula subfoliosa patentissima, flo-
» ribus subcernuis. » Nob. (specim: ex hb: Biroli communicatum a W.) foliola parva sc: diam: lin: 1. 1/2, valde approximata; habitus præcedentibus strictior; flores dicuntur *eretiusculi* in diagnosi W.; in specim:

sunt potius *nutantes*, uti ex obs: DC. syst: I. 180. (patria?)

18. *T. glaucescens* = DC. syst. I. 180. (*Russia*). Planta tota subglauca; v: s: ex hb: Biroli; valde dubia. = 19. *T. angustifolium* = Bauh: pin: 227. non Vill: nec All: (*Germania* W., *Gallia* DC., *Olympo* Sibth). Enumeratum primum ab All: n. 1075., sed postea in addend: n. 1074. amandatum ad *T. simplex* L. (*T. angustifolium* Vill:); descriptum sub nomine *T. Bauhini* Crantz a Spr: syst: II. 672., qui putat esse distinctum a *T. lucido* L. ceu censuerunt etiam W., DC. aliique celeberrimi auctores; at comparata icone Iacquinii cum descriptionibus eorumdem auctorum et speciminibus meis, non video differre nisi quandoque foliolo ultimo sessili vel petiolato, integro vel subinciso; habitus etiam simillimus.

* 20. *T. nigricans* = Murr: syst: 513. = DC. syst: I. 182. = Jacq: fl: austr: 5. t. 421. (*Austr:*, *Ital:* septent:, *Gall:* merid: In arenosis circa *Vercellas* fide Birolii; circa *Taurinum* ad *Venariam* legit Re; in *Sabaudia* Perret). Stirps media inter priorem et sequentem cum quibus affinis; at a *T. flavo*, cum quo confusum a Spr: syst: II. 672., valde differt habitu, ac præsertim caule *stricto*, foliolis *lineari-lanceolatis*, raro *divisis*, panicula *congesta*.

* 21. *T. simplex* = L. mant: 78. = Spr: syst: II. 673. = fl: dan: t. 244. Ic: Taur: vol. 25. t. 10. sub *T. angustifolio* (in pratis asperis et ad ripas flumin: *Europ:* sept: et med: In *Sabaudia* circa *Gege* frequens, nec non rarius in saxosis Alpium *Cottiarum*; in pratis

*di Azelio* et *Moncrivello* ALL: n. 1075.; alibique BALBISIUS, ex quo optima habeo specimina).

❋ 22. *T. flavum* = L. sp: 770. = Spr: syst: II. 672. = Engl: bot: t. 367. Ic: Taurin: vol. 4. t. 60. (in tota fere *Eur*: et *Sibir*: Secus fossas aquarum lente fluentium in Agro *Pedemontano* ALL: n. 1076. RE. Ad vias *oryzetorum* BIROLI). Foliola non semper 3-*fida*, sæpius *sub-integra* vel *integerrima*, sed constanter plus minusve *ovata*, numquam *linearia*, uti in tribus stirpibus superioribus occurrunt; variat etiam paniculis *paucifloris* (*T. pauperulum DC.* fl. fr.), vel vaginis foliorum auriculatis (*T. vaginatum* DESF.). Insuper possideo specimen ex hb. BIROLI missum a BERNH: sub nomine *T. nigrescentis*, quod vix differt a *T. flavo*; forsan eadem planta ac *T. nigricans* a SPR: citatum tamquam synon: *flavi?* Tunc legendum *nigrescens* BERNH: non *nigricans* IACQ:

❋ 23. *T. glaucum* = Desf: cat: h. paris: ed: 2. p. 126. = Spr: syst: II. 673. = Moris: hist: I. s. 9. t. 20. f. 1. (*Hisp:*, *Lusit:*, *Pyren:*, *Helvet:* In Alpib: *di Frabosa* invenit RE ad fl: Pedem: app. I. p. 24.). Planta elegans, statione et cultura valde varians glaucedine et partium magnitudine: v. v. cultam et s. in plurib: specim: quorum alterum ex hb: BIROLI sub nomine *T. speciosi* folia inferiora refert superioribus triplo majora, foliola suborbiculata lobis rotundatis, magisque accedere videtur ad *T. flavum*; an hujus varietas speciosa? an plantæ a cl: RE lectæ illuc referendæ?

24. *T. rugosum* = Ait: H. Kew: ed: I. v. II. p. 262. (*Amer*: bor:). Diversum a *T. rugoso* PURSH:

(*T. carolinianum* Bosc: sec: DC. Prodr: I. 12.), et a *T. rugoso* Poir: Dict: V. p. 317. n. 9. quod referendum ad *T. nigricans* ex ipso auctore supp. IV. p. 411.

*Species non satis notæ.*

25. *T. divaricatum* = W. en: supp. I. p. 40. = (Patria?) Enumeratum a W. l. c. sine phrasi, admittitur a DC. (Prodr: I. 16.) tamquam species dubia, et a Spr: (syst: II. 672.) collocatur inter *T. gallioideum*, et *rosmarinifolium*, quæ stirpes mihi ignotæ: at diagnoses cll: auctorum nec conveniunt inter se, nec quadrant cum specimine nostro ex hb: Biroli ab H. Berolinensi accepto, ex quo charact: sequentes desumo. *Caulis* erectus, teres, substriatus, simplex: *folia* petiolata, basi vaginantia, ternatim decomposita, ramificationibus distantibus; *foliola* oblonga, inferiora subsessilia basi obliqua sub-integra, ultimum longe petiolatum cuneatum basi sub-cordatum apice 3-lobatum lobis obtusiusculis medio longiore mucronulato, glabra, superne intense viridia, inferne glaucescentia. *Panicula* foliolosa, diffusa, pauciflora; *flores* eretiusculi; *sepala* 4 ovato-oblonga staminibus 15. 20. clavatis paullo breviora, luteola; *fructus* desunt. Phrasis igitur hæc erit:

» T. caule erecto substriato simplici, foliis longe
» petiolatis basi vaginantibus, foliolis ternatis oblongis
» glabris subtus glaucescentibus inferioribus subses-
» silibus subintegris ultimo petiolato cuneato obtuse-
» tribolo, panicula foliolosa diffusa, floribus eretius-
» culis. Nob.

26. *T. obscurum* }
27. *T. rubens* } H. B. T. ( Patria ? ). Nullibi enumerata inveni : a *T. medio* n. 14. non videntur differre. = 28. *T. ruthenicum* = Schrad: sec: Steud: ( Patria ? ). Specim: mancum ex hb: Biroli ; foliis valde affine videtur *T. glaucescenti* n. 17., sed in illo *utrinque viridia*, nec *sub-glauca*.

IV. Anemone Lin: gen: n. 694. = Lam: ill: t. 496.

» *Involucrum* 3 - phyllum a flore distans, vel ei » proximum calyciforme. *Cal.* corollinus 5-15-sepalus. » *Pet*: o. *Caryops*: plurimæ plus minusve caudatæ, » vel nudæ.

*Obs*: Genus naturale, nunc divisum a *Pulsatillis*, et conjunctum cum *Hepaticis* a Spr: (syst: II. 566.); e contra ab his sejunctum, et *Pulsatillas* comprehendens sec: DC. (syst: I. 189. Podr: I. 16.): at neque præsentia vel defectus caudæ in fructibus, neque proximitas vel distantia involucri a flore tanti esse arbitror, ut ex earum consideratione tot distincta genera constituantur: ceterum habitus in omnibus simillimus. Stirpes 54. ex *DC.* cum *Hepaticis*; 48. cum *Pulsatillis* ex Spr: ; herbaceæ perennes, foliis radicalibus plus minusve pinnatisectis lobatisve, floribus variis facillime plenis. Divisio in tres solas sectiones valde naturalis et ea facilior a laudatis Auctoribus proposita.

Sect. I. *Pulsatilla*

(Caryopses caudata, involucrum a flore distans.)

❋ 1. *A. vernalis* = L. sp: 759. = Spr: syst: II. 664. sub *Pulsatilla* = Oed: fl: dan: t. 29. Ic: Taurin: vol. 10. t. 15. sub *A. sulphurea* (in montib: *Eur:* sept: et med: ad nivem deliquescentem; in summis *Alpium* scopulis All: fl: ped: n. 1921. sub *A. sulphurea*. In valle *di Strona* ad ferri fodinam supra *Luzogra* raram vidit Biroli fl: acon: I. p. 184.) Plantula varians præsertim colore villorum involucri; sed hoc numquam glabrum ut in *A. sulphurea* L. eadem ac *alpina* sec: Spr: l. c. 663.

❋ 2. *A. Halleri* = All: fl: pedem: n. 1922. = Spr: syst: II. 664. sub *Pulsatilla* = All: l. c. t. 80. f. 2. (Alpib: *Eur*: austr: In pascuis vallis *Queiras* et supra *Fenestrellas* numquam ad nivem deliquescentem All: l. c. In pascuis subalpinis vulgarem observavit Biroli fl: acon: I. p. 185. In monte *Musinè* legit Re). Figura All: bona, exceptis sepalis, quæ non *ovalia* uti in icone, sed constanter *lanceolata patentissima*.

❋ 3. *A. Pulsatilla* = L. sp: 759. = Spr: syst: II. 663. sub *Pulsatilla vulgari* = Clus: hist: I. p. 256. f. 6. (in pascuis sterilibus totius fere *Europ:* et *Sibir*: In aridis collis *Superga* All: n. 1923. In pascuis *Ticini* vulgarem dicit Biroli fl: acon: I. p. 185. In locis siccis agri *Taurinensis* non raro ipse inveni). Multimode variat statura, colore, et plenitudine florum.

❀ 4. *A. pratensis* = L. sp: 760. = Spr: syst: II. 663. sub *Pulsatilla.* = Fl: dan: t. 611. (*Europ*: pratis aridis. In pratis inter *Caramaniolam* et *Carinianum* ALL: n. 1924.).

❀ 5. *A. alpina* = L. sp: 760. = Spr: syst: II. 663. sub *Pulsatilla* = Crantz: austr: 2. p. 105. t. 3. f. 2. Ic: Taurin: vol. 10. t. 90. f. 2. et vol. 15. t. 56. (Alpib: *Eur*: med: frequentissima; in montibus *Silvio*, *Rosa*, *Furlo*, et *Moro* invenitur cum var: fl: luteo ALL: n. 1925. BIROLI fl: acon: I. p. 185.). Varietates innumeræ naturales vel cultura ortæ: cons: DC. syst: I. 194. 195.; a typo tamen ita aberrare videtur *A. millefoliata* BERTOL: (*A. alpina* β DC. Prodr: I. 17.), ut speciem distinctam merito constituere possit.

## Sect. II. *Anemone*

(Caryops: villosæ vel nudæ; involucrum a flore distans.)

### § 1. *Stephanomala* Spr:

(involucra foliacea multifida; pedunculi 1-flori; caryops: villosæ.)

#### † *Radice tuberosa.*

6. *A. palmata* = L. sp: 758. (*Eur*: austr:, *Afr*: boreal: *Sardinia* ad montes *Mara-calagonis* MORIS st: sard: I. p. 1.). Variat fl: pleno.

❀ 7. *A. stellata* = Lam: dict: I. 166. = DC. syst: I. 198. = Bot: mag: t. 123. sub *A. hortensi* (*German*:, *Gallia*, *Italia*, *Helvet*:, *Oriente*. In agro

*Nicæensi* All: n. 1926. sub *A. hortensi.* In *Sardin:* ad sepes et in arvis Moris st: sard: I. p. 1.). Variat sepalis plus minusve latis, et florum colore.

❀ 8. *A. coronaria* = L. sp: 760. = DC. syst: I. 196. = Lam: ill: t. 496. f. 1. (*Eur:* austr: *Asia* min: Agro *Nicæensi* Bell: app: 26.; *Sardin:* in pascuis humidis Moris st: sard: I. p. 1.). Ubique in hortis culta ornamenti gratia: variet: innumeræ florum colore et plenitudine.

❀ 9. *A. pavonina* = Lam: dict: I. p. 166. = DC. syst. I. 197. = Moris: oxon: 114. t. 25. f. 10. sub *A. latifolia chalcedonica* (*Aquitania, Gallo-provinc:*; agro *Nicæensi* ex Risso). Planta elegans raro fl: simplici; variat florib: amplioribus (*A. fulgens* Gay ined: sec: DC. Prodr: I. 18.): an *A. coronariæ* vel *stellatæ* var: uti censuit L.? Differt ab utraque sepalis acutissimis.

10. *A. apennina* = L. sp: 762. (*Anglia, Italia, Græcia, Apenn:* etc.). In hac stirpe involucrum vix a foliis radicalibus distinguitur. Specim: ex h. Caen possideo, in quo foliolum ultimum involucri est triplo majus quam in aliis speciminibus.

†† *Radice sublignosa.*

11. *A. cærulea* = DC. syst: I. 203. (*Sibir: Altaica*). Cl: DC. l. c. et Prodr: I. 19. involucrum tantum ac fructificationem describit ex specim: in hb: Deless: In Prodr: autem l. c. aliam addit stirpem sub nomine *A. uralensis* communicatam a Fischer, quæ vix distinguitur sepalis 5-6 *ovali-oblongis*, non 4-5 *ovalibus*, et a Spr: prioris synonima consideratur

(syst: II. 661.). Iconem Deless: non vidi, sed ibi radices, et folia radicalia forsan desunt, nam a DC. indescripta. Duo specimina possideo humaniter missa a cl: Fischerio: in uno radices et folia radicalia desiderantur, caulis autem est 2-florus. Alterum radicem refert perfectissimam, sed folia radicalia non apparent, nec cicatrix ulla aut aliud insertionis signum; in hoc caulis est 1-florus. An igitur stirps aphylla? vel involucrum potius pro veris foliis habendum? Ex sequenti descriptione lux aliqua erui potest circa speciosam hanc stirpem.

*Radix* sublignosa superne trunco subcylindrico atro rugoso long: semipollic: diam: linear: instructa, inferne fibroso-ramosa fibris brevibus. Ab imo trunci exsurgit *scapus*, vel *caulis* (si foliola involucralia pro vero involucro habentur) erectus, linearis, glaber, striatus, inferne nudus superne involucratus, 3-4-poll: longus. *Involucrum* 3-phyllum. *Folia* brevissime petiolata, mollissima, palmata, 3-partita, ad marginem vix ciliata ceterum glaberrima, superne viridia, inferne pallidiora: *laciniæ* plus minusve lanceolatæ, quandoque integerrimæ, sæpius inæqualiter incisæ segmentis vel dentibus acutiusculis, fere 1-poll: longæ, 1-2-lin: latæ. Inter foliorum insertionem supra caulem eriguntur 1-2. *pedunculi* foliis paullulum breviores, lineares, erecti, teretes, villosiusculi, uniflori. *Flores* in speciminibus omnes 5-sepali; *sepala* ovalia, obtusa, 3-lin: longa, 1.1/2-2-lata, patentissima, supra glabra, subtus villis tenuissimis lente tantum conspicuis adspersa, albido-flavescentia. *Stamina* sepalis

dimidio breviora, flava. *Ovaria* villosissima. *Caryops:* maturas non vidi.

Differt ab *A. apennina* et *baldensi* quibus affinem dixit DC., sc: a priori radice *sublignosa* nec *tuberosa*, foliorum radicalium *absentia*, involucri foliolis *lanceolatis* ac *brevissime petiolatis*, pedunculis *brevioribus*, sepalorum numero valde *minori*; ab *A. baldensi* foliorum radicalium defectu, involucri *magnitudine*, *forma*, et *distantia* a flore, demum *numero*, et *magnitudine* sepalorum.

❀ 12. *A. baldensis* = L. mant: 78.? = DC. syst: I. 203. = All: n. 1928. c. descript: et t. 44. f. 3. non 67. f. 2. Ic: Taurin: vol. 10. t. 90. f. 1. (Alp: *Eur*: med: Non raram inveni in *Monte Cenisio*). Cl: Allionius in auct: ad n. 1928. censuit nostram *A. baldensem* non esse eam, quæ a L. memoratur, sed veram *A. frugiferam* Iacq:, quæ tamen a recentioribus botanicis tamquam synonima admittitur; specimina nostra magis quadrant cum citata icone Allionii, quam cum t. 67. f. 2., quæ valde diversa apparet.

❀ 13. *A. nemorosa* = L. sp: 762. = DC. syst: I. 203. = Oed: fl: dan: t. 549. (*Eur*: et *Asiæ* nemoribus et sepibus umbrosis. In sylvis et pratis *pedemontanis* vulgatissima All: n. 1929., Biroli, Re). Multis variat modis a DC. enumeratis l. c. in obs.

14. *A. Fischeriana* = DC. Prodr: I. 20. (*Sibir*: *Altai*: ). An prioris var: sec: Spr: syst: II. 661.? At præter auctoritatem cl: Candollei l. c., in specimin: mihi communicatis a Fischerio aliæ exsur-

gunt differentiæ, ex quibus diagnoses utriusque stirpis ita propono.

» *A. nemorosa* = foliis ternatis, foliolis 3-partitis
» lanceolatis laciniis inæqualiter inciso-dentatis acu-
» minatis media productiore, involucralibus pedun-
» culum subæquantibus longe petiolatis similibus,
» sepalis 6. ellipticis acutis. » NOB:

» *A. Fischeriana* = foliis biternatis, foliolis 3-fidis
» ovatis laciniis inciso-dentatis subæqualibus acumi-
» natis, involucralibus ternatis pedunculo brevioribus
» brevissime petiolatis, sepalis 9-12. ovato-lanceolatis
» obtusis. » NOB:

❋ 15. *A. trifolia* = L. sp: 762. = DC. syst: I. 205. = Moris: oxon: 2. p. 424. s: 4. t. 25. f. 1. (*Europ*: med: In *Pedemonte* primus invenit VIALE locis sylvaticis umbrosis inter *Vernante* et *Limone* teste BELLARDI; BALB: misc: bot: 25. In *Pensylv*: et *Virgin*: PURSH sub nomine *A. lancifoliæ* quæ non differt sec: SPR: syst: II. 661. Vid: tamen DC. Prodr: I. 20.). Variat sepalis 5. ad 9.

❋ 16. *A. ranunculoides* = L. sp: 762. = Spr: syst: II. 662. = Fl: dan: t. 140. (*Europ*: bor: et med: *Sibir*: In agro *Taurinensi*, sylvis *Cherii* etc. ALL: n. 1930. RE fl: torin: I. p. 285. Circa *Segusium* et speciatim in pratis *delle Blaccie*, et *di Croale* RE fl: segus: p. 46. Ad *Verbanum* et in valle *Strona* BIROLI fl: acon: I. p. 185.).

††† *Radice fibroso-fasciculata.*

❋ 17. *A sylvestris* = L. sp: 761. = DC. syst: I. 207. = Bot: mag: t. 54. (*Eur*: bor: et med: In

montibus supra *Coasse* semel invenit All: n. 1927. In *Sabaudia* sec: Bonjean ? ). *A. alba* Iuss: ( Ann: mus: 3. p. 248. t. 20. f. 1.) quam possideo ex Fischer, et *A. ochotensis* Fisch: (h. gor: 47.) communicata a Biroli ex h. vindeb: simillimæ, ac statura minori tantum diversæ; ceterum etiam in nostra *sylvestri* sepala occurrunt 5-6. plus minusve ovata.

§. 2. *Diplocalymmata* Spr: *Anemonospermos* DC.

( Pedicelli 24. ex involucro universali; 1. aphyllus uniflorus; ceteri involucrum bifolium gerentes: caryopsides lanatæ vel glabræ.)

† *Caryops: lanatis.*

18. *A. virginiana* = L. sp: 761. ( *Amer:* bor: ). = 19. *A. pensylvanica* ? = L. mant: 247. ( *Amer:* bor: ). Planta jam culta sub nomine *A. aconitifoliæ* (ead: ac *pensylvanica* sec: auctores) in H. B. T., e quo Molinerius legit specimen mihi communicatum non quadrat omnino cum descriptione DC. l. c. et Spr: syst: II. 662.; involucrum non *sessile* sed *petiolis folia æquantibus* instructum; lobi foliolorum vix *acutiusculi* non *acuminati*; pedunculi ex involucro universali 2. non 3. Differt quoque a ceteris hujusce divisionis stirpibus; an igitur species nova ? asserere non audeo: ludit inter *pensylvanicam* et *virginianam*, cui magis accedit foliis *petiolatis*; an ergo potius pro speciosa ejus varietate habenda ? Cons: Hook flor: bor: am: I. p. 7. t. IV. B. pro *A. virginiana* et p. 8. t. III. B. pro *pensylvanica*. = 20. *A. dicho-*

*toma* = L. amæn: I. p. 155. (*Sibir*: *Canada*). Specim: ex Fischer in *Dahuria* lectum valde differt a præcedenti; hinc majus dubium hoc ad veram *A. pensylvanicam* haud pertinere, quæ monente DC. *dichotomæ* valde similis. = 21. *A. helleborifolia* = DC. syst: I. 211. (*Chili*). Specimen mancum ex Bertero lectum in *La guinta del Chili*.

§. 3. *Petasodes* Spr: *Omalocarpæ* DC.

(Pedunculi umbellati 1-flori; caryops: glaberrimæ)

❋ 22. *A. narcissiflora* = L. sp: 763. = DC. syst: I. 212. = Iacq: fl: austr: t. 159. Ic: Taurin: vol. 4. t. 54. (Alp: *Europ*: *Sibir*: *Amer*: bor: In Alp: editiorib: *Pedemont*: All: n. 1931. In montib: *Iavenensibus*, in pratis *M. Cenisii*, atque prope *Li Sonté* in montib: *di Bossolasco* Re fl: segus: p. 46. In uliginosis Alp: *di Anzasca*, et *Formazza* Biroli fl: acon: I. p. 185. *A. dubia* Bell: app: 26. eadem ac *narcissiflora*). Variat miris modis sec: DC. l. c. in observ: Specimen tamen possideo ex Fischer sub nomine *A. narcissifloræ altaicæ*, quod ita distinctum videtur, ut optimam speciem constituere valeat, quam ita definio.

» 23. *A. primulæflora* villosissima, foliis radicali-
» bus palmato-3-partitis, laciniis 3-sectis, lobulis
» inæqualiter inciso-dentatis mucronulato-acutis laci-
» niis involucralibus lineari-lanceolatis subintegris,
» pedunculis 3-4. umbellatis brevissimis (flores pa-
» tentissimi ampli flavi). » Nob:

*Obs*: Differt præsertim ab *A. narcissiflora* ac ejus varietatibus *statura* minori, villis *longissimis* quibus

tota planta est adspersa, lobulis *mucronulatis*, laciniis involucralibus *subintegris*, pedunculis vix involucellum *æquantibus*, ita ut inflorescentia *Primulam elatiorem* ludat; accedit ad var: ζ (*villosissima*) villorum longitudine, et ad var: β (*fasciculata*) pedunculorum brevitate (DC. Prodr: I. 21.), sed in nostra nec flores *fasciculati* nec pedunculi *subsessiles*.

Sect. III. *Hepaticæ*

(Caryops: nudæ; involucrum 3-phyllum flor: proximum calyciforme.)

❀ 24. *A. Hepatica* = L. sp: 758. = Spr: syst: II. 660. = Oed: fl: dan: t. 612. Ic: Taurin: vol. 4. t. 34. et 44. (*Eur*: et *Amer*: bor: Frequentissima in sylvis *taurinensibus* et montanis ubique. All: n. 1920., Biroli, Re etc.). Variat colore, et plenitudine florum; varr: fl: pleno coluntur in hortis ornamenti gratia.

*Anemones dubiæ.*

❀ 25. *A. latifolia* = Re reliq: Bellard: in act: Ac: Taur: vol. 33. t. 233. (Agro *Nicæensi* locis incultis). Pertinet ad sect: II. et forsan *A. stellatæ* n. 7. vel *coronariæ* n. 8. var:

V. Adonis Lin: gen: n. 698. = Lam: ill: t. 498. f. 1-2.

» *Cal*: 5-sepalus. *Pet*: 5-15. unguibus nudis. *Caryops*: plurimæ siccæ stylo recto vel uncinato acuminatæ. »

*Obs*: Genus naturale: species 14. ex DC., quarum plures dubiæ, 5. ex Spr:; sectiones 2.; prima stir-

pes annuas (*Adonia* DC.), altera perennes (*Consiligo* DC.) complectens. Herbæ foliis multifidis, floribus terminalibus solitariis.

Sect. I. *Adonia* (DC. syst: I. 221. = Prodr: I. 23.).

Annuæ stylo recto, petalis 5-10.

❀? 1. *A. æstivalis* = L. sp: 772. non MB. = DC. syst: I. 223. = Iacq: fl: austr: t. 354. sub *A. miniata*. (*Eur*: med: *Asia*, *Afr*: bor: ? Vulgaris inter segetes collium in *Pedem*: All: n. 1917. sub *A. miniata*. Speciatim *a Foresto* Re fl: segus: p. 46. *Sardin*: Moris st: sard: I. p. 1.).

*Obs*: Planta Allionii valde dubia; cl: Re putat ad *A. autumnalem* esse referendam (Fl: torin: I. 288.), sed de hac nullam iconem præbuit Iacq:, et figura 354. ab Allionio citata pertinet ad *A. æstivalem*; mihi videtur potius confusam fuisse cum *A. flammea* quæ caryopsides habet in *capitulum* dispositas, ac caulem *ramosum*. *A. æstivalis* eadem ac *miniata* caryopsides gerit in *spicam elongatam*, et caulem *subsimplicem*. Ceterum stirpes hæ ac aliæ ejusdem sectionis sic affines, ut cl: Sprengelius duas tantum distinctas admittat sc: *A. æstivalem* et *autumnalem* (syst: II. 645.).

❀ 2. *A. flammea* = Murr: syst: 514. = DC. syst: I. 223. = Iacq: fl: austr: 355. (*Austria*. In collibus calidioribus *Montisferrati* et *Liguriæ* All: n. 1918. In campis arenosis versus *Ticinum* Biroli fl: acon: I. p. 188. In arvis supra *Le Tavernette* eundo versus *Chieri* sec: Balbis).

✻ 3. *A. autumnalis* = L. sp: 771. = DC. syst: I. 221. = Engl: bot: t. 308. (*Gallia* austr: *Ital*: etc. Frequens in *Pedem*: inter segetes).

Sect. II. *Consiligo* (DC. syst: I. 224. = Prodr: I. 24.)

Perennes, stylo uncinato, petalis 8-15.

4. *A. vernalis* = L. sp: 771. (*Eur*: *Sibir*: *Asia* med:). Nullam differentiam invenio in specimin: meis inter *A. vernalem* L. et *apenninam* Iacq: *A. apennina* Gmel: pertinet ad sequentem. = 5. *A. pyrenaica* = DC. fl: fr: 5. p. 635. = (*Pyren*: *Hungar*: *Tauria*).

Trib. III. Ranunculeæ (DC. syst: I. 228. = Prodr: I. 25.)

VI. Myosurus Dill: nov: gen: in fl: goess: p. 106. = Lam: ill: t. 221.

» *Cal*: 5-sepalus sepalis basi ultra insertionem pro-
» ductis. *Pet*: 5. ungue tubulos: *Stam*: 5-10. *Caryops*:
» plurimæ receptaculo longissimo spicatim dispositæ,
» stylo recto subacuminatæ. »

*Obs*: Genus pentandrum polygynum unicam speciem comprehendens, nam *M. Shortii* Rafin: var: stirpis sequentis.

1. *M. minimus* = L. sp: 407. (*Eur*: *Amer*: bor:). Herbula annua foliis radicalibus linearibus, scapis 1-floris.

VII. Ceratocephalus Moench: meth: p. 218. = Iacq: fl: austr: t. 48. sub *Ranunculo falcato*.

» *Cal*: 5-sepalus subpersistens. *Pet*: 5. unguiculata.
» *Stam*: 5-15. *Caryops*: plurimæ secus rachin longe

» spicatæ apice productæ in cornu semine tetragono » multoties longius. »

*Obs*: Genus dodecandrum polygynum vix duas comprehendens species a *Ranunculo* divulsas præsertim calyce *sub-persistente*, et cornu fructus *longissimo*: characteres sectionis potius quam generis! Herbulæ annuæ habitu *Myosuri*.

❋ 1. *C. falcatus* = Pers: syn: I. 341. = Spr: syst: II. 469. = Iacq: fl: austr: tab: 48. sub *Ranunculo* (*Eur*: austr: In *Pedem*: invenit Balbis misc: alt: 19.).

VIII. Ranunculus Lin: gen: n. 619. = Lam: ill: t. 498.

» *Cal*: 5-raro-3-sepalus deciduus. *Pet*: 5. raro 10. » intus basi squama vel foveola instructa. *Stam*: polyandra. *Caryops*: plurimæ compressæ in mucronem » vel cornu semine vix longius desinentes læves striatæ » aut tuberculatæ. »

*Obs*: Genus valde naturale, nec dividendum in alia, etsi numerosissimas comprehendat stirpes (159. ex DC. 147. ex Spr:). Herbæ sæpius perennes rarius annuæ, radicibus fibrosis fasciculatis vel grumosis, foliis integris aut divisis, floribus luteis raro albis; sectiones et subdivisiones a DC. statutæ ex fructus ac radicis structura, foliorum forma, ac florum colore optimæ ad citius dignoscendam stirpem.

Sect. I. *Batrachium* DC. syst: I. 233. = Prodr: I. 26.

(Fructus transverse rugoso-striati;
petala alba foveata)

❋ 1. *R. aquatilis* = L. sp: 781. = Spr: syst: II.

646. = Engl: bot: t. 101. Icon: Taur: vol. 23. t. 67. (In aquis lente fluentibus, et stagnantibus totius fere *Eur*:, *Asiæ* occid:, *Afric*: med:, *Amer*: boreal: Frequentissimus in aquosis *Pedemont*: All: n. 1468. Re, Biroli. *Sardin*: Moris st: sard: I. p. 1.). Peren: Cons: varr: in DC. Prodr: I. 26. 27.

❋ 2. *R. peucedanifolius* = All: fl: pedem: n. 1469. = Spr: syst: II. 646. = Oed: fl: dan: t. 376. sub *R. fluitante* sec: DC. (cum priori). Peren: A cl: Candoleo habetur pro sola varietate *R. aquatilis* (DC. Prodr: I. 27. var: ε); sed valde distinctus caule haud *radicante*; foliis *omnibus submersis*, diverso modo *longiusque* dissectis, petalis *longioribus*.

Sect. II. *Ranunculastrum* et *Thora*
DC. Prodr: I. 27-30.

(Fructus læves compressi subgloboso-spicati: radix grumosa.)

† *Foliis inferioribus integris.*

3. *R. bullatus* = L. sp: 774. (*Lusit*:, *Sicil*:, *Græc*:, *Afr*: bor. In *Sardin*: ad vias et in pascuis collinis *Cagliari* Moris st: sard: I. p. 2.). Peren: Variat fl: parvo foliisque parum bullatis (*parciflorus* α), et floribus magnis foliis magis bullatis (*grandiflorus* β): planta Sardoa pertinet ad priorem.

❋ 4. *R. Thora* = L. sp: 775. = Spr: syst: II. 646. = Iacq: fl: austr: 5. t. 442. Icon: Taur: vol. 19. t. 15. (In summis *Alpib*: ubique; abunde in pascuis alpinis *Valdensibus* All: n. 1447.; *della Rosa*

et *Tario* ubi varietatem pusillam legit Carestia sec: Biroli fl: acon: I. p. 189.). Peren:

* 5. *R. Ficaria* = L. sp: 774. = Spr: syst: II. 646. = Fl: dan: t. 479. (In *Eur*: humidis. Frequentissimus in pratis irriguis et ad sepes *Pedem*: All: n. 1446., Biroli, Re. In pratis humidis *Sardin*: Moris st: sard: I. p. 1. sub *Ficaria ranunculoidea*). Peren: In hac stirpe calyx sæpius 3-sepalus unde a cl: Candoleo ad genus *Ficariæ* Dill: amandata ex Moench: meth: 215. (*F. ranunculoides*); sed nota nimis lævis, quum in ceteris, et habitu præsertim non differat: insuper, fatente ipso DC., in *R. Ficaria* numerus partium variabilis, sepala interdum 5, petala 8-12. (DC. syst: I. 305. in obs: et Prodr: I. 44.).

6. *R. pedatus* = Kit: pl: rar: hung: 2. 112. (*Hungar*:, *Tartar*: prope *Volgam*). Peren: = 7. *R. illyricus* = L. sp: 776. (*Illyr*:, *Austr*:, *Hungar*:, *Tauria*, prope *Odessam* etc.). Peren: Possideo specim: ex Balbisio in quo folia superiora non omnia 3-*partita*, sed plurima *integerrima*; diagnosi igitur auctorum addendum = *foliis superioribus integerrimis* 3-*partitisve*. = 8. *R. creticus* = L. sp: 775. (Insul: *Archipel*: In *Barbar*: var: *β macrophyllus* sec: Desf:). Peren: Fructus equidem *glabri*, ut in descript: DC. syst: I. 264., sed non *læves* immo *tuberculati*; an ergo stirps ad sect. V. (*Echinella*) amandanda? Folia caulina non *sessilia*, melius *brevi-petiolata*. = 9. *R. asiaticus* = L. sp: 777. (*Oriente*, *Cypro*, *Afr*: bor:). Peren: Frequentissime colitur ornamenti gratia ob innumeras variet: tum a natura cum præsertim e cultura ortas.

†† *Foliis omnibus divisis.*

10. *R. chaerophyllus* = L. sp: 780. (*Eur*: austr:, *Afr*: bor: In pascuis collinis *Sardin*: frequens Moris st: sard: I. p. 2.). Peren: *R. flabellatus* Desf: tamquam sola insignis varietas a recentioribus consideratur. Inter specimina Sardoa a Morisio communicata unum adest pusillum etsi perfectissimum referens folia omnia ovalia apice tantum dentata glabra, caulem subvillosum 1-florum; hinc varietatibus a DC. syst: I. 254. enumeratis hæc addi potest. = δ *R. pumilus* « foliis » omnibus ovalibus apice dentatis. » Nob: = 11. *R. millefoliatus* = Vahl symb: 2. 63. (*Sicil*:, *Græcia*, *Afr*: bor:). Peren. Nec optima Fontanesii figura, nec perfectissimum specim: ab ipso Vahl lectum in Regno *Tunetano* quod habui a Bellardi, caulem referunt *subaphyllum* uti in diagnosi DC. (syst: I. 257. Prodr: I. 27.), sed reapse *foliosum*; in specimine folia caulina minus incisa adparent quam radicalia. = 12. *R. gracilis* = DC. syst: I. 256. (In *Archipelagi* insula *Cois* ex Clark: sec: DC. l. c.). Peren: Optima et pulchella stirps, quæ dicitur priori affinis, sed valde distincta radicibus *vix tuberosis*, lobis foliorum radicalium *grosse dentatis* nec *multifidis*, laciniis foliorum caulis *linearibus subintegris*, sepalis *reflexis*.

Sect. III. *Hecatonia* DC. Prodr. I. 30.

( Fructus læves subrotundi, radix fibrosa )

§. 1. *Foliis integris.*

† *Floribus albis.*

❋ 13. *R. pyrenæus* = L. mant: 248. = Spr: syst: II. 648. = All: fl: pedem: t. 76. f. 1. sub *R. plantagineo* ( In *Alpib*: et *Pyrenæis*. Abunde provenit in *M. Cenisio* All: n. 1445. Re fl: segus: p. 27. Vulgaris ad pascua in summis *Alpib*: Biroli fl: acon: I. p. 189.). Peren: *R. plantagineus* All: l. c. non differt a *R. pyrenæo* L. nisi scapo 2-3-floro foliisque latioribus; *R. bupleurifolius* Lapeyr: habet scapum 1-florum sec: DC. Prodr: I. 31.; ceterum in *Cenisio* sæpius inveni hanc plantam modo 1-modo oo-floram, foliisque a linearibus ad late lanceolata, statura majori vel minori ratione altitudinis, et natura soli.

14. *R. angustifolius* = DC. syst: I. 243. ( In montanis *Pyren*: orient:). Peren. A priori et sequenti vix diversus foliis *angustioribus*, nec basi *amplexicaulibus*.

= 15. *R. amplexicaulis* = L. sp: 774. ( In Alpib: *Eur*: austr:). Peren: Variat statura, pube, florum magnitudine, sed folia caulina constanter amplexicaulia.

❋ 16. *R. parnassifolius* = L. sp: 774. = Spr: syst: II. 648. = Wulf: in Iacq: coll: I. t. 9. f. 3. ( Summis *Alpib*: æternæ nivi contiguis Balbis elen: stirp: rar: p. 7.). Peren: In specimin: nostris ex Bellardi folia et caulis non sunt *hirsuta*.

†† *Floribus flavis.*

❀ 17. *R. gramineus* = L. sp: ed: I. 549. ed: II: 773. = DC. syst: I. 245. = Moris: hist: 2. p. 444. s. 4. t. 30. f. 38. pro var: *lineari*. (*Eur*: austr: Primus in *Pedem*: invenit Re prope *Segusium* loco dicto *Le Blaccie* sec: Balbis misc: bot: p. 26. Occurrit quoque in *M. Oliveto* prope *Meana* Re fl: segus: p. 46. 47. In pratis uliginosis lacus *Cusii* versus *Buscione* Birol: fl: acon: I. p. 188. In *Sardin*: udis *Arcidano* Moris st: sard: I. p. 2. ). Peren: Variat foliis linearibus (*α linearis*), ad quem pertinent specimina mea a Balbisio et Morisio communicata; foliis lanceolatis (*β phœnicifolius*); foliis demum lineari-lanceolatis fl: pleno (*γ hortensis*): an posterior var: ad *R. Linguam* referenda? Cons: DC. l. c.

❀ 18. *R. Lingua* = L. sp: 773. = Spr: syst: II. 648. = Weinm: phyt: t. 854. f. c. sec: DC. Icon: taur: vol. 10. t. 25. (In palustribus *Europ*:, *Sibir*:, *Amer*: bor: Ad fossas aquarum agri *Vercellensis*, *Taurinensis*, et *Eporediensis* All: n. 1442. Balbis, Re. In paludosis oryzatorum et ad lacum *di Vinzalio* Biroli fl: acon: I. p. 188.). Peren: Variat fl: simplici et pleno. Ef: n. 17. var: γ.

❀ 19. *R. Flammula* = L. sp: 772. = Spr: syst: II. 648. = Fl: dan: t. 575. (Ubique in *Emisphær*: bor: loc: udis. Ad oras lacuum *Canapiciensium* All: n. 1443. In pascuis humidis *della Mandria* et *Stupinixii* Balbis. In pratis vallis *d'Arbogna* Biroli var: *β serrata* fl: acon: I. p. 188. Frequentissimus in paludosis *Venariæ*, *Druenti*, *Pianezza* sec: Re qui

putat verum *R. Flammulam* apud nos desiderari, et nostrum ad var: *serratam* esse referendum. Fl. torin: I. p. 289. In udis *Sardin*: Moris st: sard: I. p. 2.). Peren: Circa varietates hujusce stirpis cons: DC. syst: I. 247. nec non All: l. c., qui refert varietatem a Bellardio repertam circa *Majon* caule erecto ac foliis omnibus *denticulatis*, quam frustra quæsivi in ejus hb:

✻ 20. *R. reptans* = L. sp: 773. = DC. syst: II. 248. = Fl: Lapp: 236. t. 3. f. 5. Ic: Taurin: vol. 17. t. 92. f. 1. (Secus ripas lacuum *Europ*: bor:, *Sibir*:, *Pedemont*: All: n. 1444. In *Amer*: bor: var: β *filiformis*.). Peren: Differt tantum a præcedenti caule *reptante*, foliis *filiformibus*, floribus *minoribus*; prior character constantior videtur; attamen a cl: Spr: pro eadem specie considerantur, quibus adjungitur *R. filiformis* Mx: tamquam varietas (Spr: syst: II. 648.).

21. *R. bonariensis* = Poir: dict: 6. p. 102. (*Buenos Ayres*, *Chili*). Valde dubito, an planta sub hoc nomine missa a cl: Bertero et lecta in *Rancagna* pertineat ad stirpem Poiretii; nulla enim folia refert basi *cordata*, nec *crenata*, sed omnia prorsus *ovata* ac *integerrima*; ceterum quadrat cum descriptione, cui addendum pedunculos esse foliis multoties longiores: iconem Deless: a DC. citatam (Prodr: I. 33.) non vidi.

### §. 2. *Foliis dissectis.*

### † *Floribus albis.*

✻ 22. *R. rutæfolius* = L. sp: 777. = Spr: syst: II. 649. = All: fl: pedem: t. 67. f. 1. (Summis *Alpib*: *Eur*: med: Montib: *di Fenestrelle* et utroque *Cenisio*

ad nivem deliquescentem All: n. 1451. Re fl: segus: p. 47. In summis jugis montis *Turlo* Biroli fl: acon: I. p. 190.). Peren:

23. *R. isopyroides?* = DC. syst: I. 238. (*Sibir:*). Peren: Specimen meum perfectissimum missum a cl: Fischer ex *Altai* sub nomine *R. isopyroidei* DC. non quadrat cum descriptione Candolleana: folium radicale late ovatum apice tantum profunde *dentatum* non *pinnatisectum* ceterum integerrimum: folia caulina 2-3. non *unicum* nec diversa a *summis* seu floralibus, omnia *sessilia* subcuneata basi angustata apice dilatata ibique irregulariter secta segmentis acutis vel obtusiusculis; sepala *viridia* nec *albida*; petala non *duplo* sed *vix* calyce longiora cuneata apice emarginata. An ergo varietas speciosa? an potius species distincta, vel specimen s. a DC. in hb: Banksii ad aliam plantam referendum? Quidquid sit, *R. isopyroides* altaicus ex Fischerio ita definiendus.

» *R.* folio radicali unico longe petiolato ovato apice
» dentato, caulinis 2 - 3. sessilibus subcuneatis basi
» angustatis apice irregulariter sectis; sepalis ovato-
» oblongis glabris petala cuneata emarginata subæ-
» quantibus. » Nob:

❀ 24. *R. glacialis* = L. sp: 777. = Spr: syst: II. 649. = Fl: lapp: 233. t. 3. f. 1. et Icon: Taur: vol. 4. t. 76. (Alpib: *Eur:*, *Lapponia*; ubique in nostrarum Alpium frigidiorum cacuminibus All: n. 1452. Re fl: segus: p. 47. Birol: fl: acon: I. p. 190.). Plantula peren: varians modis indicatis a DC. syst: I. 238.

❀ 25. *R. Seguierii* = Vill: Dauph: 4. p. 737. = Spr: syst: II. 650. = All: fl: pedem: t. 67. f. 3. 4.

sub *R. Columnæ* n. 1453. (Alpib: *Galloprovinciæ*, *Delphinat*: etc.; in montibus *di Limone* loco dicto *Vermelina*, locis lapidosis apricis ex diffracto lapide calcareo invenit All: Supra *Carlin* legit Dana). Peren: varians foliis modo parcius (f. 3. supra cit.), modo profundius (f. 4.) sectis. Varietatem scapo 1-floro quam meminit DC. syst. I. 239. numquam reperi; pedunculus quidem 1-florus, sed scapus (melius *caulis*, folia enim gerit) semper in ramos vel pedunculos 1-floros divisus.

❋ 26. *R. alpestris* = L. sp: 778. = Spr: syst: II. 650. = Iacq: fl: austr: t. 110. (Alpib: *Eur*: med: Frequens in summis Alpib: nostris All: n. 1455. Circa lacum alpium *Iavenensium*, in alpib: *di Matthie*, in monte *Clot de Brun* prope *le Vallon*, ac in *M. Cenisio* Re fl: segus: p. 47. In subalpinis *di Allagra* collegit Carestia sec: Biroli fl: acon: I. p. 190.). Planta pusilla varians præcipue foliorum radicalium lobis simpliciter *crenatis* (*R. mugellensis* Tenor:) vel 3-*partitis*.

❋ 27. *R. aconitifolius* = L. sp: 776. = Spr: syst: II. 450. = Moris: hist: 3. s. 22. t. 2. f. 5. pro var: *α humilis*. Fl: dan: t. 111. pro var: *δ platanifolius*; Icon: Taurin: vol. 4. t. 71. et vol. 26. t. 28. (Alpestrib: *Eur*: med: In sylvis et pratis alpinis *Pedemont*: obvius All: n. 1450. Re fl: segus: p. 47. In monte *Musiné* Re fl: torin: I. p. 291. In *Sardinia* secus rivulos in editis montis *Genargentu* Moris st: sard. I. p. 1.). Peren: Variat præsertim foliis radicalibus 3-5-7. plus minusve partitis, bracteis integris serratisve, caule humili, vel elatiori. *R. platanifolius* L. mant: 79.

var: insignior folia gerit radicalia 5-7-loba, bracteas serratas, caulem 2-3-pedalem, ac cultura flores obtinentur magni sæpius pleni; indigenam invenerunt Bellardi, Biroli, aliique.

✱ 28. *R. lacer* = Bellard: act: taurin: 5. p. 233. = Spr: syst: II. 650. = Bellard: l. c. t. 8. (*Alp: pennin:*; in pratis summarum alpium *Limonensium* locis humidiusculis invenit Viale sec: Bellardi.). Planta admodum rara, cujus specim: habeo ab hb: Bellardi spontaneum et cultum; nec puto hybridam esse ex *R. aconitifolio* et *pyrenæo* juxta cl: Candollei opinionem (syst: I. 242), nam habitus omnino diversus, neque constat cultura mutasse, et, quod magis est, semina matura gerit, res difficillima in veris hybridibus.

++ *Floribus flavis.*

*α* foliis glabris.

✱? 29. *R. nivalis* = L. sp: 778. non Scop: Iacq: et Vill: nec All: = Spr: syst: II. 651. = Fl: lapp: ed: I. t. 3. f. 2. (*Eur*: arctica; *alle Casere* in valle *Formazza* abundat sec: Biroli?). Vid. infra obs. ad *R. montanum* n. 31.

30. *R. frigidus* = W. sp: II. 1312. non Schrank. (In frigidioribus *Eur*: et *Asiæ*). Peren: Planta humillima varians floribus plus minusve flavis, ac foliis caulinis palmato-dissectis vel sub-integris. Habeo specim: altaicum ex Fischer perfectissimum, digitale, folia caulina *vix dentata*, florem *amplum*, sepala *villosiuscula* non *hirsutissima* gerens. Ad hanc stirpem

pertinet præter *R. altaicus* Laxm: *R. sulphureus* Phipps: omissus a Spr: in synonymia; *R. frigidus* Schrank est var: *R. laceri* n. 27. sec: DC. Prodr: I. 31.

❀ 31. *R. montanus* = W. sp: II. 1321. = Spr: syst: II. 651. = Iacq: fl: austr: t. 325. 326. sub *R. nivali*. Icon: Taur: vol. 10. t. 68. f. 2. vol. 15. t. 59. f. 3. et vol. 18. t. 85. sub *R. nivali*. (In pratis asperis Alpium *Eur*: med:; in pascuis nostrarum *Alpium* All: n. 1454. sub *R. nivali*; in alpib: *d'Allagna* sec: Biroli fl: acon: I. p. 190.). Peren: Stirps diutius confusa cum *R. nivali* L. (n. 29.) ab ipso Allionio nostro, sed abunde diversa: Cons: W. l. c. nec non DC. syst: I. 276. An *R. nivalis* n. 29. spontaneus in locis a Birolio indicatis (fl: acon: I. 190.)? Valde dubito, nam in ejus hb: quod extat penes R. Taurin: Scient: Acad: unicum invenitur specimen cum hac indicatione = *in Lapponia* = Cons: etiam Balb: misc: bot: 26.

❀ 32. *R. auricomus* = L. sp: 775. = Spr: syst: II. 651. = Fl: dan: t. 665. All: fl: pedem: t. 82. f. 2. sub *R. polymorpho*? (*Eur*:, *Amer*: bor:, *Pedem*:, in valle *Ulciensi* All: n. 1448.; circa urbem *Casalensem* All: n. 1449.). Peren: Variat præcipue foliis radicalibus plus minusve dissectis, vel etiam indivisis ac simpliciter crenatis dentatisve; ad hanc var: a Spr: omissam pertinere videtur *R. polymorphus* All: n. 1449. de quo dedit iconem supra citatam ex unico imperfecto exemplari, uti ipse fatetur. An *R. Cassubicus* L.?

33. *R. abortivus* = L. sp: 776. (*Amer*: bor:). Peren: Ex descriptione DC. syst: I. 268. vix differre videtur

a priori. Specimen meum valde mancum; desunt figuræ; nil certi asserere possum.

✻ 34. *R. sceleratus* = L. sp: 776. = DC. syst. I. 268. = Oed: fl: dan: t. 371. (In palud: totius *Eur*:, *Ægypt*:, *Asiæ*, *Amer*: bor: Nil in *Pedem*: ad fossas frequentius All: n. 1461. Biroli, Re etc.; in *Sardin*: palustribus Moris st: sard: I. p. 2.) Ann: Cons: varr: in DC. l. c. *R. sardous* Bell: app: 30. est *scelerati* var: sec: Balb: cat: H. T.

β foliis pubescentibus.

✻ 35. *R. Villarsii* = DC. fl: fr: 4. p. 876. = Spr: syst: II. 652. = Crantz austr: 2. t. 4. f. 2. (*Alp*: *pennin*:, *Delphinat*:, *Caucas*: etc.; in alpibus *Augustæ Prætoriæ* reperit Dana sec: All: n. 1456. sub *R. breynino*; in Alpib: *di Murazzano* legit Re). Peren: Pertinent ad hanc stirpem *R. lapponicus* Vill: et *oreophilus* M. B.; sic de *R. breynino* Crantz censuit DC. l. c.; e contra distinctam speciem constituere putat Spr: syst: II. 654.; planta pedemontana caulem habet uni-vel-pauciflorum; ceterum quadrat cum diagnosi utriusq: stirpis.

36. *R. napellifolius*? = DC. syst: I. 282. (*Cappadoc*: et agro *Constantinop*:). Specim: unicum ex Perret quadrat cum descriptione Candollei exceptis caule *pedali* et ultra, non 4-6-poll: lobulisque foliorum radicalium *cuneatis* nec *linearibus*, quibus notis magis accedit *R. anemonæfolio* ejusdem auctoris l. c.

✻ 37. *R. polyanthemos* = L. sp: 779. = Spr: syst: II. 654. = Lob: ic: 666. f. 1. (*Eur*: In sylvis cæduis *Taurini* non infrequens All: n. 1460.; in sylvis

collium *Taurinensium* reperit Piotaz sec: Re fl: torin: I. p. 293. sub *R. nemoroso*; ejusdem var: *paucifloram* legit ipse Re prope *Venariam*). Peren: Rite cl: Spr: l. c. *R. polyanthemum* L. et *nemorosum* var: *α* DC. ad unam stirpem pertinere censuit: planta a Re lecta non videtur differre a *R. Villarsii* n. 35.

38. *R. Gouani* = W. sp: II. 1322. (*Pyren:*, *Delphin:*, *Hungar:*). Peren: In specimin: meis ex Bellardi folia caulina non reapse *palmata*, sed alia *lanceolata* 3-dentata, alia *tripartita laciniis integerrimis*, nec prorsus *sessilia* sed *brevi petiolata*; in ceteris quadrant.

❀ 39. *R. acris* = L. sp: 779. = Spr: syst: II. 654. = Engl: bot: t. 652. Icon: Taurin: vol. 4. t. 69. (*Eur:*, *Asia*, *Amer:* bor: In pratis *Pedemontanis* ubique All: n. 1459. Re; Biroli. *Sardinia* in pascuis *Arizzo* Moris st: sard: I. p. 2.). Peren: multimode varians: var: fl: pleno colitur in hortis: var: *β sylvatica*, quam Thuill: fl: par: ed: 2. v. 1. p. 276. pro specie distincta habuit, differt reapse non tantum *villis* quibus tota planta est adspersa, sed etiam foliis radicalibus 3-non-5-*partitis*, laciniis *minus incisis*, floribus *subcorymbosis*; hanc numquam inveni in *Pedemonte*, sed optima specimina habeo ex Perret.

40. *R. brutius* = Tenor: fl: neap: Prodr: suppl: I. p. 61. (In monte *Pollino* Regni Neapolitani). Peren: A *R. acri* et *polyanthemo*, quibus affinis, differt non tantum notis a cl: Tenoreo indicatis, sed præsertim facie. = 41. *R. tuberosus* = Lapeyr: abr: pyr: 320. (*Pyrenæis*). Peren:

❀ 42. *R. lanuginosus* = L. sp: 779. = Spr: syst: II. 654. = Oed: fl: dan: t. 397. Icon: Taurin: vol.

17. t. 92. f. 2. et vol. 26. t. 82. (In sylvis montanis *Eur*: Locis lapidosis ad oras sylvarum frequens in *Pedem*: ALL: n. 1462. RE; BIROLI. In *Sardiniæ* pratis MORIS st: sard: I. p. 2.). Peren: Huc pertinent *R. constantinopolitanus* d'URV: et *tuberosus* SIEB: non LAPEYR:

43. *R. pensylvanicus* = L. suppl: 272. (*Amer*: bor:). Peren:

❀ 44. *R. repens* = L. sp: 779. = Spr: syst: II. 125. = Oed: fl: dan: t. 795. Icon: Taurin: vol. 4. t. 67. et 73. (*Eur*:, *Asia*, *Amer*: bor: Frequentissimus penes nos in pratis subhumidis ALL: n. 1458. RE; BIROL:). Peren: Variat præsertim caulibus *erectis* (β erectus), foliis cauleque *glaberrimis* (γ glabratus), flore *maculato* vel *immaculato*, *simplici* aut plus minusve *pleno*, quæ var: colitur in hortis et invenitur etiam spontanea.

45. *R. cymbalarifolius* = Balbis in litt: = Moris stirp: sard: I. p. 2. (Juxta rivulos montis *Genargentu* in *Sardinia* MORIS l. c.). Peren: Species optima omissa a SPR: in c. p. et tentam: collocanda inter *R. palustrem* L. cui affinis ex ipso cl: Auctore, et *R. bulbosum*; differt autem a priori, præter notas a MORISIO indicatas, fructibus *uncinatis*, non *recte acuminatis*, cauleque vix *dichotomo* non *ramoso*: ab altero radice *fibroso-fasciculata*, nec ad basim caulis *bulbosa*, caule 1-non-*multi-floro*, pedunculis *lævibus* nec *sulcatis*, sepalis *adpressis* non *reflexis*; planta insuper humilior vix *sub-hirsuta* non *villosa*. = 46. *R. rupestris* = Guss: ind: sem: H. R. Bocc: an: 1826. (In *Siciliæ* rupib: herbosis montanis). Plantula peren: valde

affinis *R. spicato* Desf: cum quo prius confusa, sed differt præsertim sepalis *patentibus* non *reflexis*, fructibusque *pubescenti-pilosis* nec *tuberculatis*.

❀ 47. *R. bulbosus* = L. sp: 778. = Spr: syst: II. 656. = Flor: dan: t. 551. Icon: Taur: vol. 4. t. 74. = Vern: *Pedoch*, *Bouton d'or*. (*Eur*:, *Amer*: bor: Ad semitas et secus prata in *Pedemont*: copiosus All: n. 1457. ; Re ; Biroli. In *Sardiniæ* pratis *di Arizzo* Moris st: sard: I. p. 2.). Peren: varians magnitudine, hirsutie, numero ac profunditate divisionum foliorum, florum plenitudine.

## Sect. IV. *Echinellæ*

Fructus tuberculati, muricati, vel aculeati.

### † *Foliis dissectis.*

48. *R. trilobus* = Desf: fl: atl: I. 432. t. 113. (In humidis regionis mediterraneæ ; in ins: *S. Pietro* et *Arcidano* Moris st: sard: I. p. 2.). Ann: Accedit *R. parvifloro* L. confuso a Spr: cum *R. Philonotide*, sed ab illo videtur differre foliis *glabris* nec *villosis* aut *hirsutis*, superioribus *oblongis* profunde *sectis* nec *orbiculatis*, et simpliciter *dentatis lobatisve*. Specimen sardoum perfecte quadrat cum icone Desf: l. c.

❀ 49. *R. parviflorus* = L. sp: 780. = DC. syst: I. 300. = Engl: bot: t. 120. Icon: Taur: vol. 24. t. 65. (*Eur*: occid: et austr: *Unelia* et agro *Nicœensi* in arvis subhumidis All: n. 1465. In *Sard*: udis Moris st: sard: I. p. 2.). Ann: Plantæ lectæ in *Sardinia* perfecte quadrant cum descriptionibus auctorum;

nicæenses autem magis accedunt ad *R. Philonotidem*, ac folia gerunt minora ac minus villosa: an *R. sardous* CRANTZ a SPR: citatus tamquam *Philonotidis* var: eadem est planta ac *R. parviflorus* in Sardinia lectus? Valde dubito.

❋ 50. *R. Philonotis* = Retz obs: 6. p. 31. = Spr: syst: II. 657. = Moris: hist: 2. s. 4. t. 28. f. 17.? (*Eur*: med: et austr: In agris collinis circa *Taurinum*, et in comitatu *Nicæensi* ALL: auct: n. 1457.* sub *R. agrario*. In campis circa *Novariam* BIROLI fl: acon: I. p. 191. Prope *l'Ergastolo, la Molinetta*, et *Venariam* BALBIS miscel: In *Sardiniæ* locis humentibus MORIS st: sard: I. p. 2.). Ann: Valde varians, unde confusio cum *hirsuto* AIT:, *sardoo* CRANTZ, *agrario* ALL:, *intermedio* POIR:, *pumilo* THUILL:, *parvulo* et *parvifloro* L., qui omnes *Philonotidis* var: habentur a SPR: l. c.

❋ 51. *R. muricatus* = L. sp: 780. = Spr: syst: II. 657. = Lam: ill: t. 498. f. 2. (*Eur*: austr:, *Afric*: bor:, *Amer*: bor:, et austr: *Chili*. In arvis subhumidis agri *Nicæensis* ALL: n. 1464. In pratis *di Cambio*, *Borgofranco*, et vallis *d'Antigorio* occurrit BIROLI fl: acon: I. p. 191. In *Sardiniæ* fossis et pratis humidis MORIS st: sard. I. p. 2.). Ann: Varians quoque innumeris modis, numquam tamen structura fructuum qui constanter sunt *muricato-cornuti*; nec folia unquam vidi *basi truncata*, uti in phrasi SPR: l. c., sed plus minusve *cordata*: var: δ ( *R. tucumanicus* ) quam possideo ex BERTERO 2. in *Chili* lecta, carpella habet minus acuminata. Ceterum valde affinis præ-

cedentibus 48. 49. ita ut varietates unius cum typo alterutrius facillime confundantur.

✱ 52. *R. arvensis* = L. sp: 780. = Spr: syst: II. 657. = Oed: fl: dan: t. 219. Icon: Taurin: vol. 4. t. 75. (*Eur*: med: et austr: In agro *Pedemontano* frequens All: n. 1463., Biroli, Re etc.; *Sardinia* inter segetes Moris st: sard: I. p. 2.). Ann: Vulgaris, parum varians. Huc referendus *R. echinatus* Crantz; an idem dicendum de *R. tuberculato* Kit: fide Spr: l. c.? in hoc tamen fructuum tubercula *obtusissima* sunt nec in *acumen* desinentia uti in *R. arvensi*: an character constans? examini subjiciendum.

†† *Foliis indivisis.*

✱ 53. *R. ophioglossifolius* = Vill: dauph: 4. 732. = Spr: syst: II. 656. = Vill: l. c. t. 49. (In udis pratis et fossis *Eur*: austr: In *Pedem*: Balbis misc: alt: 53. sub *R. ophioglossoideo*; in palustribus *Sardin*: legit Moris st: sard: I. p. 2.). Ann: Numquam inveni in *Pedemonte*; forsan in agro *Nicæensi*, nam in aquosis inter *Cannes* et *Antibe* similibusque locis prope *la Rivière d'Argent* reperit Balbisius. Enumeratur quoque a cl: Brignoli inter plantas rariores *Forojulii* sub nomine *R. fistulosi*.

54. *R. uliginosus* = W. en: 586. (*Teneriffa*). Ann: humilis a Broussonet inventus in udis *Teneriffæ*, cultus sub nomine *R. cochlearifolii* Horn: in H. B. Taurin:, a quo proveniunt specimina nostra, affinis priori, sed valde differt statura *humiliori*, foliis inferioribus *subcordato-ovatis* nec *suborbiculatis*, omnibus plus minusve *dentatis*, nec *integerrimis*: fructus

sunt reapse *granulato-tuberculati* ut suspicaverat Candolleus qui immaturos tantum viderat (syst: I. 249. Prodr. I. 43.). = 55. *R. fontanus* = Gusson: ex Presl: del: Prag: p. 6. (In *Siciliæ* uliginosis montosis). Ann: præcedentibus accedit, sed differt præsertim fructibus lævibus sec: Gussoni, qua nota ad sect. III. esset amandandus prope *R. Flammulam*: in specimin: missis a cl: Auctore desunt fructus, proinde ob affinitatem ex habitu hic collocandum existimavi.

❀ 56. *R. nodiflorus* = L. sp: 773. = Spr: syst: II. 656. = Kit: pl: rar: hung: 2. 192. t. 176. pro var: *β dentata* (*Eur*: austr:, in *Sabaudia* prope lacum *du Bourget* invenit sollertissimus Huguenin). Ann: Plantula 2-3-pollicaris, de qua nulla mentio penes Allionium aliosque insignes stirpium nostrarum detectores. Primus mihi attulit specimen D. Piottaz lectum in locis uliginosis prope *Augustam Prætoriam*; in hoc folia radicalia sunt *ovata* apice *dentata*, cetera *oblongo-lanceolata integerrima*; nuper laudatus Huguenin aliud perfectissimum misit exemplar lectum ad lacum *du Bourget* in quo folia omnia sunt *oblongo-lanceolata integerrima*; cetera quadrant cum optima descriptione DC. syst: I. 251. Floræ igitur Pedemontanæ addenda hæc rarissima plantula cum varietate *dentata* eadem forsan ac *R. siculus* Petiv: gaz: 39. t. 24. f. 9. a Candolleo ibidem laudatus.

## *Ranunculi dubii.*

❀ 57. *R. saxatilis* = Balb: misc: bot: p. 27. *R. monspeliacus* L. sec: Steud: et DC. syst: I. 260. (*Eur*: austr:; in aridis inter *Pellein* et *Brissogna* in *Valle-*

*augustana*; locis saxosis secus viam ad *Utellam*, *La Tourrette*, *Esterelle* etc. sec: Balb: l. c.). Peren: Stirps hæc prorsus omissa a Spr: affinis certe *R. monspeliaco* L. qui summopere variat; magis accedit var: β *cuneata*, folia enim gerit lobis *cuneiformibus*, nec *angustis elongatis* uti in var: α. Specim: quæ habeo ex Balbisio et Birolio comparata cum ic: DC. (pl: gal: rar: t. 50.) perfecte quadrant: eorum folia non *rotundata* uti in var: γ ad quam Candolleus refert stirpem *Balbisianam*: ceterum valde dubito an distinctam speciem constituere possit.

58. *R. trifoliatus* = Zeyh? = Stirps distincta sec: Steud: omissa a Spr: et DC. Specimina mea ex hb: Biroli non differunt a *R. trilobo* n. 48. nisi partium magnitudine, quod forsan culturæ tribuendum, proveniunt enim ex H. B. Madr: = 59. *R. aggregatus* = H. Vindeb:? Nullibi citatum invenio: specimina ex hb: Biroli ita inscripta accedunt ad *R. apiifolium* Pers: non Desf: a DC. illustratum (syst: I. 242.), sed differunt caule vix pedali *villosiusculo* ut tota planta nec *glabro*, foliis radicalibus reapse *ternatis* non 5-*lobis*, foliolis 3-5-lobatis, mediis 3-sectis laciniis cuneatis plus minusve apice divisis, summis 3-partitis laciniis lanceolatis: flores parvi in corymbum pauciflorum subaggregati. Fructus non vidi.

## Trib. IV. *Helleboreæ*

(DC. syst: I. 130. et 306. = Prodr: I. 44.)

IX. Caltha Lin: gen: 703. = Lam: ill: t. 500.

» *Cal*: corollinus 5-sepalus raro persistens sæpius » deciduus. *Pet*: o. *Stam*: polyandra. *Capsulæ* (Fol- » liculi Spr:) 5-10. compressæ patentes 1-loculares » polyspermæ. »

*Obs*. Genus paucis constans speciebus (11 ex DC. 13. ex Spr:), attamen in duas sectiones divisum sc: *sepalis deciduis* (*Populago* DC.) et *sepalis persistentibus* (*Psychrophila* DC.). Herbæ perennes aquaticæ, foliis petiolatis cordatis vel sagittatis interdum basi appendiculatis, floribus terminalibus.

✱ 1. *C. palustris* = L. sp: 784. = Spr: syst: II. 659. = Oed: fl: dan: t. 668. Ic: Taurin: vol. 4. t. 82. (*Eur*:, *Asia* occid:, *Amer*: bor:; ad fontium scaturigines et rivulos fluentium aquarum in *Pedemont*: All: n. 1525.; in aquosis ubi *Sangone* in *Padum* illabitur Re, Balbis; ad *Ticini* focem et ad lacum *di Vinzalio* Biroli fl: acon: I. p. 193.). Peren: Pertinet ad primam sectionem; facile variat fl: pleno.

X. Trollius Lin: gen: 700. = Lam: ill: t. 499.

» *Cal*: corollinus 5-15-sepalus, deciduus. *Pet*: (ne- » ctaria Spr:) 5-20. parva basi tubulosa 1-labiata. » *Stam*: polyandra. *Capsulæ* (Folliculi Spr:) plurimæ » sessiles cylindraceæ polyspermæ. »

*Obs*. Genus ludens inter *Ranunculos* et *Helleboros*, modo solas quinque species comprehendens ex DC.

et Spr: in quibus non folia sed numerus sepalorum ac longitudo petalorum respectu staminum considerantur: herbæ perennes foliis multifidis floribus terminalibus.

● 1. *T. europæus* = L. sp: 782. = Spr: syst: I. 658. = Oed: fl: dan: t. 133. Ic: Taur: vol. 4. t. 79. (In pratis montanis subfrigidis *Eur*:, in nostris alpibus nil frequentius All: n. 1919. Re; Biroli etc.). Peren: Variat statura prout in alpinis depressis vel exceltioribus crescit; flores conspicui.

2. *T. patulus* = Salisb: tr: lin: 8. p. 303. (*Sibir*:, *Cappadoc*:, *Asia* min:). Peren: Varians flore supra folium pedicellato (α *pedunculatus*), vel subsessili (β *subinvolucratus*). Pulcherrimum specim: possideo ex Fischer in scheda notatum pro var: β lecto in *Dahuria*, in quo characteres utriusque varietatis concurrunt sc: caulis erectus pedalis, flos a folio superiori intervallo pollicari distans uti in α, sed petala 10-15. stamina superantia uti in β; forsan character varietatis ex caulis et pedunculi mensura desumptus nimis fallax et numerus ac mensura petalorum solummodo consideranda? = 3. *T. americanus* = Muhlen: in Donn: cat: h: cant: (*Amer*: bor:). Peren: varians sepalis 5. vel 10.; flores minores quam in aliis stirpibus, luteo-viridescentes.

XI. Helleborus Lin: gen: n. 702. = Lam: ill: t. 499. (*Helleborus* et *Eranthis* Salisb: = DC.)

» *Involucr*: a flore distans vel rarius sub flore.
» *Calyx* subcorollinus 5-8-sepalus sæpius persistens.
» *Pet*: (nectaria Spr:) 6-10. brevissima tubulosa 2-

» labiata. *Stam*: polyandra. *Capsulæ* (Folliculi Spr:) » 3-10. compressæ polyspermæ: semina duplici ra- » rius simplici serie disposita. »

*Obs*. Genus constans 10-12. speciebus inclusa *Eranthide* quæ nimis affinis ut distinctum genus constituere valeat; hinc melius in duas sectiones dividendum sc: *Eranthides* (involucrum sub flore, calyx deciduus, semina 1-seriata), et *Helleboroides* (involucrum a flore distans vel nullum, calyx persistens, semina 2-seriata). Herbæ perennes subcoriaceæ, foliis digitatis vel pedatis palmatisve, caule sæpius ramoso multifloro rarius aphyllo 1-floro.

Sect. I. *Eranthides*.

❃ 1. *H. hyemalis* = L. sp: 783. = Spr: syst: II. 658. = Iacq: fl: austr: t. 202. (*Eur*: austr:, in collib: *Taurinensib*: prope *Heremum*, et in vinetis *Monregalensis* provinciæ, et *Liguriæ* All: n. 1511.; montib: *del Margozzo* Biroli fl: acon: I. p. 192.).

Sect. II. *Helleboroides*.

❃ 2. *H. niger* = L. sp: 783. = Spr: syst: II. 658. = Iacq: fl: austr: t. 201. (*Eur*: med: et austr: In valle *Augustæ Prætoriæ* Lobel:; in *Montisferrati* et *Nicææ* collibus All: n. 1512.; in sylvis *di Varallo* et *Vogogna* Biroli fl: acon: I. p. 193.). Variat fl: minori vel majori, foliisque diversimode divisis.

❃ 3. *H. viridis* = L. sp: 784. = Spr: syst: II. 659: = Iacq: fl: austr: t. 106. Ic: Taur: vol. 4. t. 80. (*Eur*: med: Ad radices montium *Taurinens*: frequens All: n. 1513. In sylvis *del Margozzolo di Varallo*

Biroli fl: acon: I. p. 193. In sylvis prope *la Mandria* invenit Re fl: torin: I. p. 294. ). Variat foliis sanguineo-maculatis, et segmentis plus minusve incisis vel basi integerrimis.

❀ 4. *H. fœtidus* = L. sp: 784. = Spr: syst: II. 659. = Engl: bot: t. 613. Ic: Taur: vol. 4. t. 81. (*Eur*: med: Abunde ad vias et lapidosa vallibus *Sturæ Cuneensis*, *Tanari*, *Augustæ Prætoriæ*, et aliis calidioribus *Pedemontii*, nec non in collibus *Taurinensib*: All: n. 1514. In tota *Exilliarum* valle Re fl: segus: p. 47. In sylvis *di Quarna* et *Pic di Mullera*, *Maggiora*, *Vegezzo* Biroli fl: acon: I. p. 193.).

5. *H. lividus* = Ait: H. Kew: ed: I. v. 2. p. 272. (*Corsica*; *Sardinia* in umbrosis sylvarum *Ierza* Moris st: sard: I. p. 1.). Admodum rarus varians segmentis foliorum *serratis* α, vel *integerrimis* β. Planta sardoa pertinet ad var: α. = 6. *H. Bocconi* = Ten: fl: nap: app: 4. p. 10. (*Calabria*, *Sicilia*). Satis ab *H. nigro* distinctus ex descriptione Gussonii Prod: fl: sic: II. 62., nec inter *nigri* varr: memoratus a DC. syst: I. 319.; immo omissus, nam figura *Bocconi* ibi citata pertinet ad *nigrum sanguineo folio*, non ad *nigrum foliis dissectis* ejusdem auctoris, nec indicantur *Cupani* synonima. = 7. *H. styriacus*? Specim: habeo ex hb. Bellardi hoc nomine insignitum cum indicatione ex Paschal, sed desunt flores: an *Veratrum nigrum styriacum* Tab: ic: 723. enumeratum a DC. syst: I. p. 316. tamquam synonymum *H. nigri*? iconem illam non nosco, nec video citatam a W. Forma foliorum non valde diversa, sed differunt segmentis *minoribus*, potius *mollibus* nec *coriaceis*, *æqualiter argute serra-*

*tis* serraturis minimis, nec *apice* tantum *inæqualiter* serratis.

XII. Isopyrum Lin. gen: n. 701. = Goertn: fr. I. t. 65. f. 5. (*Hellebori* sp: Lam.).

» *Cal.* corollinus 5-sepalus deciduus. *Pet:* 5. tubu-
» losa 2-labiata labio exteriore 2-fido. *Stam:* dode-
» candra. *Capsulæ* (Folliculi Spr:) 2-20. 1-loculares
» compressæ polyspermæ. »

*Obs.* Genus vix ab *Helleboro* distinctum calyce *deciduo*, staminibus *dodecandris*, capsulis *membranaceis*, habitu *graciliori*, 4. tantum speciebus nunc cognitis constans; herbæ graciles perennes, foliis dissectis, floribus parvulis.

❀ 1. *I. thalictroides* = L. sp: 783. = Spr: syst: II. 469. = Iacq: fl: austr: t. 105. (*Eur:* austr: In umbrosis *Sessitis* versus *Scopa* et *Allagna* vulgarem dicit Biroli fl: acon: I. p. 192. In *Sabaudia* legit Perret). Peren:

2. *I. grandiflorum*? = Fisch: in litt: DC. Prodr: I. 48. (in Alpib: *altaicis*). Peren: Planta admodum dubia; notatu dignum in scheda specim: humaniter missi a cl: Fischerio ex *Altai* inscriptam esse tamquam synon: *Aquilegiam anemonoideam* W., quam tamen propria sede referunt DC. Prodr: I. 51. et Spr: syst: II. 631. et Fischerio tribuunt, nullo adjecto synon: nec loco ubi eam viderint; hæc mihi ignota: præsumendum igitur ex memorata scheda unam eamdemque esse plantam *I. grandiflorum* et *Aquilegiam anemonoideam* ex eadem patria provenientes. = 3. *I. fumarioides* = L, sp: 783. (*Sibiria*). Ann:

XIII. Garidella Lin: gen: n. 541. = Lam: ill: t. 379.

» *Cal:* subcorollinus parvus 5-sepalus deciduus.
» *Pet:* 5. (nectaria Spr:) 2-labiata 2-fida. *Stam:* de-
» candra vel polyandra; *styli* 3. brevissimi. *Capsulæ*
» connatæ polyspermæ. »

*Obs*: Genus maxime affine sequenti duas tantum species annuas complectens.

⚘ 1. G. *Nigellastrum* = L. sp: 753. = Spr: syst: II. 416. = Bot: mag: t. 1266. Ic: Taurin: vol. 10. t. 67. (*Gallia* austr:, in agris *Nicæensib:* All: n. 1681.).

XIV. Nigella Lin: gen: n. 685. = Lam: ill: t. 488.

» *Cal:* corollinus magnus 5-sepalus deciduus. *Pet:*
» parva 5-10. 2-labiata ungue foveolato nectarifero.
» *Stam:* polyandra in unam vel plures series disposita:
» *styli* 5-10. elongati. *Capsulæ* (Folliculi Spr:) ro-
» stratæ plus minusve concretæ polyspermæ. *Sem:*
» plana vel angularia. »

*Obs*: Genus vix a *Garidella* distinctum stylis *elongatis* fructibusque *rostratis*, constans 11. speciebus sec: DC., 9. sec: Spr: in duas sectiones naturales divisum, sc: *Nigellaria* staminibus multiplici serie dispositis, seminibus angulatis; *Nigellastrum* stamin: simplici serie, semin: planis. Sectio III. (*Erobatos* DC.) conjungenda cum prima. Herbæ annuæ, foliis capillaceo-multifidis, floribus solitariis quandoque involucratis, seminibus aromaticis.

Sect. I. *Nigellaria.*

✻ 1. *N. damascena* = L. sp: 753. = DC. syst: I. 331. = Bot: mag: t. 22. Ic: Taur: vol. 4. t. 27. vern: *Barbisa* (*Eur*: austr:; in agro *Nicæensi* familiaris All: n. 1509.; in *Sardiniæ* arvis et inter segetes Moris st: sard: I. p. 1.). Variat sepalis albis vel cæruleis, simplici vel multiplici serie dispositis. Ubique colitur in hortis ornamenti gratia: pertinet ad *Erobatos* DC. floribus involucro capillaceo-multifido longissimo cinctis. Cl: Bellardi reperit hanc stirpem in arvis collium *Taurinensium* uti nos cum Bertero invenimus in locis cultis *della Saffarona*; sed spontaneam esse haud puto et potius enatam e seminibus accidentali causa repulsis ab hortis.

2. *N. coarctata* = Gmel: bad: 2. 502. in adn: (Patria?) Cl: Spr: habet hanc plantam pro sola var: *N. damascenæ* (syst: II. 631.): Gmel: l. c. observat tamen per plures annos ex seminibus cultam mutationi non succubuisse: differentiæ ex auctore et DC. l. c. sistunt præsertim in statura *minori*, sepalis *erecto-conniventibus* nec *patentibus*: folia ipsi dicunt conformia, sed in speciminib: meis valde differunt, uti etiam involucrum. *N. damascena* folia omnia gerit ab insertione ad apicem pinnatisecta segmentis multifidis capillaribus longissimis, et *involucrum* foliis simillimum florem duplo superans, capsulas demum *longe* rostratas: in *N. coarctata* folia sunt potius *alterna* inferiora *longe petiolata*, superne tantum pinnatifida segmentis sessilibus 3-5-fidis laciniis *lineari-lanceo-*

*latis* brevibus, superiora secta uti in *damascena*, sed segmentis multoties *brevioribus*; involucrum autem florem vix superat. Diagnoses igitur emendandæ ut sequitur.

» *N. damascena* foliis sparsis omnium segmentis » involucroque capillaribus longissimis, sepalis pa- » tentibus, antheris muticis, capsulis 5. ad apicem » usque connexis longe rostratis (planta 1-2-pedalis). » Nob:

» *N. coarctata* foliis alternis inferioribus superne » pinnati-sectis petiolatis segmentis sessilibus 3-5- » fidis laciniis lineari-lanceolatis, superioribus invo- » lucroque omnino pinnati-sectis segmentis linearibus » brevibus, sepalis erecto-conniventibus, antheris mu- » ticis, capsulis 5. ad apicem usque connexis brevi » rostratis (planta semipalmaris). » Nob:

3. *N. sativa* = L. sp: 753. (*Eur*: austr:, *Afr*: bor:, *Asia*). Variat summopere præsertim cultura; colitur in hortis ad usum seminum pro condimentis (Gall: *toute épice*).

❋ 4. *N. arvensis* = L. sp: 753. = DC. syst: I. 329. = Schkuhr: haudb: 2. t. 146. Ic: Taurin: vol. 27. t. 96. (*Eur*: med: et merid:, *Afr*: bor:; in agris sterilibus provinciæ *Alexandriæ*, *Dertonens*: *Taurinens*: All: n. 1510.; in arvis sabulosis *di Cerano* et *Lumellina* Biroli fl: acon: I. p. 184. In *Sardinia* inter segetes Moris st: sard: I. p. 1.).

5. *N. fœniculacea* = DC. syst: I. 328. (Inter segetes *Tauriæ*). *N. segetalis* M. B. sec: Spr: syst: II. 631. = 6. *N. hispanica* = L. sp: 753. (*Hispan*:, *Afr*: bor:). Specim: mea ex Balbisio perfecte quadrant cum

ſigura Desf: Atl: I. t. 112., exceptis fructibus qui potius *ovati* quam *obconici* uti in icone.

Sect. II. *Nigellastrum.*

7. *N. orientalis* = L. sp: 753. (*Syria*, *Caucas*:, *Iber*: med: ).

*Nigellæ dubiæ.*

8. *N. cinnamomea*? = Habeo hanc plantam ex hb: Birol: tamquam provenientem ab *H. Paris*:, quam tamen in Catal: *Fontanesii* 1829. enumeratam non video; sed a *N. sativa* n. 3. vix videtur differre caule foliisque *glabris;* forsan pertinet ad var: δ (*N. indica*) ex Roxb: quam memorat Candoleus syst: I. 331.

XV. Aquilegia Lin: gen: n. 275. = Lam: ill: t. 488.

» *Cal:* corollinus 5-sepalus deciduus. *Pet:* 5. su- » perne hiantia 2-labiata basi in calcar corniculatum » producta. *Stam*: polyandra in phalanges disposita » interiora dilatata abortientia. *Capsul*: (Folliculi Spr:) » 5. erectæ stylis acuminatæ polyspermæ. »

*Obs*: Genus valde naturale et ab affinibus distinctissimum præsertim petalorum singulari forma, et staminum interiorum abortu quæ diverso modo in petala accessoria convertuntur. Species 13. ex DC., 10. ex Spr: perennes, foliis 1-2-ternatis, floribus terminalibus.

❀ 1. *A. vulgaris* = L. sp: 752. = DC. syst: I. 334. = Engl: bot: t. 297. Icon: Taur: vol. 4. t. 2. 26. et vol. 15 t. 15. (In umbrosis totius *Eur*:, in *Iaponia*, in *Pedemont*: frequens præsertim in mon-

tanis ad sylvas All: n. 1507. In planitieb: *Stupinixii* Balbis, *Venariæ* Re. *Sardinia* in umbrosis montis *Spada Founi* Moris st: sard: I. p. 1.). In hortis culta ornamenti gratia. Cons: DC. l. c. p. 335. circa var:

❀ 2. *A. viscosa* = Gouan: fl: Monspel: 267. = DC. syst: I. 335. = Gouan: illustr: 33. t. 19. (In apricis regionis *Mediterraneæ*; in umbrosis alpinis *Garexii* Dana; alpib: *Tendæ* et *Vinadii* Bellardi sec: All: n. 1506.). A priore differt tantum caule *subnudo*, superficie tota *pubescenti-viscosa*. *A. vulgaris* var: γ et δ Lapeyr: abr: pyr: 306. Spr: syst: II. 630.

❀ 3. *A. alpina* = L. sp: 752. = DC. syst: I. 336. = Deless: ic: sel: 1. t. 48. = All: fl: pedem: II. t. 66. Ic: Taur: vol. 4. t. 1. et vol. 15. t. 15. (Alpib: *Eur*: med: et *Sibir:*; in umbrosis et humidis montium *Cenisii*, *Pralagnan*, *Lamié*, *Rosa*, *Fenestrelle* All: n. 1508., Re, Biroli etc. In *Sabaudia* DC. syn: fl: gall: p. 420.).

4. *A. pyrenaica* = DC. fl: fr: ed: 3. v. 5. p. 640. (*Pyren:* et *Apennin:* mont:). Huc pertinet *A. alpina* Lam: non L. = 5. *A. canadensis* = L. sp: 752. (*Amer*: bor:). In hortis sæpe occurrit ornamenti gratia. = 6. *A. viridiflora* = Pall: act: petrop: 1779. p. 260. (*Sibir*:). = 7. *A. atropurpurea* = W. en: 577. (*Sibir:*). Non satis a priori distincta cujus var: putat esse Spr: syst: I. 630. Inter differentias a cl: DC. notatas (syst: I. 338. n. 8. et 10.) unam tantum vidi in specimin: a Fischerio communicatis sc: calcaria limbo *breviora* quæ in *A. viridiflora* sunt *longiora*: ceterum Fischerius ipse in scheda inscripsit *A. viridiflora var*: β *atropurpurea* W. = 8. *A. hybrida* = Sims bot: mag:

t. 1221. (*Sibir:*). Hæc etiam a Spr: syst: I. 630. habetur pro var: *A. viridifloræ*; sed præter differentias a DC. (syst: I. 339.) notatas observavi specimina mea ex Fisch: præbere folia omnia *radicalia* longe petiolata segmentis *rotundatis* vix superne obtuse-lobatis, scapum 1-florum, flores cernuos majores quam in præcedentibus.

XVI. Delphinium Lin: gen: n. 681. = Lam: ill: t. 482.

» *Cal:* corollinus 5-sepalus deciduus sepalo superiore in calcar producto. *Pet:* 2-4. superiora basi calcarata inter calcar calycinum. *Stam:* polyandra. *Capsulæ* (Folliculi Spr:) 1-5. sæpius 3., distinctæ 1-valves polyspermæ. »

*Obs:* Genus naturalissimum plurimis constans speciebus sc: 53. ex DC., 47. ex Spr: hinc in 4. sectiones divisum, *Consolida* (caps: 1. pet: in 1-coalita, species annuæ); *Delphinellum* (caps: 3. pet: libera, calc: intern: 2-petalum, spec: annuæ); *Delphinastrum* (caps: 3-5. pet: libera, inferiora sæpius barbata 2-fida, calc: intern: 2-petalum, spec: perennes); *Staphysagria* (caps: 3-5. pet: libera, calc: breve, internum 2-petalum, spec: biennes). Herbæ foliis palmatim multifidis, floribus racemosis bracteatis.

Sect. I. *Consolida.*

❈ 1. *D. Ajacis* = L: sp: 748. = Spr: syst: II. 616. = Clus: hist: 2. p. 206. f. 1. Vern: *Spron Cavajer* (*Tauria.* In rupibus vallis *di Vedro* supra *Trasquera* sec: Birol: fl: acon: I. p. 182.). Ex cultura in hortis variat multimode caulis altitudine, ac florum colore et plenitudine.

❋ 2. *D. Consolida* = L. sp: 748. = Spr: syst: II. 616. = Lam: ill: t. 482. f. 1. Ic: Taur: vol. 3. t. 112. (*Eur:*, *Amer:* bor:; inter stipulas in agro *Pedemontano* frequentissimum; in agris calidiorum collium *Taurinens:* ALL: n. 1502. In cerealibus sabulosis *Lumellinæ* BIROLI fl: acon: I. p. 182.). Variat uti prius.

### Sect. II. *Delphinellum.*

❋ 3. *D. junceum* = DC. fl: fr: v. 5. p. 641. = Spr: syst: II. 617. = All: fl: pedem: n. 1503. t. 25. f. 3. sub *D. peregrino* Ic: Taurin: vol. 15. t. 92. (*Eur:* austr:, *Afr:* bor:, *Syria*; circa *Nicæam* invenit ALL: In *Sardiniæ* aridis maritimis MORIS st: sard: I. p. 1.). *D. peregrinum* L. non LAM: nec DELIL.

4. *D. virgatum*? = Poir: dict: suppl: II. 458. non Iacq: (*Syria*). Specim: missum a D. TAGLIABUE et lectum in H. *Breræ*, ubi colitur sub allato nomine perfecte quadrat cum descriptione POIR: l. c.; sed ibi planta dicitur *glaberrima*, nostra ramos habet valde *villosos* quod forsan culturæ tribuendum.

### Sect. III. *Delphinastrum.*

#### † *Petalis inferioribus integris.*

5. *D. grandiflorum* = L. sp: 531. (*Sibir:*). Inter omnia pulcherrimum floribus magnis, varians caulis et racemorum altitudine; cultura interdum stamina nonnulla abortiva petaloidea evadunt et flores semiplenos reddunt. = 6. *D. chinense*? = Fisch: *D. grandiflorum var: β* DC. syst: I. 351. (*Sibir:*). Ex specim: missis a cl: FISCHERIO stirps hæc mihi videtur distin-

cta a priori, cujus var: tantum consideratur a DC. l. c. et Spr: syst: II. 617.; nam, præter differentias ab auctoribus ibid: notatas, video folia differre segmentis subcuneatis *parum distantibus*, lobulis oblongis *brevioribus*; hinc, retenta diagnosi Spr: circa *D. grandiflorum*, ita comparative *D. chinense* censeo definiendum.

» D. foliis palmatis multipartitis, laciniis subcu-
» neatis approximatis, lobulis oblongis brevibus, ra-
» cemo longissimo stricto cauleque rigido, pedicellis
» elongatis, petalis superioribus obtusis inferioribus
» integris, calcare sub-fisso. » (Flores facile versicolores) Nob:

7. *D. cheilanthum* = Fisch: in litt: Spr: syst: II. 617. (*Dahuria*). In specim: meo desunt capsulæ; ceterum quadrat cum descriptione DC. syst: I. 353.

†† *Petalis inferioribus 2-fidis barbatis.*

8. *D. puniceum* = L. suppl: 267. (*Caucas:* ad *Volgam, Sibir:*). = 9. *D. amœnum* = DC. syst: I. 546. ex Stev: ined: (*Sibir:*). Longe differt a priori tum ex descriptione DC. et Spr: cum ex speciminibus meis cult: in H. Rip: = 10. *D. velutinum* = Bertol: Spr: c. p. 211. (In sylvis *Bononiensibus* Bertol:). Optima stirps cujus perfectissima specim: habeo ex cl: Bertoloni: collocatur a Spr: inter *D. hybridum* et *pentagynum*; sed in diagnosi nonnulli characteres omissi, qui magis hanc plantam ab illis distinguunt; non solum caulis et folia sunt *villosa*, sed tota planta inclusis floribus; de *calcare* et *pedicellis* silet diagnosis; illud est *rectiusculum* calyce *duplo-longius*, hi *bre-*

*ves* florem vix æquantes; bracteæ autem *subulatæ* florem *omnes* subæquant. = 11. *D. azureum* = Michx: fl: am: bor: I. 314. (*Amer*: bor:). Cult: in H. Rip: = 12. *D. exaltatum* = Ait: H. Kew: ed: I. v. 2. 244. (*Amer*: bor:). *D. tridactylum* Mischx: non differt nisi pedicellis bracteisque *brevioribus*. Utraque cult: in H. Ripul: = 13. *D. urceolatum* = Iacq: coll: I. 153. (*Amer*: bor:). Folia in specimin: meis non tantum subtus *pubescentia*, sed ad marginem et nervos patenter *ciliata*. Cult: in h. Ripul:

❋ 14. *D. intermedium* = Ait: h. Kew: ed: I. v. 2. 243. = Spr: syst: II. 619. Ic: Taur: vol. 10. t. 63. et vol. 15. t. 55. sub *D. elato* L. (*Eur*. med: In Alpe *Scà*, *Gros Caval*; in valle *Augustæ Pretoriæ*; ad thermas *Vinadienses*, secus viam *la Traversa* abunde All: n. 1504.; ad rupes montis *Mori* Birol: fl: acon: I. p. 182.). Sub *D. elato* L. sp: 749. plures species coarctatæ fuerunt, hinc recentiores Botanici, sublato hoc nomine atque synonimia, proprias species retinuerunt (DC. syst: I. 352. nota 1.). Spr: tamen l. c. ad verum *D. elatum* L. refert *D. intermedium*, quod conjungit cum *D. alpino* Kit: et *revoluto* Desf:, quæ non possideo. Video tamen *D. intermedium* plurimas habere quoque varietates a DC. l. c. p. 358. 359. descriptas. *D. intermedium* cultum in h. Rip: perfecte quadrat cum icon: Taurin: supra citatis sub *D. elato*; sed alia specimina sub eodem nomine possideo, quæ differunt præsertim foliis basi *non cordatis* immo *subtruncatis* qua nota accedunt ad *D. palmatifidum*: exemplar quoque habeo nomine *D. americani* ex hb: Biroli ab H. *Paris*: quod nescio enumeratum nisi a

Steud: tamquam var: *D. intermedii*: differt a ceteris *caule petiolisque* glabris, foliis subtus tantum *vix pubescentibus*, lobis magis *distantibus elongatis*; accedit valde var: ε (*laxum*) inspecto etiam *racemo laxo*: sed ex nomine videtur Americæ incola: an species distincta?

15. *D. palmatifidum* = DC. syst: I. 358. (*Sibir*:). Priori affine: in specim: caulis pedicellique *glabri*: ludit inter *hispidum* α et *glabellum* β. = 16. *D. cuneatum* = Stev: diss: ined: sec: DC. syst: I. 359. (Ad *Volgam*, *Podol:* austr.). Optime a Spr: conjunctum cum *D. villoso* Stev: ex DC. l. c. p. 546., a quo in specim: meis haud differt nisi aliquando caule et racemis plus minusve velutinis, interdum in plantis cultis *glaberrimis*. Utraq: cult: in h. Rip: = 17. *D. dictyocarpon* = DC. syst: I. 360. (*Sibir*:). Bene etiam a Spr: conjunctum cum *D. laxifloro* DC. l. c., a quo non videtur differre nisi bracteolis *pubescentibus*, quæ tamen in specim: nostro ex hb: Birol: glabræ omnino apparent: an rite a priori sejunctum? valde dubito habitu præsertim inspecto. = 18. *D. speciosum* = M. B. fl: caucas: 2. p. 12. (*Caucas:*). Folia *peltata* non dicit M. B. uti Spr: in phrasi, nec talia sunt in specim: meis, sed basi *sub-cordata*: flores non tam ampli quam in *Aquilegia vulgari* ceu tradunt M. B. et DC. syst: I. 361. in descriptione; *bracteolæ binæ* sub flore non apparent. Ceterum perfecte quadrant. = 19. *D. flexuosum* = M. B. fl: caucas: 2. p. 12. *D. ciliatum* Spr: (*Caucas*:). Nomen *D. flexuosi* retinendum uti antiquius.

### Sect. IV. *Staphysagria.*

20. *D. pictum* = W. en: 574. (*Eur*: austr:). Specim: ex H. B. Taur: ubi jam cultum a Balbisio sub nomine *D. maritimi* Cav: idem ac *D. pictum* sec: DC. syst: I. 363.

❃ 21. *D. Staphysagria* = L. sp: 750. = Spr: syst: II. 617. (*Eur*: austr:, *Græcia*, *Tenerif*:; agro *Nicæensi*, et in sylva ad *Clavasii* conspectum All: n. 1505. In *Sardiniæ* sylvis et pascuis montanis Moris st: sard: I. p. 1.). Diutius confusum cum priori, a quo differt præsertim statura *majori*, caule petiolisque *undique pilosis*, pedunculis bracteas floresque *valde superantibus*, calcare demum *brevissimo*.

### *Delphinia dubia.*

22. *D. sulcatum*? Missum sub hoc nomine a Burdinio, et cultum in h: Ripul: accedit ad *D. palmatifidum* n. 15. sed planta tota glabra. = 23. *D. spurium*? = Fisch: Pertinet ad *D. speciosum* M. B. sec: Steud: Specimina mea ex Fisch:, et plantæ cultæ magis affines *D. intermedio* n. 14. = 24. *D. discolor* = Fisch: Sic in schedis speciminum ex hb: Biroli; nullibi inveni hoc nomen: folia fere ut in præcedentibus, sed lobi magis approximati; petioli et bracteolæ pilosiusculi calcaris longitudine; calcar valde incurvum calycem superans: racemi paniculati. = 25. *D. cyaneum* = Hortul:? Vix ab *intermedio* distinctum floribus saturate cyaneis. Cult: in h: Ripul: = 26. *D. crassifolium* = Schrad: sec: Steud: qui citat icon: Gmel: sib: 4. t. 79.; hæc refertur ad *D. palmatifidum*

var: *α hispidum* auctoritate DC. syst: I. 358. Planta nostra culta in h: Ripul: a *palmatifido* reapse non differt, sed magis accedit ad var: *β glabellum* pro qua DC. citat t. 75. non 79. laudati GMEL:, habet enim caulem prorsus *glabrum*, pedicellos *hispidulos*. = 27. *D. crassicaule* = Hortul: Gmel: H. C. sec: Steud: Valde affine videtur *D. specioso*; racemus in nostro specimine fere pedalis simplex; pedicelli flore duplo longiores; flores ampli; planta tota glabra. Cult: in h: Ripul: = 28. *D. anomalum* = Spr: sec: Steud: ? De hac specie silet SPR: in syst: neque illam memorat DC. Inter synonima *D. intermedii* var: *β hybrida* GOVAN: recenset STEUD: sed hanc varietatem non enumerat DC. sub *D. intermedio*: planta mea elegantissima ludit inter hoc et *D. cuneatum*: lobi foliorum sunt *cuneati*, sed folia basi *cordata*. Cult: in h. Rip:

XVII. ACONITUM Lin: gen: n. 682. = Lam: ill: t. 482.

» *Cal*: corollinus 5-sepalus sæpius deciduus, sepalo » superiore (*galea*) fornicato, lateralibus (*alæ*) orbi- » culatis, inferioribus oblongis. *Pet*: (nectaria SPR:) » plura; 2. superiora (*cuculli*) longe unguiculata, sub » galea incumbentia, apice calcarata, ore in labellum » producta; inferiora squamiformia non raro in sta- » mina conversa. *Stam:* polyandra. *Capsulæ* 3-5. ere- » ctæ polyspermæ. »

*Obs:* Genus naturalissimum pulcherrimumque, habitu et inflorescentia *Delphiniastris* simillimum, constans spec: 22. sec: DC. 39. sec: SPR: Herbæ perennes, foliis multifidis, floribus racemosis, pedicellis 1-floris 2. bracteatis. Diagnoses specierum et generis

divisiones difficillimæ ob maximam inter omnes affinitatem. Cons: inter alios Reichemb: illustr: gener: *Aconiti* ac *Delphinii*. Divisio artificialis ex florum *persistentia* et *colore* ceteris facilior videtur; hanc sequimur.

Sect. I. *Floribus persistentibus flavidis.*

(*Anthora* DC. syst: I. 365. = Prodr: I. 56.)

❈ 1. *A. Anthora* = L. sp: 751. = Spr: syst: II. 619. = Iacq: fl: austr: t. 382. Ic: Taurin: vol. 23. t. 87. (*Eur*: med: *Sibir*: In alpib: *Sabaudiæ*, et inter rupes locis apricis subalpinis *Pedemont*: frequentissimum All: n. 1501. In pratulis saxosis et alpinis ad meridiem supra *Les Ferrieres* Re fl: segus: p. 45. In vallibus *di Bugnano*, *Vedria*, et *Ameno* observavit Biroli fl: acon: I. p. 183.). Octo distinctissimas varr: enumerat DC. Prodr: I. 56. 57. quarum pars maxima pictæ a Ser: in mus: helv: I. et nonnullæ ab aliis auctoribus pro distinctis speciebus consideratæ: nostra ad varietatem α videtur pertinere.

Sect. II. *Floribus deciduis subflavidis.*

(*Lycoctonum* DC. ll. cc.)

† *Foliis palmatis.*

❈ 2. *A. Lycoctonum* = L. sp: 750. = DC. Prodr: I. 57. = Iacq: fl: austr: t. 380.? Ic: Taur: vol. 28. t. 29. (*Eur*: septent: et med: In sylvis montanis subalpinis, et collinis *Pedemont*: vulgare All: n. 1498.

Re fl: segus: p. 45. et fl: torin: I. p. 282. In montanis ad *Borgosesia* et *Varallo* frequens Biroli fl: acon: I. p. 182.). Varr: plurimæ ex DC. et Ser: ll. cc. Præter var: γ *laxiflorum* ad quam DC. refert plantam Allionii, aliæ occurrunt penes nos sc: α *vulgare*, et ε *puberulum*; prius in umbrosis prope *la Mandria*, alterum in sylvis *taurinensibus* Re fl: tor: l. c. Ex seminibus plures aliæ varr: obtinentur, sed flores constanter plus minusve lutei, vel albo-variegati, numquam cærulei. Cult: in h: Ripul.

* 3. *A. Lamarckii* = Reich: ex Spr: syst: II. 620. = DC. syst: I. 368. sub *A. pyrenaico* Lam: non L.? = DC. Prodr: I. 57. sub *A. Lycoctono* var: β. (*Pyren*:, *Alpib*: *nor*: et *dinar*; in monte *Musiné* invenit Re app: I. p. 24. sub *A. pyrenaico* W. en:). Planta admodum dubia; admissa prius a DC. in syst: sub *A. pyrenaico* Lam: non L. demum in Prodr: ad var: *A. Lycoctoni* amandata: *A. pyrenaicum* L. ad *A. squamosum* ejusdem auctoris refert DC. in syst:, hinc in Prodr: hoc vocat *A. barbatum* ex Patr: in Pers: ench: 2. p. 83. Sprengelius autem *A. pyrenaicum* Lam: *A. Lamarckii* appellat ex Reichemb: et servat *A. pyrenaicum* L. cui tribuit synon: *A. squamosum* ejusdem auctoris. Quidquid sit, pro certo habeo, duas esse distinctas species quæ differunt præsertim foliis *palmatis* lobis *incumbentibus*, calcare *hamato* in *A. Lamarckii*; foliis pedatis lobis *divergentibus*, calcare *arcuato* in *A. pyrenaico*. Nostra specimina ab Huguenin missa, et planta a cl: Re detecta in *Musiné* pertinent ad priorem, quam sub allato nomine refero ne confundatur cum *A. pyrenaico* L.

4. *A. orientale* = Mill: ex Spr: syst: II. 620. *A. ochroleucum* DC. ex W. (*Caucaso, Persia*). Ab *A. lycoctono* vix diversum: nomen MILLERII antiquius, hinc præferendum eo magis quod ceteræ hujus sectionis species flores gerant plus minusve ochroleucos. = 5. *A. Thelyphonium* = Reichemb: sec: Spr: syst: II. 620. (*Eur*: med:). Stirps valde dubia; differentiæ inter hoc et *A. Lycoctonum* minimæ. Cult: in h: Rip:

†† *Foliis pedatis.*

6. *A. barbatum* = Patr: in Pers: ench: 2. p. 83. (*Sibir*: orient:). Descriptio DC. in syst: II. 367. præsertim foliorum non rite quadrat cum planta PATRINI; lobi enim *distantes dilatati* nec *subcohærentes lineares*, lobuli *oblongi arcuati* non *acuminati*, petioli *sub-glabri* nec *pilis longis* instructi; habitu magis accedit ad *A. ochroleucum* prope quod DC. ipse illud collocavit in Prodr: I. 58., quam ad *A. Anthoram*, quod inter et *A. Lycoctonum* medium dixerat in syst:; forsan alia planta? videtur, et magis probat synonimum *A. squamosi* L. in Prodr: citatum et in syst: prorsus distinctum; sed nec *A. squamosum* ad plantam PATR: pertinet. Vid: supra n. 3.

Sect. III. *Floribus deciduis cærulescentibus.*

(*Cammarum* et *Napellus* DC. ll. cc.)

❋ 7. *A. Cammarum* = W. sp: II. 1238. ex L. sp: 751.? = Spr: syst: II. 621. = Iacq: fl: austr: 5. t. 424.? Ic: Taur: vol. 15. t. 78. (*Eur*: med: *Sibir*: In sylvis

umbrosis nostrarum *Alpium* frequentissimum All: n. 1500. In locis umbrosis ac frigidis *M. Cenisii* et *alla fabbrica del marmo* Re fl: segus: p. 45.; in montanis *Sabaudiæ* legit Perret). Dissentiunt Botanici ad quam ex hujus sectionis stirpibus referendum sit *A. Cammarum* L. Cll: W. et Spr: ll. cc. plantam Iacquinii eamdem esse putant ac plantam Linnæanam. Cl: DC. in syst: I. 374., omisso nomine *A. Cammari*, fere omnes hujus sectionis stirpes sub eodem nomine confusas fuisse tradit, et dubitat utrum sint unius speciei varietates; hanc *A. intermedium* appellat: refert tamen plantam L. et Iacq: ad *A. rostratum* Bernh: et *hebegynum* DC. quæ admittit. In Prodr: autem p. 59. plantam Iacquinii inter varr: *A. rostrati* enumerat sub nomine *A. jacquiniani* Ser: omisso synon: Lin: et ab *hebegyno* excludit syn: Iacq: Cl: Spr: demum et *Cammarum* et *rostratum* servat, omissis synon: DC., et aliis citatis, de quibus silet DC. Quid in tanta confusione statuendum? Speciminibus meis, nec non plantis cultis bene perpensis, arbitror *A. Cammarum* et *A. Napellum* duos esse distinctissimos typos, ex quibus ceteræ hujus et sequentis sectionis stirpes europeæ ortæ sunt, ideoque potius tamquam varietates vel hybrydes plus minusve speciosas esse considerandas: attamen in earum enumeratione sequor Spr: ne major oriatur confusio.

8. *A. nasutum* = Fischer sec: Spr: syst: II. 621. (*Eur*: med:, *Caucas*:, *Sibir*:). *A. nasuto* Fisch: et *A. gibboso* Ser: idem synon: tribuunt DC. et Spr:, scilicet *A. Cammarum* M. B. non L. Ergo eadem planta? Differt a n. 7., præter notas a Spr:, foliorum lobis

5

magis *distantibus*, lobulisque *paucioribus latioribus* et *obtusiusculis*: cult: in h. Rip: et miss: a BURDINIO sub nomine *A. Bernhardiani* WALLR: (*A. rostratum* var: *α Iudenbergense* sec: DC. Prodr: I. 59.). Cons: HOOK: fl: bor: am: I. p. 26. = 9. *A. variegatum* = L. sp: 751. (Alpib: *Eur*: med:). *A. glabrum* DC. syst: I. 379. omissum in Prodr: eamdem plantam esse tradit SPR: syst: II. 621. Cult: in h. Rip:

❀ 10. *A. paniculatum* = Lam: fl: fr: ed: I. suppl: 1224. = Spr: syst: II. 621. = Ser: mus: helv: I. t. 15. f. 20. 21. (*Helvet*:, *Gallo-Prov*: In Alpib: *Pedemon*: sec: DC. syst: I. 375. In *M. Cenisio* pro var: *α penninum* SER: l. c. p. 144.). Specimen meum ex PERRET lectum in *Sabaudia* perfecte quadrat cum descriptione DC. l. c. Huc pertinet *A. hebegynum* DC. sec: SPR: Vid: tamen supra n. 7. et infra n. 31.

11. *A. uncinatum* = L. sp: 750. (*Amer*: bor:, *Japon*:). Optima species habitu etiam distinctissima: folia constanter et exacte triloba, lobis grosse dentatis nec multifidis. = 12. *A. cernuum* = Wulff: sec: Spr: syst: II. 622. (Alpib: *Salisburgiens*:). Ab *A. paniculato* n. 10. mihi videtur differre tantum panicula *simpliciori subnutante*, foliorumque lobis *strictioribus*. Diagnoses W. sp: pl: 2. 1237. ceteris præferenda. Utrum *A. cernuum* WULFF: a SPR: relatum idem sit ac *A. cernuum* KOCL: valde dubito tum ex phrasi SPR: parum consona diagnosi W., cum ex comparatione synon: DC. cum synon: SPR: Sed tunc quid apud SPR: de *A. cernuo* KOCL: a W. probato? = 13. *A. Toxicum* = Reichenb: sec: Spr: syst: II. 622.

(*Transylv*:). Quid in DC.? *A. paniculato* simillimum. Cult: in h. Rip:

* 14. *A. Napellus* = L. sp: 751. = Spr: syst: II. 622. = Ser: mus: helv: I. t. 15. f. 41. 42. 50. Ic: Taur: vol. 13. t. 89. (*Eur*:, *Sibir*: *Pedemont*: ad oras sylvar: locis umbrosis et alpinis frigidis All: n. 1499. In valle *Pitta della Sesia* Biroli fl: acon: I. p. 183.). Quæ dixi circa species vel varietates *A. Cammari* recte *A. Napello* accommodantur. Cons: DC. syst: I. 371. ubi, mutato nomine Linnæano in *A. vulgare*, ditissimam tradit synonymiam; nec non Prodr: I. 62. ubi reproducto *A. Napello* 29. varr: ei tribuit! Nostrum ad var: γγ (*pubescens*) esse referendum censuit Biroli in mss:; attamen plantæ a me lectæ fere omnes glabræ.

15. *A. Storkeanum* = Reichemb: sec: Spr: syst: II. 622. (*Germ*:, *Austr*:). Ab *A. Napello* L. diversum etiam foliorum lobis *brevioribus* et potius *ovato-oblongis*, quam *linearibus*. Flores magni ex cæruleo et albo versicolores in specim: meis ex Huguenin. Planta elegans.

*Aconiti species vel varr: magis dubiæ.*

† *Lycoctona.*

16. *A. montanum* = Hortul: Nullibi enumeratum invenio; flores mediocres lutei; panicula laxa brevis; planta glaberrima. Specim: ex Huguenin.

* 17. *A. rectum* = Balb: *A. Theriophorum* Reichemb: *A. Lycoctonum* var: γ *grandiflorum* sec: DC. Prodr: I. 57.? (In *Alpib*:). Steud: *A. recto* Balb: tri-

buit synonymum *A. Theriophorum* Reichenb: utraque omissa a Spr: Planta Reich: ad *A. Lycoctonum* var: *grandiflorum* refertur a DC. l. c. Sed de *recto* non loquitur in Prodr:; illud tamen enumeraverat in Syst: I. 369. sub var: *β glabriflora*. An planta Balbisii eadem sit valde dubito; folia enim refert undique *glaberrima* nec *villosa*. Ceterum differt ab *A. Lycoctono* n. 2. statura humiliori, floribus paullo majoribus, et præsertim foliis ad petiolum usque partitis, laciniis lobulisque *profundioribus ovato-oblongis* acutis.

18. *A. album* = Ait: ? Planta Aitonii a DC. Prodr: I. 58. refertur ad *A. ochroleucum*; Spreng: autem illam habet pro var: *A. rostrati* DC. quod pertinet ad *Cammara* et toto cœlo differt. Specimen ex hb: Biroli sub nomine *A. albi* certe ad *Lycoctona* referendum, sed differt etiam ab *ochroleuco* statura *humiliori*, floribus *parvis*, foliis 3-*partitis*, laciniis *profundioribus*, lobulis 3-5-*tantum* ovatis subæqualibus obtusiusculis. = 19. *A. leucanthum* = Reich: ? Missum sub hoc nomine a Burdinio: huic stirpi cl: Steudelius tribuit synonymum *A. album* W.; hoc idem est ac *A. album* Ait: n. 18. At nostra planta longe diversa. *A. leucanthum* non enumerant nec DC. nec Spr:; *album* autem sec: DC., uti vidimus, idem ac *ochroleucum*, cum quo reapse quadrant specimina mea ex h. Ripul: inspecta diagnosi et descriptione W. sp: II. 1235. Ergo *leucanthum* Reich: et *ochroleucum* W. eadem species; *album* Ait: diversa. = 20. *A. umbrosum* = Hortul: ? Cultum in h. Ripul: et nullibi citatum nisi in catal: hortulan: non videtur differre ab *A. Lycoctono* n. 2., cujus certe va-

rietas parum spectabilis. = 21. *A. Zooctonum* = Reichemb:, nomen omissum a DC. et Spr:; idem ac *Lycoctonum* sec: Steud:; videtur accedere ad *A. pyrenaicum* Lam: Vid: supra n. 3. Cult: in h. Ripul:

†† *Cammara et Napelli.*

22. *A. elatum* = Salisb: Prodr: 375. Omissum a Spr:, relatum a DC. syst: I. 372. pro var: *A. vulgaris* seu *A. Napelli*. Credo pertinere ad *A. tauricum* Wulff: non W. *A. Napelli* var: α ex DC. Prodr: I. 62., sed plantæ humiliores. Cult: in h. Ripul: = 23. *A. autumnale* = Reichemb: acon: I. t. 17. f. 2. Omissum a Spr:, admissum a DC. pro sola var: *Napelli* (ω *grossum* Prodr: I. 63.). *A. tauricum* W. non Wulff: Planta nana subcæspitosa; flores amplissimi cæruleo-purpurei. Cult: in h. Ripul: = 24. *A. canescens* = H. Burdin: *A. Napelli* var: speciosa quam enumeratam non invenio penes Botanicos: nomen improprium; planta enim tota glaberrima; folia ad petiolum usque 3-partita; laciniæ profunde 3-fidæ subcuneatæ; lobuli inæquales lanceolati; panicula pauciflora; flores ampli cæruleo-purpurei; caps: 3. Cult: in h. Ripul: = 25. *A. exaltatum* = Bernh: Omissum a Spr:, admissum a DC. Prodr: I. 61., pictum a Ser: mus: helv. I. t. 15. f. 37. 38. Specim: meum ex Huguenin perfecte quadrat cum phras: DC. Caps: 3. glabræ. Pertinet ad *Cammara*. = 26. *A. Koehleri* = Reich: sec: Steud: Omissum a DC. et Spr:, ab *A. variegato* n. 9. non differt nisi floribus amplioribus; an ejusdem var: ζ *grandiflorum* DC. Prodr: I. 59.? Cult: in h. Ripul: = 27. *A. neomontanum*. Plures species

vel varr: confusæ sunt sub hoc nomine; *neomontanum* Wulff: var: *Napelli; neomontanum* W. *Storkeanum; neomontanum* Baumg. *Toxicum* sec: Spr: syst: II. 622.; *neomontanum* Panz: *tortuosi* var: sec: DC. Prodr: I. 61.; *neomontanum* Lapeyr: *Napelli* var: altera; *neomontanum* Koel: *neubergense* sec: DC. syst: I. 372. 373. Quid igitur sentiendum? Specimen meum ex Perret ludit inter *A. Napellum* et *Storkeanum;* magis tamen accedit ad prius, cujus forsan una ex innumeris ejus varietatibus. = 28. *A. pilosiusculum* = Ser: mus: helv: I. p. 142. *A. rostrati* var: γ sec: DC. Prodr: I. 59., sed valde recedit ab *A. albo* Ait:, quod Spr: confundit cum *rostrato.* Vid: supra n. 18. = 29. *A. plicatum* = Koel: sec: Steud: Videtur *A. Napelli* var: altera a Spr: et DC. omissa. = 30. *A. pyramidale* = Mill: sec: Steud: Elegans var: *A. Napelli* vel *Cammari*, quam non invenio enumeratam nisi a Steud: Spica densa altissima sc: 1-2-pedalis, ramosa, foliosa; flores mediocres albo-cærulei; galea recta, limbo emarginato, sub 2-rostrato; alæ a galea distantes; folia 3-partita, lobi cuneati divergentes pinnatifido-secti, lobuli ovato-oblongi acutiusculi; capsulæ 3-5. in iisdem individuis glabræ. Cult: in h: Ripul: = 31. *A. venustum* = Reich: neb: p. 28. Omissum a Spr: *A. Napelli* var: ββ *tenuifolium* sec: DC. Prodr: I. 63. ex Ser: Specim: meum ex Huguenin habet foliorum lobos *divergentes arcuatos*: ceterum quadrat cum diagnosi DC. = 32. *A. hebegynum* = DC. syst: I. 376. (In montibus *Vallesiæ*). Idem ac *A. paniculatum* n. 10. sec: Spr: Differt tamen ex specim: meis, præter characteres a DC. no-

tatos, statura *minori*, panicula *subsimplici* nec *ramosa*, floribus magis *congestis majoribusque*, foliorum lobis *multifido-laciniatis*. Cult: in h. Ripul: = 33. *A. Sprengelii* = Reich: *A. exaltatum* W. en: sec: Steud: Omissum a DC. et Spr: non videtur reapse differre ab *A. exaltato* n. 25. Cult: in h. Ripul: = 34. *A. strictum* = Bernh: et DC. syst: I. 373. *A. Napelli* var: ζ *neubergense* sec: DC. Prodr: I. 62. cum diagnosi quæ convenit speciminibus meis ex Huguenin (*Sibir*:). = 35. *A. tauricum* = Wulff: in Iacq: col: 2. p. 112. (*Germania*). Inter omnes harum sectionum stirpes vel varr: mihi cognitas elegantissimum: non differt tamen ab *A. elato* n. 22., nisi statura undique majori. Cult: in h. Ripul.

RANUNCULACEÆ SPURIÆ (antheris introrsis)

Trib: V. *Pæoniaceæ* (DC. Prodr: I. 64.)

XVIII. Actæa Lin: gen: 568. = Lam: ill: t. 448.

» *Cal*: 4-sepalus caducus. *Pet*: 4. *Stam*: polyandra » antheris introrsis. *Fructus* 1-12. polyspermi, sicci » dehiscentes, vel baccati indehiscentes. »

*Obs*: Genus in ordine naturali recte conjunctum cum *Cimicifuga* L., Lam: ill: t. 487.; habitus idem; differt tantum fructibus in *Cimicifuga* 1-12. siccis dehiscentibus, in *Actæa* solitariis baccatis indehiscentibus; hinc in tres sectiones divisum, quamvis 9. species solummodo comprehendat. Herbæ perennes, foliis simplicibus vel compositis, floribus racemosis.

❋ 1. *A. spicata* = L. sp: 722. non Michx: = Spr:

syst: II. 571. = Lam: ill: t. 448. f. 1. Ic: Taurin: vol. 24. t. 37. (*Eur*:, *Caucas*:, *Sibir*: In sylvis umbrosis *Taurinens*: et *Subalpinis* vulgatissima All: n. 1070., Biroli, Re etc.). Pertinet ad Sect: III. *Christophoriana* fructibus solitariis baccatis indehiscentibus.

XIX. Xanthorrhiza Herit: st: nov: 79. = Lam: ill: t. 854.

» *Cal*: corollinus 5-sepalus deciduus. *Pet*: 5. sub-
» 2-loba pedicellata (*nectaria* Spr:). *Stam*: sæpius 5.
» antheris introrsis. *Capsulæ* totidem ac ovaria et sta-
» mina compressæ semibivalves monospermæ. »

*Obs*: Genus unicam habens speciem sæpius (abortu?) unisexualem.

1. *X. apiifolia* = Herit: l. c. (*Virginia*). Cult: in h. Ripul:

XX. Pæonia Lin: gen: 678. = Lam: ill: t. 481.

» *Cal*: 5-sepalus inæqualis persistens. *Pet*: 5. raro
» plura. *Stam*: polyandra antheris introrsis. *Discus*
» carnosus urceolatus ovaria 2. 5. cingens. *Capsulæ*
» folliculares tot quot ovaria stigmatibus bilamellatis
» crassis sessillibus instructæ. »

*Obs*: Genus ludens inter *Ranunculaceas* et *Papaveraceas*, inter quas, monente Iuss: (gen: plant: 235. in observat:), datur progressus naturalis, quamvis a cl: DC. octo alii ordines intermedii admittantur. Species ex DC. 16., ex Spr: 14. herbaceæ raro suffruticosæ, radicibus fasciculato-tuberosis, foliis 2-ternatim sectis, floribus terminalibus amplis purpureis albidisve facillime plenis.

### Sect. I. *Fruticosæ*

(Moutan DC. Prodr: I. 65.)

1. *P. Moutan* = Sims bot: mag: t. 1154. (*Tartar*: orient:, *China*, *Japon*:). Ornamenti gratia in hortis culta sub nomine *P. arboreæ*. Flores amplissimi plus minusve pleni, attamen semina matura quandoque gerentes; individua floribus omnino simplicibus numquam vidi. Caulis utique fruticosus et ramosissimus, sed humilis. Plures varr: venditant hortulani nominibus specificis insignitas, inter quas tres tantum admittuntur a Botanicis, scilicet α *papaveracea* (DC. l. c. ex Andr: bot: rep: t. 463.); β *Bancksii* (ib: t. 448.); γ *rosea* (ib: t. 373.). Cultæ in h. Rip: sub dio.

### Sect. II. *Herbaceæ*

(Pæon DC. l. c.)

† *Foliis glabris.*

2. *P. albiflora* = Pall: fl: ros: 2. 90. (*Tartar*:, *China*). Var: floribus albis vel roseis, odoratis (*P. odorata* hortul:) vel inodoris. Fructus maturitate tantum *glabri* evadunt, ovaria sunt manifeste *villosa*. Cult: in h. Ripul: = 3. *P. anomala* = L. mant: 247. (*Sibir*:). Unum tantum specim: possideo ex H. Burdin: sub nomine *P. hybridæ*; sed in hac laciniæ foliorum *lineares* uti in *P. tenuifolia*: cum qua mixta a Spr: Specim: meum lacinias gerit *lanceolatas* et quadrat

in ceteris cum *anomala.* = 4. *P. tenuifolia* = L. sp: 748. (*Tauria*). Cult: in h. Ripul:

❀ 5. *P. officinalis* = L. sp: 747. = Spr: syst: II. 615. = Bot: mag: t. 1784. Ic: Taurin: vol. 3. t. 85. (*Eur*: med: Abunde circa montem *S. Michaelis della Chiusa*, et supra *Piossasco* All: n. 1680. Re fl: segus: p. 45.). Undique in hortis culta variat plenitudine et colore florum petalisque integris vel inciso-dentatis, quæ varr: veniunt penes hortul: diversis nominibus a Botanicis haud admissis, sc: *blanda, hirsuta, Sabini, fragrans* etc. etc.

6. *P. corallina* = Retz: obs: 3. p. 34. (*Angl*:, *German*:, *Austr*:, *Ins*: *Ion*: ). Specim: unicum ex Balbis:

†† *Foliis subtus pubescentibus.*

7. *P. Russi* = Biv: man: sic: 4. p. 12. (*Sicilia.* In *Sardiniæ* editis umbrosis montium Moris st: sard: I. p. 1.). Diagnoses Spr: bona, sed cons: insuper descriptionem ex Guss: Prodr: II. 29. = 8. *P. humilis* = Retz: obs: 3. p. 35. ( *Hispan*: ). Differt a priori, cui dicitur affinis a DC. Prodr: I. 66., foliolis 2-3-partito-*compositis* nec *integris*, germinibus *rectis* nec *recurvatis*, in specim: meo evidenter *pilosis*, non *glabriusculis* uti in diagn: Spr: nec *subpilosis* tantum uti in phrasi DC., statura demum humiliori. = 9. *P. decora* = Andrs: Tr: Lin: soc: 12. 273. ( *Thracia*, *Tauria* ). Variat segmentis foliorum angusto-oblongis (α *Andersonii*), vel lato-oblongis (β *elatior*), ad quam pertinet specim: meum valde mancum ex Huguenin.

❀ ? 10. *P. peregrina* = Mill: dict: n. 3. = Spr:

syst: II. 615. = Bot: mag: t. 1050. (*Græcia*. In summo monte *Musinè* qua parte provinciam Segusiensem spectat invenisse asserit Re in fl: tor: p. 281. et app: alt: p. 199.). Valde affinis mihi videtur *P*: *officinali* n. 5.

Obs: circa *Ranunculaceas*.

*Ranunculaceæ* per totum orbem sparsæ . . 546

*Ranunculaceæ* Pedemontanæ.

| | |
|---|---|
| *Atragene* | 1 |
| *Clematis* | 4 |
| *Thalictrum* | 8 |
| *Anemone* | 14 |
| *Adonis* | 3 |
| *Ranunculus* | 31 |
| *Caltha* | 1 |
| *Trollius* | 1 |
| *Helleborus* | 4 |
| *Isopyrum* | 1 |
| *Garidella* | 1 |
| *Nigella* | 2 |
| *Aquilegia* | 3 |
| *Delphinium* | 5 |
| *Aconitum* | 7 |
| *Actæa* | 1 |
| *Pæonia* | 2 |
| | 89 |

Sic *Ranunculaceæ* Pedemontanæ ita sese habent ad *Ranunculaceas* totius orbis uti 89. ad 546. et sextam partem + 12. constituunt.

## Ordo II.

### DILLENIACEÆ

(DC. syst: I. 395. Prodr: I. 67. = *Magnoliæ* et *Rosaceæ* Juss: gen: 280. et 336.)

*Char: essent:*

» *Cal*: 5-sepalus persistens. *Pet*: 5. decidua. *Stam*: » polyandra antheris adnatis introrsis aut lateralibus. » *Ovar*: plurima 1-styla aut abortu vel coalitione » solitaria. *Carpella* 1-locularia baccata. *Album*: car- » nosum; *Embryo* rectus inferus. »

*Obs*: Ordo parum naturalis, et artificiali modo *Ranunculaceis* affinis, sed numero organorum, habitu, facie, et herbæ characteribus toto cœlo distans. *Ranunculaceæ*, perpaucis exceptis, herbaceæ, humiles, foliis mollibus plus minusve sectis, acres, sæpius subvenenatæ vesicatoriæ, regiones boreales ac temperatas colentes. *Dilleniaceæ* omnes fruticosæ, foliis plus minusve coriaceis simplicibus, virtute certa carentes, ab hemisphær: borealis regionibus temperatis alienæ. Ceterum characteres ex DC. l. c. optimi; uti divisio in binas tribus *Delimæas* nempe et *Dilleneas*. Genera 16. fere omnia rarissima, pauca in calidariis Europeis culta, in herbariis parum communia.

## Trib: II. *Dilleneæ*

( DC. syst: I. 411. Prodr: I. 70. = *Dilleneæ* Salisb: par: lond: n. 73. )

I. Pleurandra Labill: n. holl: 2. p. 5. t. 143. 144.

» *Cal*: 5-sepalus persistens. *Pet*: 5. decidua. *Stam*:
» 5-20. unilateralia omnia fertilia, filamentis liberis
» aut ima basi subcoalitis, antheris adnatis. *Styl*: 2.
» filiformes. *Carpella* (achenia Spr:) 2. membranacea
» 1-2-sperma. »

*Obs*: Genus constans 20. stirpibus ex DC. 18. ex Spr: omnibus *N. Hollandiæ* incolis, ac in 4. sectiones divisum prout filamenta *libera* vel basi *monadelpha*, ac folia *glabra* vel plus minusve *pilosa* occurrunt. Suffrutices ramosissimi, foliis sparsis integris, floribus terminalibus solitariis.

1. *P. ovata* = Labill: l. c. t. 143. ( Ins: *Van-Diemen*). Perfectissimum specim: possideo ex hb: Bellardi a cl: Labill: missum, quod optime quadrat cum descriptione Auctor: Pertinet ad sect: III. (*Hibbertianeæ* DC. syst: I. 415.).

II. Hibbertia Salisb: par: lond: n. 73. = Andr: bot: rep: t. 126. ( *Dilleniæ* sp: W. Labill: )

» *Cal:* 5-sepalus persistens fructum claudens. *Pet*:
» 5. decidua. *Stam*: polyandra æqualia, filamentis li-
» beris filiformibus. *Ovaria* 1-15. sæpius 2-5. stylis
» filiformibus inflexis. *Capsulæ* tot quot ovaria in
» carpella 1-2. sperma congestæ. »

*Obs*: Genus a *Dillenia* divulsum præsertim ratione calycis et formæ ac substantiæ fructus, nunc 19. stirpibus constans *N. Hollandiæ* indigenis, in tres sectiones divisum ex *numero* et *superficie* carpellorum. Suffrutices erecti vel raro volubiles, foliis alternis subintegris, floribus terminalibus solitariis.

1. *H. volubilis* = Andr: bot: rep: t. 126. (*Nov. Holl*: juxta *Port-Jackson*). Cult: in h. Ripul:, sed fructus numquam ad maturitatem perveniunt. Pertinet ad II. sectionem carpellis 1-8-glabris.

## III. Dillenia Lin: gen: 688. = Lam: ill: t. 492.

» *Cal*: 5-sepalus persistens in fructu valde ampliatus. *Pet*: 5. persistentia. *Stam*: Hibbertiæ. *Ovaria* 10-20. totidemque *carpella* polysperma in fructum carnosum stigmatibus radiantibus coronatum coalita. »

*Obs*: Genus nunc constans 6. speciebus ex DC. et Spr:; arbores Indicæ, foliis coriaceis penninerviis, pedunculis solitariis 1-multifloris, fructibus edulibus acidulis.

1. *D. speciosa* = Th: act: soc: Lin: I. 200. (*Malab*:, *Java*, *Ceylan*:). Cult: in h. Ripul: nondum floruit.

## Ordo III.

### MAGNOLIACEÆ

(DC. syst: I. 439. Prodr: I. 77. = *Magnoliæ* Juss: gen: 280.)

*Char: essent:*

» *Cal*: 3-6-sepalus deciduus. *Pet*: 3-27. uni-aut-» multi-serialia decidua. *Stam*: polyandra toro infra » ovaria inserta antheris adnatis. *Ovar*: plurima toro » supra stamina inserta sæpius spicatim disposita 1-» styla. *Carpella* tot quot ovaria 1-locularia 1-multi-» sperma forma varia. *Album*: carnosum; *Embryo* » rectus iuferus. »

*Obs*: Ordo naturalis *Dilleneis* valde affinis, habitu præsertim inspecto, arbores fruticesve elegantes comprehendens, et modo in 9. genera divisus, quorum species fere omnes americanæ vel asiaticæ, nonnullæ Australasiam colentes, Europam nullæ. Ex dispositione fructuum circa axim binæ emergunt tribus sc: *Illicieæ* carpellis verticillatim, *Magnolieæ* carpellis spicatim dispositis.

Trib: I. *Illicieæ* (DC. Prodr: I. 77.)

1. Illicium Lin: gen: 711. = Lam: ill: t. 493.

» *Cal*: 3-6-sepalus sub-petaloideus. *Pet*: 9. vel plura » triplici ordine, interiora minora. *Carpella* capsu-» laria 9-18. 2-valvia monosperma stellatim disposita.»

*Obs*: Genus 3. tantum stirpibus constans ex *Japonia* et *Amer*: boreali, fruticosis glaberrimis, foliis confertis integris subcoriaceis, floribus solitariis ternisve parvis, cortice carpellisque valde aromaticis.

1. *I. anisatum* = L. sp: 664. (*Japon:*, *China*). Cult: in h. Ripul: satis floret, sed fructus (qui proveniunt e China sub nomine *Anisi stellati*) maturos numquam obtinui. = 2. *I. parviflorum* = Michx: fl: bor: I. 326. (*Florida* occid:). Specim: mancum ex hb: Biroli.

### Trib: II. *Magnolieæ* (DC. Prodr: 79.)

II. Magnolia Lin: gen: 690. = Lam: ill: t. 490.

» *Cal*: 3-sepalus ante florescentiam bractea mem-
» branacea fugacissima cinctus. *Pet*: 6-12. pluribus
» ordinibus disposita. *Antheræ* laterales. *Carpella* nu-
» merosa 2-valvia extrorsum dehiscentia 1-2-sperma
» in conum spicatim disposita. *Semina* arillata funi-
» culis umbilicalibus longissimis pendula (an in om-
» nibus stirpibus?) »

*Obs*: Genus constans stirpibus americanis et asiaticis; in primis characteres carpologici cogniti; non ita in alteris: attamen in duas sectiones satis naturales dividi possunt, nam americanæ *unicam* bracteam alabastrum cingentem ac antheras *extrorsas*, asiaticæ *binas* antherasque *introrsas* gerunt. Arbores fruticesve foliis integris stipulis 2. cito caducis instructis, floribus terminalibus solitariis elegantissimis.

## Sect. I. *Americanæ*

## ( *Magnoliastrum* DC. Prodr: I. 80. )

1. *M. grandiflora* = L. sp: 755. ( *Amer*: bor: ). Arbor excelsa ac pulcherrima foliis persistentibus, floribus odoratis, nunc in frigidariis europeis ubique culta ornamenti gratia; in locis subhumidis *Eur*: med: colitur etiam sub dio, et quandoque semina gerit matura Colla h. Ripul: 83. not. 2. Variat foliis subtus ferrugineis vel viridibus, glabris villosisve, obovato-oblongis ( *obovata* Ait: non Th: ), oblongo-ellipticis (*elliptica* Ait:), vel oblongo-lanceolatis (*lanceolata* Ait:), floribus expansis vel subcontractis. = 2. *M. Umbrella* = Lam: dict: 3. 673. (*Amer*: bor:). Arbor mediocris foliis deciduis, floribus fœtidis, petalis 9-12. non 3. uti indicat nomen linnæanum ( *M. tripetala* ) a Lam: mutatum ob foliorum dispositionem in umbrellam apice ramorum. Culta c. priori; variat foliis lanceolatis vel ellipticis. = 3. *M. acuminata* = L. sp: 756. ( *Amer*: bor: ). Arbor excelsa foliis deciduis, floribus vix odoratis. Variat floribus albidis, flavescentibus, aut subcerulescentibus sec: Mischx: arb: am: 3. p. 82. An ad unam ex hisce varietatib: referenda *M. Decandolii* ex Savi in bibl: ital: 1819. n. 47. p. 224. c. ic:? In specim: meo desunt flores. = 4. *M. auriculata* = Lam: dict: 3. p. 673. (*Amer*: bor:). Arbor mediocris, foliis deciduis, floribus suave-olentibus albis. Huc pertinet sec: Spr: l. c. *M. pyramidata* Bart: quam DC. admittit pro specie distincta (Syst: I. 454. Prodr: I. 80. ). At revera in specim: meis sine flore, præter

differentias a cl: CANDOLEO notatas, folia *auriculatæ* sunt duplo longiora, basi profunde cordata, apice acutiuscula; *pyramidata* folia habet prorsus spathulata basi vix cordata, sed subtus *glaucescentia* non *utrinque concoloria* uti in diagnosi DC. Flores non vidi. = 5. *M. cordata* = Michx: fl: bor: I. 328. (*Amer*: bor:). Arbor mediocris, foliis deciduis, floribus flavescentibus. Cult: in h. Ripul:

Sect: II. *Asiaticæ*

(*Gwillimia* DC. Prodr: I. 81. ex Rottler.)

6. *M. conspicua* = Salisb: Par: t. 38. *M. Yulan* DC. ex Desf: (*China*). Arbor mediocris, foliis deciduis, florib: odoratissimis ante folia nascentibus. Cult: in h. Ripul: = 7. *M. obovata* = Thb: in act: soc: Lin: 2. 336. (*Japon*:). Frutex 3-4-pedalis, foliis deciduis, floribus inodoris. Varietates uti in DC. syst: I. 457. Specim: mea pertinent ad var: *β discolor* cultam sub diu in h. Ripul: quæ perfecte quadrat cum descriptione Candolleana exceptis foliis *cum flore* non *ante florem* nascentibus.

III. LIRIODENDRON Lin: gen: 639. = Lam: ill: t. 491.

» *Cal*: corollinus 3-sepalus deciduus 2-bracteatus.
» *Pet*: 6. in campanam conniventia. *Stam*: polyandra
» antheris longis lateralibus. *Ovaria* numerosa stig-
» matibus globosis sessilibus. *Samaræ* tot quot ova-
» ria in strobilum conicum super axim subulatum dense
» aggregatæ basi 1-2-spermæ indehiscentes. »

*Obs*: Genus habitu et fructificatione *Magnoliis* valde affine, a quibus differt præcipue fructu *indehiscente samaræformi*: forsan huc pertinent *Magnoliæ asiaticæ* quarum fructus ignoti? dubium nascitur eo quod cl: Spr: *Liriodendro* unicam speciem habenti addat *Magnoliam pterocarpam* Roxb: sub nomine *L. indici* (syst: II. 652.). Plantam colo duobus abhinc annis missam ex hortibus Anglicis sub nomine *Magnoliæ*? Fructificationem adhuc non vidi, sed folia perfecte quadrant cum nimis brevi phrasi Spr:

1. *L. tulipifera* = Lin: sp: 755. (*Amer*: bor:). Arbor excelsa, foliis deciduis, nunc ubique culta in hortis europeis.

---

## Ordo IV.

### ANONACEÆ

(DC. syst: I. 563. Prodr: I. 83. = *Anonæ* Juss: gen: 283. = J. S. Hill: fam: II. p. 79. t. 85.)

*Char*: *essent*:

» *Cal*: 3-4-sepalus persistens, sepalis sæpius coa-
» litis. *Pet*: 6. duplici ordine. *Stam*: polyandra ad-
» pressa discum fere obtegentia antheris subsessilibus.
» *Carpella* plurima confertissima quandoque (abortu?)
» solitaria baccata vel capsularia. *Semin*: 1-2-seria-

» lia angulo interiori adfixa. *Album*: carnosum sulco » depresso sæpissime marginatum; *Embr*: minutus. »

*Obs*: Ordo optime collocatus post *Magnoliaceas*, a quibus differt tantum stipularum absentia, corolla constanter 6-petala, forma et substantia fructus. Arbores vel frutices 9. genera exotica constituentes.

### Trib: I.

*Carpellis unilocularibus coalitis.*

I. Anona Lin: gen: 693. = Lam: ill: t. 494.

» *Cal*: 3-partitus vel 3-lobus. *Pet*: interiora minora » vel (rarius) nulla. *Ovaria* numerosa in unum stig- » matibus sessilibus tectum concreta. *Carpella* toti- » dem in baccam unicam multilocularem pulposam » cortice squamoso muricato reticulato, vel (rarius) » lævi tectam coaliti; loculi 1-spermi. »

*Obs*: Genus prorsus singulare ob fructuum structuram; veri fructus sunt plures baccæ partiales juxta receptaculum commune centrale dispositæ, quæ omnes maturatione simul colliguntur et unam baccam subglobosam constituunt tectam cortice crassiusculo maturitate plus minusve tuberculoso, intus carne pulposa repletam, in totidem loculos partiales divisam quot erant ovaria, ita ut etiam bacca matura in totidem baccas partiales seu lobulos carnosos divelli possit. Semina sunt solitaria in unaquaque bacca partiali; in universali autem extant radiatim disposita prope peripheriam. Constat autem genus hoc 36. speciebus ex DC., 30. ex Spr: in regionibus æquatoria-

libus utriusque orbis nascentibus, quæ dividi solent vel ex petalorum forma et consistentia sec: DC., vel ex foliorum superficie juxta SPR: Arbores fruticesve foliis integris exstipulatis, pedunculis axillaribus aut oppositifoliis 1-vel-pauci-floris. Pauci culti in calidariis europæis, nec communes in herbariis.

1. *A. muricata* = L. sp: 756. (Ins: *Caribæis, Amer*: calid:). Cult: in h. Ripul: nond: fl: Specim: possideo ex hb: BELLARDI communic: a PASCHAL cum flore sed sine fructu; quadrat cum descriptionibus auctorum, exceptis foliis non prorsus *glabris*, potius subtus *villosiusculis*. = 2. *A. reticulata* = L. sp: 357. excl: syn: Rumph: (Ins: *Caribæis*). Cult: c. priori nond: flor: Specim: optimum ex BERTERO c. fl: sed s. fr. = 3. *A. palustris* = L. sp: 757. (In *Iamaicæ* paludosis). Cult: cum prioribus nondum flor: Specim: optimum lectum a BERTERO c. fl. s. fr. = 4. *A. squamosa* = L. sp: 757. (*Ind:* occid: et orient:). Specim: ex BERTERO c. fl: et fructu immaturo. = 5. *A. Cherimolia* = Mill: dict: n. 5. (*Amer*: merid:, *Peru, Chili*). Culta in h. Ripul: læte floret; in H. B. T. fructus maturos edulesque gessit 1829. magnitudine *Citri Aurantii* cortice glabro viridi vix subsquamoso.

TRIB: II.

*Carpellis plurimis distinctis.*

II. ASIMINA Adans: fam: 2. 365. = Dunal: monog: anon: t. 9. pro *A. parviflora*. = *Anonæ* sp: L. = *Orchidocarpi* sp: MICHX: = *Porceliæ* sp: PERS:

» *Cal*: *Pet*: *Stam*: Anonæ. *Ovaria* plurima distin-

» cta, plerumque 3. ovato-oblonga. *Carpella* totidem » baccata polysperma. »

*Obs*: Genus vix distinctum ab *Anona* ex forma fructuum, constans 5. stirpibus *Amer*: bor: incolis. Frutices foliis deciduis, floribus axillaribus interdum ante folia nascentibus.

1. *A. parviflora* = Dun: l. c. (*Carolin*:, *Georg*: umbrosis). Specim: ex hb: Biroli s. fl: = 2. *A. triloba* = Dun: l. c. p. 83. (*Amer*: bor: locis humidis). Cult: in h. Ripul: et sicc: ex hb: Biroli c. fl: s. fr.

---

## Ordo V.

### MENISPERMACEÆ

(DC. Prodr: I. 95. = *Menisperma* Juss: gen: 284. = I. S. Hill: fam: II. p. 82. t. 86.)

*Char*: *essent*:

» *Flores* unisexuales. *Cal*: 3-6-sepalus. *Pet*: 3-6. » interdum nulla. Masc: *Stam*: monadelpha vel rarius » libera petalis æqualia vel tripla quadruplave. Fæm: » *Ovar*: nunc plurima 1-styla basi coalita, nunc so- » litaria stigmatibus plurimis coronata. *Drupæ* bac- » catæ 1-spermæ. *Semen* conforme. *Embr*: curvus aut » periphericus. *Album*: nullum vel parvum carno- » sum. *Radic*: supera vel infera. »

*Obs*: Ordo longe distans ab *Anonaceis* et *Berberideis* inter quas collocatur habitu et fructificationis partibus. Plantæ omnes scandentes, floribus minimis constanter monoicis vel dioicis (abortu?), masculis quoad partium numerum symetricis vel non symetricis; hinc *Lardizabaleæ*, *Menispermeæ* et *Schizandreæ* (DC. Prodr: I. 95. 96. 104.). Genera 12. sistentia species omnes exoticas; nec satis cognitas.

Trib. II. *Menispermeæ*.

Flores sæpissime dioici, masculi quoad partium numerum symetrici.

I. Cissampelos Lin: gen: 1138. = Lam: ill: t. 830.

» Dioica. Masc: *Cal*: corollinus 4-sepalus. *Pet*: 0.
» *Stam*: monadelpha 2-4. Fæm: *Cal*: 1-sepalus late-
» ralis semisuperus. *Pet*: 1. sepalo oppositum. *Ovarium*
» 1. maximum. *Stigm*: 3. subsessilia. *Drupa* baccata
» 1-sperma reniformis. »

*Obs*: Genus polymorphum in foliis et inflorescentia, constans 28. speciebus ex DC., 22. ex Spr: gerentibus modo *flores fœmineos bracteatos*, *et folia utriusque vel unius sexus peltata*, modo *fœmineos bracteatos et folia non peltata*, modo demum *racemos fœmineos ebracteatos*; hinc in tres sectiones divisum. Frutices scandentes, foliis simplicibus interdum dissimilibus.

1. *C. Pareira* = L. sp: 1473. var: α (*Ind*: occid:, *Amer*: austr:). Specim: mascul: ex Bertero: folia non

sunt apice *aristato-mucronata* uti ex descript: DC. syst: I. 533., sed *retusa* uti in diagnosi Spr:

II. Menispermum Tourn: mem: Ac: par: 1705. p. 237. = Lam: ill: t. 824.

» Dioicum. *Cal*: 3-6-sepalus sæpius 2. bracteatus.
» *Pet*: 3-6. Masc: *Stam*: 6. (Juss: Spr:) 12-24. (DC.
» syst:) 16-20. (DC. Prodr:). Fæm: *Ovar*: 3-6. uno
» sæpe abortiente, stylis sub-bifidis. *Drupæ* totidem
» baccatæ reniformes. »

*Obs*: Genus *Cissampelo* valde affine et difficillime determinandum propter tenuitatem partium floralium uti jam observavit Linn:, et satis constat ex diversa determinatione Auctorum, ita ut cl: Du-Petit-Thou: suspicatus sit flores esse quasi conflatos ex plurimis *Cissampeli* flosculis coalitis! *Cocculus* Bauh: qui differt tantum floribus (constanter?) hexandris haud sejungendus; character enim incertissimus in hisce plantis. Species 52. ex DC. incluso *Cocculo*, 50. ex Spr:

1. *M. laurifolium* = Roxb: ined: in h. Lamb: sec: DC. syst: I. 530. sub *Cocculo*. (*Ind*: orient:, *Nepal*:). Cult: in h. Ripul: nondum flor: Herbæ descriptio a DC. syst: l. c. optima. = 2. *M. canadense* = L. sp: 1468. (*Amer*: bor:). Plantæ masculæ cultæ sub dio in h. Ripul: læte florent. Folia tam in viventibus quam in specimin: meis raro *peltata*, sæpius petiolis ad *marginem* insertis. Figura Lam: ill: t. 824. a cl: Candoleo citata pro var: *α* (syst: II. 540.) videtur potius pertinere ad var: *β lobatum* sc: *M. virginicum* L.; folia enim sunt *acute-angulosa*. = 3. *M. smilacinum* = DC. syst: I. 541.

(*Carolina*). Species omissa a Spr: distracta a DC. e *Cissampelis* ob similitudinem cum *M. canadensi*, sed non tanta in specim: meis quantam cl: Auctor dixit; differunt enim præterea foliis *cordato-oblongis* apicem versus attenuatis, nec *subrotundis*, nonnullis tantum vix *angulatis*, racemis masculis *brevissimis*; flores fœmineos non vidi.

---

## Ordo VI.

### BERBERIDEÆ

(DC. syst: II. 1. Prodr: I. 105. = Juss: gen: 286. = J. S. Hill: fam: II. p. 85. t. 87.)

*Char: essent:*

» *Cal*: 3-4-6-sepalus deciduus. *Pet*: totidem se-
» palis opposita rarius dupla sæpius basi glandulis
» vel squamis instructa. *Stam*: tot quot petala eisque
» opposita. *Styl*: 1. sublateralis brevissimus. *Stigm*:
» suborbiculatum. *Fructus* baccatus vel capsularis.
» *Sem*: imæ placentæ laterali adfixa 2-3. vel rarius
» solitaria. *Album*: carnoso-subcorneum. *Embr*: re-
» ctus. *Radic*: ad apicem incrassata. »

*Obs*: Ordo satis naturalis si in eo comprehendantur tantum genera nunc a cl: DC. admissa, exclusis tamen *Leontia* et *Diphylleja Podophylleis* magis affini-

nibus; sed *Menispermeis* fructificatione solum, non habitu accedit. Frutices aut herbæ perennes.

I. Berberis Lin: gen: 442. = Lam: ill: t. 253.

» *Cal*: 6-sepalus extus basi 3-squamatus. *Pet*: 6.
» ungue intus 2-glanduloso. *Filamenta* edentula vel
» raro sub-bidentata antheris 2-locularibus. *Ovar*: ova-
» tum stigmate subsessili orbiculato apice tectum.
» *Bacca* 1-locularis 2-3-sperma. »

*Obs*: Genus constans 32. speciebus sec: DC., 33. sec: Spr: incluso *Mahoniæ* genere quod ob filamenta sub-bidentata, et folia pinnata distinctum admittitur a DC. ex Nutt: Frutices foliis alternis fasciculatisve, nonnullis saepe (primaria) in spinam mutatis, pedunculis axillaribus solitariis, corymbosis, vel racemosis. Inflorescentia *simplex* vel *composita* duas sectiones constituit.

Sect. I. Floribus racemosis.

† *Foliis simplicibus, spinis 3-partitis.*

❀ 1. *B. vulgaris* = L. sp: 472. = Spr: syst: II. 118. = Lam: ill: t. 253. f. 1. Ic: Taur: vol. 10. t. 47. vern: *Spinaüt*, *Uva de la Levr*:, *Epinuinette* (*Eur*:, *Asia* med: Ad sepes in *Pedem*: vulgatissima All: n. 1908. Copiose circa *les Ferrières* Re fl: segus: p. 31. In ericetis *Ticini* ubique Biroli fl: acon: I. p. 121. In editis saxosis montis *Genergentu* Moris st: sard: I. p. 2.). Multimode variat præsertim colore baccæ, nec non seminibus quandoque abortivis vel racemis eretiusculis. Cons: DC. syst: II. 6.

2. *B. canadensis* = Mill: dict: n. 2. (*Amer*: bor:). Vix a priori distincta foliis *remote* serratis: characteres sumpti a majore vel minore racemorum *inflexione*, et a petalorum *integritate* fallaces, uti in plantis cultis hujus stirpis, et in *B. vulgari* spontanea observavi. Hinc a cl: Hook: fl: bor: and: I. p. 28. pro sola varietate habetur. = 3. *B. Chitria* = Buchan: in hb: Lamb: sec: DC. (*Nepal*:). Valde affinis *B. canadensi* ob folia *remote* serrata, et petala *emarginata*, sed differt racemis *patulis*, floribus *majoribus*, foliorum serraturis *spinulosis*, spinis lateralibus *brevissimis*. Specim: cult: ex Huguenin quadrat cum descriptione DC. syst: II. 8. sub *B. aristata*, exceptis stylo *brevissimo* ex DC., *nullo* in specim:, et racemis foliis *paullo longioribus* ex DC., *duplo longioribus* in specim: An hic duæ stirpes, vel potius varr: speciosæ? = 4. *B. cretica* = L. sp: 492. (*Creta*, *Asia* min:). Variat foliis *integerrimis* vel *serrato-ciliatis*. Specim: mea ex hb: Biroli pertinent ad primam, et insuper spinam *unicam* validissimam gerunt; an laterales abortivæ? = 5. *B. asiatica* = Roxb: in DC. syst: II. p. 13. (*Ind*: orient:, *Nepal*:). Stirps sequenti affinis, sed satis distincta ex description: cl: DC. syst: II. 12. 13. Adde *B. asiaticam* in specim: meis ex Huguenin folia referre alia subintegerrima, alia spinato-denticulata uti in sequenti, alia spinis distantibus basi ampliatis uti in *Ilice aquifolio*. = 6. *B. ilicifolia* = Forst: comm: goett: 9. p. 28. (*Terra del Fuego*). Vid: observationem circa priorem.

†† *Foliis simplicibus, spinis simplicibus aut subnullis.*

7. *B. chinensis* = Desf: cat: ed: 1804. p. 150. (*China* bor:). In optimo specimine communicato ab Huguenin folia sunt omnia *integerrima*, nulla *subcordata*: ceterum perfecte quadrat cum descriptione Candolleana syst: II. 8.

Sect. II. Pedunculis 1-floris.

8. *B. sibirica* = Pall: fl: ross: 2. p. 42. t. 67. (*Sibiria*). In speciminib: ex hb: Biroli s. fructu folia habent dentes numerosos (20-30. et ultra) non 3-7. tantum ut ex descript: DC. syst: II. p. 17.

II. Nandina Thumb: nov: gen: I. p. 14. = Lam: ill: t. 26.

» *Cal*: 6-sepalus basi imbricatim multi-squamatus.
» *Pet*: 6. intus eglandulosa. *Filamenta* brevissima,
» antheris oblongis. *Ovar*: 1. ovatum, stylo brevi,
» stigmate 3-gono. *Bacca* exsucca globosa stylo co-
» ronata 1-locularis 2-sperma. »

*Obs*: Genus a cl: Juss: inter plantas incertæ sedis enumeratum, hinc ad *Berberideas* amandatum, quibus certe affine fructificationis organis, non habitu. Species unica.

1. *N. domestica* = Thb: diss: nov: gen: I. p. 14. (*Japon*:, *China*). Frutex elegans cult: in h. Ripul.

III. Epimedium Lin: gen: 148. = Lam: ill: t. 83.

» *Cal*: 4-sepalus basi 2-bracteolatus deciduus. *Pet*:
» 4. intus basi squamosa. *Antheræ* longitudinaliter

» adnatæ basi dehiscentes. *Capsula* siliculosa 1-locu-
» laris 2-valvis polysperma. »

*Obs*: Genus ludens inter *Berberideas* et *Podophylleas*, quibus tamen habitu magis affine, duabus tantum constans speciebus herbaceis, foliis 2-3-ternatim sectis, floribus racemosis.

* 1. *E. alpinum* = L. sp: 171. = Spr: syst: I. 441. = Lam: ill: t. 83. Ic: Taur: vol. I. t. 130. (*Eur*: med: *Liguria*; mont: *Garrexii*, *Eporediensibus*, *Bugellensibus*, et *valle Sessite* frequens All: n. 871. *Valle Sessite*, præsertim *Valle piccola* Biroli fl: acon: I. p. 50.). Var: petiolis pilosis (*E. pubigerum*) crescit in *Oriente*. Cons: DC. syst: II. 29.

Obs: circa *Berberideas*.

*Berberidearum* species sec: DC. sistunt numero 47

*Berberideæ* Pedemontanæ.

| | |
|---|---|
| *Berberis* . . . . . . . . . | 1 |
| *Epimedium* . . . . . . . . | 1 |
| | 2 |

Sic *Berberideæ* Pedemontanæ ita sese habent ad *Berberideas* totius orbis uti 2. ad 47. et vix 23.am partem constituunt.

## Ordo VII.

### PODOPHYLLEÆ

(DC. syst: II. 31. Prodr: I. 3. = *Ranunculacearum*, *Papaveracearum*, *Juncorumq*: genera Auctorum.)

*Char*: *essent*:

» *Cal*: 3-4-sepalus deciduus vel persistens sæpe pe-» taloideus. *Pet*: 1-2-3-serie disposita in singulis se-» riebus numero sepalorum æqualia. *Stam*: petalorum » numero æqualia aut multiplicia seriatim disposita. » *Styl*: subnullus. *Stigm*: crassum subpeltatum. *Car*-» *pella* plurima aut 2. vel solitaria 1-locularia de-» hiscentia aut indehiscentia polysperma, vel oligo-» aut-mono-sperma. *Album*: carnosum. *Embr*: parvus » basilaris. »

*Obs*: Ordo valde obscurus fatente ipso cl: Candoleo ejus creatore, sex tantum speciebus constans ad quinque diversa genera spectantibus, quorum primum polyandrum (*Podophyllum* L.) inter *Ranunculaceas* a Juss:; secundum octandrum (*Jeffersonia* Bart:) inter *Papaveraceas* a Spr:; tertium (*Achlys*) non satis cognitum; quartum hexandrum (*Cabomba* Aubl:, *Nectris* Schreb:, Spr:) inter *Juncos* a Juss:; quintum demum polyandrum inter *Hydrocharideas* a Spr: enumerantur. Herbæ fere omnes aquaticæ.

I. Podophyllum Lin. gen: 646. = Lam: ill: t. 449.

» *Cal*: 3-sepalus. *Pet*: 6-9. *Stam*: 12-20. *Ovar*: 1

» ovatum. *Bacca* subcarnosa polysperma stigmate per-
» sistente coronata, placenta laterali unica. »

1. *P. peltatum* = L. sp: 723. (In umbrosis humidis *Amer*: sept:). Descriptio ex DC. syst: II. 34. perſecte quadrat cum specimin: meis. Facies *Hellebori*.

---

## Ordo VIII.

### NYMPHÆACEÆ

(DC. syst: II. 39. Prodr: I. 113. = *Hydrocharides* Juss: gen: 67.)

*Char: essent:*

» *Cal*: sæpius 4-rarius-6-sepalus, sepalis toro ex-
» panso insertis. *Pet*: seriatim disposita totidem in
» unaquaque serie quot sepala. *Stam*: polyandra mul-
» tiserialia. *Styl*: 1. *Stigm*: simplex. *Carpella* 8-24.
» nunc toro semi-immersa, nunc intra torum inclusa
» coalita 1-2-aut-polysperma. *Sem*: parietibus car-
» pellorum lateraliter adfixa, sæpius arillo subgela-
» tinoso cincta. *Album*: nullum vel farinaceum. *Embr*:
» parvus inversus. »

*Obs*: Ordo nunc naturalissimus dummodo in eo genera tantum a cl: DC. enumerata comprehendantur, sed inter *Ranunculaceas* et *Papaveraceas* potius collocandum tum habitu, cum fructificatione: dubium

jam a cl: Juss: (l. c. p. 69. in obs:) elevatum, utrum in suis *Hydrocharidibus* semina essent uniloba vel 2-loba, modo sustulit primus Candoleus, demum posteriores Phisiologi etiam ex caulis structura *exogenas* potius, quam *endogenas* referente. Constat ex generibus et stirpibus aquaticis fere omnibus exoticis 30. circiter.

I. Nelumbium Iuss: gen: 68. = Lam: ill: t. 453.

» *Cal.* 4-5 - sepalus intus coloratus. *Ovaria* plu-
» rima in toro turbinato superne foveolato semi-
» immersa. *Carpella* totidem stylo coronata. *Sem*: in
» quoque carpello solitaria exarillata exalbuminosa »
(Herbæ perennes, foliis integerrimis peltatis, floribus amplis supra aquam paullulum exsectis).

1. *N. speciosum* = W. sp: II. 1258. (*Asia* med: et austr:, *Ægypt*:, *Græcia*). Vidi v. et florens in H. *Littæ*, ex quo siccum possideo.

II. Nymphæa Lin: gen: 579. = Lam: ill: t. 453.

» *Cal*:, *pet*: et *stam*: ut in *Nelumbio*. *Ovaria* plu-
» rima in toro semiinfero ampliato inclusa, stigma-
» tibus sessilibus. *Carpella* totidem intra receptacu-
» lum bacciforme medio glanduliferum stigmatibus
» persistentibus in radios dispositis coronatum. *Sem*:
» in quoque carpello plurima ad parietes laterales
» adfixa arillata albuminosa. »

*Obs*: Genus a *Nelumbio* fructus structura diversum et ex hac magis accedens ad *Papaveraceas*. Species 20. ex DC:, 17. ex Spr: dioicæ in duas sectiones juxta antherarum situm, *lateralium* sc: vel *terminalium*.

Sect. I. Antheris lateralibus.

1. *N. cærulea* = Savign: dec: Ægypt: 3. p. 74. (*Ægypt*: infer: ). Folia peltata integra; flores cærulei. Specim: ex Savi.

Sect. II. Antheris terminalibus.

† *Foliis peltatis.*

2. *N. Lotus* = L. sp: 729. (In *Nilo* et aquis lente fluentibus *Ægypt*: ). Lotus Ægyptiorum. Optima specimina ex hb: Bellardi communicata a Vahl: et nobis a Savi.

†† *Foliis cordatis.*

* 3. *N. alba* = L. sp: 729. = Spr: syst: II. 625. = Fl: dan: t. 602. Ic. Taur: vol: 20. t. 33. Vern: *Ninfea* (*Europa*. Ad lacus frequens in *Pedemont*: All: 1934. In *Sardinia* Moris st: sard: I. p. 2.).

4. *N. pygmæa* = Ait: h. Kew: ed: 2. vol: 3. p. 293. (*China*, *Sibiria* orient:, *Dahuria* Fisch: ). Specim: ex cl: Fischerio missum sub nomine *N. tetragonæ* Georgi et in *Dahuria* lectum quadrat cum descript: Salisb: in DC. syst: II. 58. Certum igitur *N. pygmæam* Ait:, *tetragonam* Georgi et *Castaliam pygmæam* Salisb: ad eandem plantam pertinere.

III. Nuphar Smith Prodr: fl: græc: I. 361. = *Nymphææ* species L.

*Obs*: Genus vix a *Nymphæa* distinctum *cal*: 5-6-sepalo, et fructu *quasi supero* ob insertionem peta-

lorum staminumque ad basim receptaculi. Spec: 6. ex DC., 7. ex Spr:

❀ 1. *N. luteum* = Smith l. c. = Spr: syst: II. 606. = Fl: dan: t. 603. sub *Nymphæa*. Ic: taur: vol. 20. t. 22. Vern: *Ninfea giauna* (*Eur:*, *Asia*, *Amer:* bor: In *Pedemont:* ad lacus, frequentius in fossis majoribus All: n. 1933. In oryzetis Birol: fl: acon: I. p. 180. In aquis lente fluentibus rivuli *Mores Sardiniæ* Moris st: sard: I. p. 2.).

Obs: circa *Nymphæaceas*.

*Nymphæaceæ* per totum orbem sparsæ ex DC. 32.

*Nymphæaceæ* pedemontanæ

| | |
|---|---|
| *Nymphæa* . . . . . . . | 1. |
| *Nuphar* . . . . . . . | 1. |
| | 2. |

Sic *Nymphæaceæ* pedemontanæ ita se se habent ad *Nymphæaceas* totius orbis, ut n. 2. ad 32. et vix quinquagesimam partem attingunt.

## Ordo IX.

### PAPAVERACEÆ

( Juss: gen: 235. = DC. syst: II. 65. Prodr: I. 117. = J. S. Hill: fam: I. 495. t. 69. ).

*Char: essent:*

» *Cal:* 2-sepalus deciduus. *Pet.* sæpius 4. cru-
» ciata, rarius duplici vel triplici serie 8-12., raris-
» sime nulla. *Stam:* polyandra seriatim disposita,
» rarius 4. serie unica petalis opposita. *Stylus* bre-
» vis aut sæpius nullus. *Stigm:* plurima patentia su-
» pra ovarium stellatim disposita. *Caps:* ovata aut
» elongata constans carpellis plurimis coalitis. *Semina*
» in unoquoque carpello plurima rarissime solitaria
» exarillata. *Album:* carnoso-oleosum. *Embr:* mini-
» mus ad basim albuminis rectus. »

*Obs:* Ordo valde naturalis habitu, fructificatione, et virtutibus, succo præcipue quo fœtæ sunt plantæ in eo contentæ; recte affinitate collocatum a DC. inter *Nymphæaceas* et *Fumariaceas*. Herbæ vel raro suffrutices 9 generibus constantes in ordine sexuali ad polyandriam spectantibus, excepto *Hypecoo*, quod tetrandrum et *Fumariaceas* contingens.

I. Papaver Lin: gen: 648. = Lam: ill: t. 451.

» *Pet:* 4. *Stam:* polyandra. *Ovarium* 1. ovatum
» stigmatibus 4-20. sessilibus coalitis radiatim coro-
» natum. *Capsula* 1-locularis apice sub stigmatibus

» persistentibus in tot foraminibus quot stigmata » hians, placentis valvaribus. »

*Obs*: Organa fœminea valde dubia quoad numerum: Linnæus, quem adhuc secutus est Sprengelius, unicum stigma radiatum *Papavero* tribuerat, et sic genus monogynum: idem dixerat Juss: qui tamen fructum definiens capsulam admiserat totidem instructam *receptaculis* quot radii stigmatis, hinc jam suspicatus erat *receptacula* fructus distinctos adesse, quos Cl: DC. demum *Carpella* appellavit; hac hypothesi genus polygynum. Sed id paulo refert in methodo naturali et in differentiis generum hujusce familiæ potius a forma stigmatis et fructus quam a numero pistillorum excerptis. Herbæ perenn: vel ann. foliis plus minusve sectis, pedunculis axillaribus 1-floris ante florescentiam apice inflexis. E capsularum superficie *hispida* vel *glabra* duæ emergunt sectiones 26. species sec: DC., 23. sec: Spr: comprehendentes.

Sect: I. *Capsulis hispidis.*

✿ 1. *P. hybridum* = L. sp: 725. = Spr: syst: II. 569. = Engl: bot: t. 43. Ic: taur: vol: 27. t. 108. (*Europa. Pedemont*: circa arcem *la Brunetta*: inter segetes *Uneliæ* All: n. 1064. Ad foveas graniti *di Baveno* abundans Biroli fl: acon: I. p. 179. In arvis *Sardiniæ* Moris st: sard: I: p. 3.). Ann: *Pet*: punicea ungue nigricante.

✿ 2. *P. Argemone* = L. sp: 725. = Spr: syst: II. 569. = Engl: bot: t. 643. Ic: taur: vol: 16. t. 75. (*Europ*: *Pedem*: inter segetes montium non infrequens All: n. 1066. Inter *Venariam* et *Lucengo*

prope ædem S. *Pancratii*, prope *la Molinetta* atque generatim in arvis calidioribus, Re fl: torin: I. p. 276. In arvis sabulosis *della Lumellina* et *di Cerano* Biroli fl: acon: I. p. 179. Inter segetes *Sardiniæ* mediæ Moris st: sard: I. p. 3.). Ann: *Pet*: pallide coccinea, basi macula nigra notata.

3. *P. nudicaule* = L. sp: 725. (*Eur*: septent:, *Sibir*:). Peren. *Pet*: flava, rarius albida vel rubro-aurantiaca in var: δ ex Fischerio. Variat quoque foliis hirsutis vel glabris. Huc pertinet sec: Spr: *P. microcarpum* DC. syst: II. 71. mihi ignotum.

☙ 4. *P. pyrenaicum* = W. en: 563. in not: = Spr: syst. II. 569. = Baw: ic: t. 764. pro var: α sub *Argemone lutea* (*Pyren*:, *Gall*: austr: *Pedem*: ad diffractos scopulos in monte *Vermellina* supra *Limone* All: n. 1067 sub *P. alpino*, in agris *Monregalensibus* All: auct: ). Peren: Variat *pet*: luteis, vel puniceis unguibusque concoloribus aut nigricantibus. Species confusa ab All. aliisque botanicis cum *P. alpino* L. sp: 725. quod in *Pedemontio* spontaneum esse valde dubito, quidquid dicat Birolius illud invenisse in valle *d'Angasca* nec deesse in monte *della Rosa*. Specimina Biroliana cum nostris ex Balbisio et Molinerio comparata non differunt: hæc autem pertinent ad *Argemonem pyrenaicam* L. sp: 728. (*Papaver* W.), non ad *P. alpinum* eiusdem auctoris, de quo iconem habemus in Jacq: fl: austr: t. 83.; folia enim non reapse 2-*pinnatifida*, sed tantum *pinnati-loba*, lobis inferioribus 3-*partitis*, lobulis *ovato-oblongis obtusiusculis*, nec *linearibus aristatis*. Circa allatam confusionem cons: DC. syst: II. 72.

Huc pertinet fortassis *P. aurantiacum* Loisl: juxta opinionem Candolei l. c. non ad *P. orientale* sec: Steud:, lobuli enim *obtusiusculi*, sed statura valde humilior. Specim: meum ex Perret vix pollicare etsi perfectissimum.

Sect: II. *Capsulis glabris.*

❋ 5. *P. Rhœas* = L. sp: 726. = Spr: syst: II. 569. = Engl: bot: t. 645. Ic: Taur: vol: 8. t. 33. (*Europ:* In *Pedem*: inter segetes ubique All: n. 1068. In *Sardinia* Moris st: sard: I. p. 3.). Ann: Variat colore et plenitudine florum aliisque modis a DC. enumeratis in syst: II. 76. 77. Vid: infra n. 11.; var: fl: albo in agris prope *Villafranca* ad Padum occurrit.

❋ 6. *P. dubium* = L. sp: 726. = Spr: syst: II. 569. = Engl: bot: t. 644. (*Europ: Pedem*: in agris *Pineroliensibus* All: n. 1065. In agro *Pedemontano* non infrequens. In comitatu *Nicœensi*, ubi variat fl: albo All: auct: In campis sabulosis *Ticinum* versus, Birol: fl: acon: I. p. 179. In pascuis prope *la Molinetta* Re fl: Torin: I. p. 276. In arvis *Sardiniœ* Moris st: sard: I. p. 3.) Ann: Variat uti prius.

7. *P. obtusifolium* = Desf: fl: atl. I. 407. (*Afr*: bor: *Sardinia* inter segetes Moris st: sard: I. p. 3.). Ann: Specim: in *Ægypt*: lecta a Bert ex Bellar: perfecte quadrant cum exemplaribus sardois ex Morisio; flores rosei. = 8. *P. setigerum* = DC. fl: fr: 5. p. 585. (Insulis *Staechadum*. In *Sardinia* inter segetes Moris st: sard: I. p. 3.) Ann: Flores violacei. = 9. *P. somniferum* = L. sp: 726. (*Grœcia*, *Asia*

min: , *Ægypt*: ). Ann: Variat quammaxime, præsertim colore et plenitudine florum. Cons: DC. syst: II. 81. 83. Ubique cultum tam ornamenti gratia, quam ad oleum e seminibus eliciendum, pro quo præfertur var: β seminib: petalisque albis. = 10. *P. orientale* = L. sp: 727. ( *Asia* min: , *Caucas*: ). Peren: Flores magni elegantissimi sanguinei unguibus petalorum nigrescentibus. Varr: fl: pleno majori vel minori, petalis 3-6 coluntur in hortis ad ornamentum. Huc pertinet sec: Spr: *P. bracteatum* Lindl: coll: t. 23. Differentiæ a cl: auctore allatæ et a DC. Prodr: I. 119. probatæ non tanti mihi videntur ad stirpem distinctam constituendam; etiam in varr: *P. orientalis* pili occurrunt *patentes* vel plus minusve *adpressi*. *P. bracteati* inter alia exemplaria unum possideo ex Huguenin florem gerens diametro palmari.

## *Papavera dubia.*

11. *P. sinense?* = Thb: mss: Specimen habeo ex hb: Bellardi ita notatum in scheda = *Papaver sinense ex seminib: a D.* Thumb: *missis habui ex* Paschal: = Nullibi inveni enumeratam hanc stirpem quae herba et fructu valde accedere videtur *P. Rhœadi*: petala et sepala desunt; ceterum planta spithamea. *Caulis* simplex; *folia* inferiora sub-lyrata lobis inciso-dentatis dentibus obtusiusculis, superiora pinnatifida laciniis infernis profundis acute-dentatis, supernis brevibus subintegris, extrema longiora acuminata, omnia pilis adpressis adspersa; *pedunculus* 1-florus pilis patulis; *capsula* glabra obovata 3-lin: longa 2-lata *stigmatibus* 10-12 coronata. *P. Rhœas*

teste Thb: fl: jap: 322. crescit in *Japonia*; nec varr: nec *P. sinense* memorat cl: auctor; hinc valde dubito plantam nostram insignem var: *Rhœadis* constituere. Vid: sup: n. 5.

II. Argemone: Lin: gen: n. 649 = Lam: ill. t. 452.

» *Cal*: 2-3-sepalus pilis aculeiformibus asperatus.
» *Pet*. 4-6. *Ovar*: 1. *stigmatibus* 4-7. subsessilibus
» liberis radiatim coronatum. *Capsula* 1-locularis val-
» vulis apice dehiscens, placentis linearibus. »

*Obs*: Genus vix a *Papavero* distinctum characteribus supra allatis, constans unica specie annua succo flavescente, foliis sessilibus sinuatis, pedunculis axillaribus semper erectis.

1. *A. mexicana* = L. sp: 727. (*Mexico*, *Carolina*, *Asia calidior*: ?). Var: fl: flavis albidisve in hortis culta.

III. Stylophorum = Nutt: gen: am: n. 361. = Vig: diss: p. 42. f. 3. sub *Meconopside*. = *Papaveri*, *Argemones*, et *Chelodonii* sp: auctorum.

» *Cal*: 2-sepalus. *Styl*: distinctus. *Stigmata* 4. libera.
» *Caps*: *Argemones* placentis in membranulas produ-
» ctis. »

*Obs*: Genus medium inter *Papaver et Argemonem* 4. speciebus constans a DC. relatis sub *Meconopside* et in duas sectiones divisis *Meconopsis* sc: et *Stylophorum*, a Spr: autem conjunctis sub solo *Stylophoro*. Genera hæc tam affinia, ut melius fuisset omnia distinctis sectionibus ad *Papaver* amandare. Herbæ perennes, succo flavescente, foliis pinnatisectis, pedunculis ante florescentiam inflexis.

1. *St. cambricum* = Spr: syst: II. 570. (*Cambria*,

*Pyreneis*, *Gallia* merid: ). Flores flavo-sulphurei: in hortis cultum.

IV. Sanguinaria Lin: gen: n. 645. = Lam: ill: t. 449.

» *Cal.* 2-sepalus. *Pet*: 8. 12. *Stigmata* 2. sessi-
» lia basi connata. *Caps*: 1-locularis 2-valvis pla-
» centis 2. persistentibus. »

*Obs*: Genus præcedentibus valde affine, sed satis distinctum numero partium floralium, forma fructus, et habitu, quo solo inspecto magis accederet ad *Podophyllum*. Species unica, peren:, succo sanguineo, folio sub-unico radicali, scapo: 1-floro.

1. *S. canadensis* = L. sp: 723. ( *Amer*: bor: ). Flores albi, quandoque pleni, interdum folia 2. Radix tuberosa sæpius horizontalis ( *Truncus subterraneus* DC. ).

V. Bocconia Lin: gen: n. 591. = Lam: ill: t. 394.

» *Cal*: 2-sepalus. *Pet*: 0. *Stam*: 8. 24. ordine
» quaterno seriatim disposita. *Stylus* brevissimus.
» *Stigm*: 2. revoluta. *Caps*: compressa 2-valvis basi
» dehiscens 1-sperma. *Sem*: imæ capsulæ adfixum. »

*Obs*: Genus herba *Papaver* æmulans, sed fructificationis partibus et inflorescentia praesertim valde diversum, constans 3. stirpibus hexoticis. Frutices vel raro herbæ perennes, succo flavescente, foliis glaucis sæpius incisis, floribus terminalibus paniculatis.

1. *B. frutescens* = L. sp: 634. ( *Mexico*, *Peruvia*, *Cuba* ). Panicula magna, flores herbacei parvi. Cult: in h. Ripul: calid:, ubi biennis potius quam perennis evadit, scilicet quo anno floret moritur.

VI. Glaucium Tourn: inst: 254. = Lam: ill: t. 450. f. 2. = *Chelidonii* sp: Lin:

» *Cal*: 2-sepalus. *Pet*: 4. *Stam*: polyandra. *Stig-*
» *ma* sessile capitato-2-sulcum. *Caps*: siliquæformis
» 2-3-4-valvis apice dehiscens 2-locularis polysper-
» ma. *Sem*: scrobiculata. »

*Obs*: Genus a præcedentibus valde distinctum præsertim fructus structura; species 8. ex DC. inclusa *Roemeria*, 6. ex Spr: a *Chelidonio* distractæ. Herbæ annuæ vel bien:, succo croceo, foliis pinnatim incisis, pedunculis axillaribus terminalibusque solitariis.

❀ 1. *Gl. luteum* = Scop: carn: I. 369. = Spr: syst: II. 571. = Engl: bot: t. 8. Ic: taur: vol: 23. t. 78. sub *Gl. flavo* (*Eur*: med: *Pedem*: in arenosis et sterilibus locis maritimis; secus *Burmidam* in *Aquensi* territorio; juxta *Scriviam* in agro *Dertonensi* All: 1062. In arenis maritimis *Sardiniæ* Moris st: sard: I. p. 3. sub *Gl: flavo*). Bien:

❀ 2. *Gl. phœniceum* = Crantz austr: II. p. 141. = Spr: syst: II. 571. = Engl: bot: t. 1433. (*Gallia, Anglia*. In agro *Nicæensi* inter segetes All: n. 1063. *Sardinia* in pascuis *S. Elia* Moris st: sard: I. p. 3. sub *Gl. corniculato.*). An: Variat fl: *phœniceo* vel *flavo*; hoc nunquam inveni: repertum fuit a Steven: in *Tauria* sec: DC. syst: II. 97. Plantæ cultæ in h. Ripul: habent folia glabra amplexicaulia, et brevi tantum sinuata sinubus apice mucronulatis, nec pinnatifidis, ita ut magis accedant ad *Gl. luteum*. An *Gl. fulvum* Sm: a Spr: tamquam sola var: *lutei* consideratum? Cons: DC. syst: II: 95. 96. cujus de-

scriptio quadrat cum plantis meis. Ceterum allatæ tres species vix differunt inter se.

3. *G. violaceum* = Smith fl: brit: 565. ( *Anglia*, *Eur*: austr: ). Ann: Variat pube, et florum colore plus minusve violaceo. *Roemeriæ* genus Medic: nec aliorum ad quod pertinet species hæc sec: DC. syst: II. 92. sub *R. hybrida* rite *Glaucio* fuit conjunctum a Spr: l. c.; differt enim tantum numero valvularum in capsula. Valde tamen dubito *Chelidonium hybridum* L. sp: 724. ad *Gl. violaceum* Smith: cum quo ab auctoribus confusum fuit, pertinere. Specimen ex hb: Bellardi nomine *Gl. violacei* prima facie distinguitur a specim: *Chelidonii hybridi* ex hb: Biroli planta humiliori, foliorumque laciniis tenuioribus ac fere capillaribus. An var: *insignis* a DC. omissa l. c.?

VIII. Chelidonium. C. Bauh: pin. 144. = Lam: ill: t. 450. f. 1. = *Chelidonii* sp: Lin:

» *Caps*: 2-valvis basi dehiscens 1-locularis. *Sem*: » supra umbilicum cristata. Cetera ut in *Glaucio*. »

*Obs*: Genus allatis characteribus vix a *Glaucio* distinctum: habitu tamen etiam diversum, inflorescentia præsertim et statura inspectis. Spec: 5. ex DC., 2. ex Spr:

❋ 1. *Ch: maius* = Mill: dict: n. 1. = Spr: syst: II. 570. = Oed: fl: dan: t. 676. Ic: taur: vol: 3. t. 71. ( Tota *Eur*: In *Pedem*: ad sepes et muros frequentissimum All: n. 1061. In *Sardinia* Moris st: sard: I. p. 2.). Huc pertinet sec: Spr: *Ch: laciniatum* Mill: sc: *Ch: majus* var: β L., et *grandiflorum* Fisch:, varr: speciosæ, quarum prima in *Germania* et

*Austria*, altera in *Dahuria* crescunt. Nostrum est *Ch*: *majus* var: *α* L.

VIII. Hypecoum Lin: gen: n. 171. = Lam: ill: t. 88.

*Cal*: 2-sepalus minimus. *Pet*: 4. inæqualia inte-
» riora sub-3-loba. *Stam*: tetrandra. *Ovar*: elonga-
» tum. *Styl*: 2. brevissimi. *Caps*: siliquæformis 2-
» valvis articulata articulis 2-spermis. »

*Obs*: Genus a ceteris *Papaveraceis* distinctum numero staminum; hinc ad *Chelidonia*, illinc ad *Fumariaceas* et *Cruciferas* accedens, 6. speciebus constans fere omnibus europeis, annuis, humilibus, succo flavo, foliis pinnatisectis, floribus terminalibus solitariis.

❀ 1. *H. procumbens* = L. sp: 181. = Spr: syst: I. 491. = Lam: ill: t. 88. ( *Eur*: austr:. In olivetis circa *Albengam* et in *Liguria* sec: Balbis misc: bot: 13. In arvis *Sardiniæ* Moris st: sard: I. p. 3. ). Siliquæ arcuatæ patentes articulatæ.

2. *H*: *erectum* = L. sp: 181. ( *Sibir*: ). Siliquæ erectæ vix articulatæ.

Obs. geographica circa *Papaveraceas*.

*Papaveracearum* species sec: DC: sistunt numero . . . . . . . 54.

*Papaveraceæ* pedemontanæ.

| | |
|---|---|
| *Papaver* | 5. |
| *Glaucium* | 2. |
| *Chelidonium* | 1. |
| *Hypecoum* | 1. |
| | 9. |

Sic *Papaveraceæ* pedemontanæ ita se se habent ad *Papaveraceas* totius orbis uti 9. ad 54. et sextam partem constituunt.

---

## Ordo X.

### FUMARIACEÆ

( DC: syst: II. 105. Prodr: II. 125. = *Papaveracearum* gen: Juss: ).

*Char: essent:*

» *Cal*: 2-sepalus deciduus parvus. *Pet*: 4. cruciata » saepius irregularia sc: 1. 2. basi calcarata vel gib- » ba, libera vel varie coalita. *Stam*: 6. diadelpha. » *Styl*: 1. *Stigm*: 2-lamellatum. *Fructus* capsularis » 1-locularis 2-valvis 1-2-poly-spermus. *Sem*: pla- » centis lateralibus adfixa. *Album*: carnosum; *Embr*: » basilaris rectus vel subarcuatus. »

*Obs*: Ordo jam unicum genus comprehendens, *Fumariam* scilicet inter *Papaveraceas* a Juss: collocatam, ex qua transitus ad *Cruciferas*: nunc a cl: Candoleo divisus in 6. genera habitu conformia, in methodo sexuali ad Diadelpham hexandram pertinentia, et vix distincta petalorum et fructus structura ( DC. syst. II. 107. ). Herbæ annuæ vel perennes succo aqueo fœtæ.

I. Corydalis. Vent: Pers: Ench: II. 268. = Lam: ill:

t. 597. f. 3. = *Fumariæ* sp: L., = *Diclytræ*, *Adlumiæ*, et *Corydalis* sp: DC.

» *Cor*: ringens basi 1-2-calcarata constans *pet*: » 4. plus minusve coalitis; *filamenta* in duas pha- » langes distincta 3. antheras gerentes coalita. *Sili-* » *qua* 2-valvis polysperma dehiscens. »

*Obs:* Genus a sequentibus satis distinctum structura, sed *Diclytræ* Borckh et *Adlumiæ* Raf: nimis affine, inde recte a Spr: conjunctum, et in duas sectiones divisum inspecta corolla 1 - vel 2 - calcarata. Herbæ radicibus fusiformibus tuberosis vel fibrosis, caule simplici vel ramoso, foliis binis paucis vel plurimis.

Sect. I. Corolla 1-calcarata (*Corydalis* DC.)

†† *Radice tuberosa*, *caule simplici*, *foliis paucis alternis* (*Capnites* DC.).

1. *C. pauciflora* = Pers: ench: II. 269. (*Sibir*:, mont: *altaicis*). Peren: Variat racemis paucis vel multis sc: 7-8-floris (*C. aquilegiifolia* Patr: sec: DC. l. c.). Specim: meum ex Fischerio ad hanc varietatem a Spr: omissam spectat, et foliorum lobos refert *muticos*, non *mucronatos* uti in diagnosi Spr: An hac nota differt etiam a typo quem non vidi?

* 2. *C. bulbosa* = Pers: ench: II. 269. = Spr: syst: III. 160 non DC. = Bot: Mag: t. 232. et 2340. Ic: taur: vol: 5. t. 1015. sub *Fumaria* (*Eur*:, *Asia* bor: Ad sepes arvorum in *Sabaudia*, in *Pedemontio*, etiam similibus locis, et in sylvis, collibus et montibus primovere frequens All: n. 1083. Prope l' *Idraulica* et *il Parco* Re fl: torin. 2. p. 3. In ne-

moribus collium vulgaris Birol: fl: acon: II. p. 23.). Peren: Variat fl. purpurescentibus vel albidis.

3. *C. ſabacea* = Pers: ench: II. 269. (*Europ*: ). Peren:

✿ 4. *C. Halleri* = W. en: 740. = Spr: Syst: III. 160. = Fl: dan: t. 1224. sub *Fumaria* (*Eur*:, *Tauria*, *Sibir*: In *Pedem*: Balbis misc: bot: 35.; in Monte *Cenisio* Re fl: segus: p. 59. Ad radices montium vallis *di Vegezzo* non frequens Birol: fl: acon: II. p. 23.). Peren: Variat præsertim florib: purpureis vel viridescentibus ( *Fumaria viridiflora* Moris: hist: 2. s. 3. p. 261. t. 12. f. 7. ). Nostra pertinet ad primam, ad quam forsan referenda *C. densiflora* Presl:, non *Fumaria densiflora* DC. iuxta opinionem Spr: c. p. 264. Utique in exemplari meo ex Gussone segmenta foliorum potius *ovata* quam *oblonga* nec *glauca* ut in *C. Halleri*, ceterum tamen omnino simillima etiam in forma racemi. Adde *C. Halleri* cum præcedentibus n. 2. 3. a L. sub *Fumaria bulbosa* conjunctam fuisse sc: n. 2. var: $\alpha$ n. 3. var: $\beta$ n. 4. var: $\gamma$.

5. *C. bracteata* = Pers: ench: II. 269. ( *Sibir*: ). Peren: Racemi 6-7-flori; flores ex sicco flavi. Specim: ex Fischerio in *Dahuria* lecta quadrant cum diagnosi Spr: et descriptione DC: syst: II. 121., exceptis foliorum lobulis, qui potius *lanceolati* quam *lineares*. = 6. *C. nobilis* = Pers: ench: II. 269. ( *Sibir*: ). Peren: Racemi multiflori; flores albido-flavescentes fauce nigra.

††† *Radice fibrosa, foliis caulinis plurimis alternis* (*Capnoides* DC.).

7. *C. glauca* = Pursh: fl: am: bor: II. 463. (*Canada*). Ann: Racemi laxi 7-8-flori; flores luteo-rubri. Cult. in hortis sub nomine *Fumariæ sempervirentis* L. = 8. *C. aurea* = W: en: 740. (*Amer*: bor:). Ann: vel bien: Racemi terminales et oppositifolii 8-12-flori; flores aurei.

✱ 9. *C. capnoides* = Pers: ench: II. 270. = Spr: syst: III. 161. = Pluk: alm: t. 90. f. 2. sub *Fumaria*. Ic: Taur: vol: 20. t. 91. (In fissuris rupium *Eur*: mediæ et australis. Visa est in montibus editioribus comitatus *Nicæensis* All: n. 1084.). Perenn: Racemi terminales et oppositifolii multiflori, flores parvi albi (*Fumaria capnoides* L. sp: 984), vel *lutei* (*F. lutea* Mant: 258.). Specim: mea ex Molinerio pertinent ad primam varietatem, alia ex Bertero ad secundam, floresque habent duplo maiores.

10. *C. claviculata* = DC. fl: fr: IV. 638. (*Germania*, *Anglia*, *Dauria*). Ann:, tenerrima. Racemi terminales, pauciflori, flores parvi subflavescentes.

Sect. II. Corolla 2-calcarata (*Diclytra* et *Adlumia* DC.).

11. *C. formosa* = Pursh: fl: bor: am: II. 462. (*Amer*: bor:). Peren: Racemi 5-7-flori; flores ampli rubicundi. Specim: ex Huguenin ex planta culta refert racemos floribus secundis subnutantibus 4-5-lin: longis, ex sicco roseis apice rubris: desunt fructus. = 12. *C. fungosa*. = Vent: choix p. et t. 19. (*Amer*: bor:). Bienn: tenerrima. Herba accedit ad *C. claviculatam* n. 10.: sed flores 2-calcarati, ampli,

pallide subrosei. Cult: in H. B. T., ex quo specimina mea sine fructu.

*Corydales dubiæ.*

13. *C. minima*? = Birol: hb: ex W. Herba tenella glaberrima glaucescens, habitu *Corydalis*, sed fructu *Hypecoi*. Specim: unicum ex Biroli sine flore habet caulem simplicem exsquamatum vix 3-pollicarem 3-phyllum: folia alterna, petiolata, biternatim secta, petiolos sc: longos apice tantum divisos, segmenta petiolata 3-secta, segmentula 3-fida, lobulos ovato-oblongos obtusos; pedunculos oppositi-folios 2-floros ebracteatos; siliquas teretiusculas erectas articulatas, diam: 1/2 lin:, long: 3-4. lin: ut in *Hypecoo erecto*, sed stylo unico persistenti acuminato. An genus medium inter *Hyecoum* et *Fumariam*? an alterutrius species nova?

II. Cysticapnos Boerh: lugd: 391. = Gaertn: fruct: 2. 161. t. 115. = *Fumariæ* sp: Lin:

» *Caps*: vesicaria 2 - valvis polysperma dehiscens, » placentis reticulis membranaceis connexis. Cetera » ut in *Corydalide*. »

*Obs*: Genus vix a *Corydalide* distinctum, unicam sequentem speciem continens ad *Fumariam vesicariam* a L. relatam.

1. *C. africana* = Boerh: l. c. (*Afr*: austr:). Ann: Flores racemosi, parvi, albidi.

III. Fumaria Lin: gen: n. 760. = Gaertn: fruct: 2. 162. t. 115.

» *Caps:* globosa vel compressa (*caryops:* Spr:, DC.) » unilocularis evalvis monosperma indehiscens; cetera » ut in *Corydalide.* »

*Obs*: Genus a præcedenti distinctum fructus structura externa et interna, constans 10. spec: ex DC., 7. ex Spr:, in duas sect: divisum, inspecta capsula *globosa* vel *compressa*.

Sect. I.

Capsulis globosis (*Sphærocapnos* DC.)

❃ 1. *F. officinalis* = L. sp: 984. = Spr: syst: III. 159. = Engl: bot: t. 589. Ic: Taur: vol. 5. t. 111. (In locis cultis totius fere orbis. Ad muros secus arva locis præcipue siccis ubique in *Pedem*: vulgatissima All: n. 1085. Re fl: segus: p. 58. et fl: torin: 2. p. 3. In agro *Novariensi* hortos et cerealia inhabitat Biroli fl: acon: II. p. 23. *Sardiniæ* arvis Moris st: sard: I. p. 3.). Ann: Flores rosei apice sanguinei.

❃ 2. *F. capreolata* = L. sp: 985. = Spr: syst: III. 159. = DC. ic: rar: t. 34. (*Eur*: austr: In *Pedem*: inter *la Prea* et *Rastello*, et prope *Ormeam* in *Liguria* All: auct. 1086. In *Sardinia* ad sepes Moris st: sard: I. p. 3.). Ann: Flores albidi apice atro-purpurei.

❃ 3. *F. parviflora* = Lam: dict: II. 567. = Spr: syst: III. 159. = Engl: bot: t. 590. Ic: Taur: vol. 5. t. 117. (*Angl*:, *Eur*: austr: Secus arva *Niceænsia* ex

All: n. 1086. sub *F. spicata*. In arvis pinguibus et in hortis agri *Taurinensis* Re fl: torin: 2. p. 4. In *Sardiniæ* arvis Moris st: sard: I. p. 3.). Ann: Flores albidi; affinis admodum *F. officinali* n. 1. a qua distinguitur tantum laciniis foliorum angustioribus, omnibusque partibus paullo minoribus. Stirps jamdudum confusa ab ipso eximio Allionio cum *F. spicata* L. sp: 985., quam indigenam numquam vidi, quidquid dicat Birolius vulgarem esse in arvis pinguibus agri *Novariensis*. Omnes forsan errore ducti fuerunt a mala icone Barrel: t. 41. in qua desunt fructus. Vera *F. spicata* capsulas habet compressas; in *F. parviflora* (*F. spicata* var: *β* L. syst: ed: 13. p. 470.), sicuti in nostris, sunt evidenter *globosæ*: habitu etiam diversæ. Primus errorem detexisse videtur cl: Re in Fl: Tor:

4. *F. media* = Loisl: not: p. 101. (In agris oleraceisque *Europæ*). Ann: Ludit inter *F. officinalem* et *capreolatam* ad quarum primam cl: Spr: illam refert (syst: III. 159.). Admittit tamen *F. Vaillantii* tamquam speciem distinctam etsi magis accedat ad *F. officinalem*, quam ad *F. mediam* foliorum laciniis omnino *linearibus* et habitu: in hac laciniæ sunt constanter *ovato-lanceolatæ* et petioli quandoque *cirrhosi*. Cons: insuper observat: DC. l. c. = 5. *F. Vaillantii* = Loisl: not: p. 112. (*Silesia*, *Germ*: occid:, *Gallia* med: In arvis *Cagliari* Moris st: sard: I. p. 3.). Ann: Media inter *F. officinalem* et *parvifloram*; flores intense purpurei.

Obs: geographica circa *Fumariaceas.*

| | |
|---|---|
| *Fumariaceæ* per totum orbem sparsæ . . | 53 |

*Fumariaceæ* pedemontanæ.

| | |
|---|---|
| *Corydalis* . . . . . . . . | 3 |
| *Fumaria* . . . . . . . . | 3 |
| | 6 |

Sic *Fumariaceæ* pedemontanæ ita sese habent ad *Fumariaceas* totius orbis uti n. 6. ad 53. et octavam partem + 4 constituunt.

# Ordo XI.

## CRUCIFERÆ

(Juss: gen: 237. = DC. syst: II. 139. Prodr: I. 131. = J. S. Hill: fam: nat. I. 499. t. 70.)

*Char: essent:*

» *Cal:* 4-sepalus. *Pet:* 4. sepalis alterna in crucem » disposita sæpius unguiculata et æqualia, rarius 2. » exteriora majora, rarissime abortu evanida. *Stam:* » 6. tetradynama rarius (abortu?) 4. vel 2. *Torus* » glandulas varias inter petala et genitalia gerens. » *Styl:* 1. *Stigm:* 2. patentia vel approximata. *Fructus* » siliquosus vel siliculosus 2-locularis 2-valvis, ra- » rius 1-locularis evalvis. *Sem:* in quoque loculo ad » utramque placentam adfixa exalbuminosa. *Embr:* » curvus. *Cotyled:* super radiculam diversis modis » pronæ. »

*Obs:* Ordo inter omnes naturalissimus integram Linnæi *Tetradynamiæ* classem comprehendens ac 1000. circiter species sistens inter se maxima affinitate connexas; hinc, Botanicis summis fatentibus, classificatio methodica difficillima et summopere ambigua. Persudarunt Gaertnerius Browniusque in eruendis characteribus e seminum structura interna ac præsertim e situ radiculæ et cotyledonum, atque eadem secutus elementa majus opus perfecit cl: Candolleus. Ingentissimum, fateor, hunc esse laborem, sed tot tantisque

difficultatibus exceptionibusque subjectum (a), ut simpliciores divisiones, etsi forsan quandoque minus naturales, e fructus fabrica institutas præferre conatus fuerim, exemplo Sprengelii, qui in nonnullis subdivisionibus tantum radiculam cotyledonesque consideravit; de his utar pro characteribus genericis.

Trib: I.

Fructibus indehiscentibus (*Synclistæ* Spr:)

† *Fructibus* 1-*spermis*.

I. Neslia Desv: journ: 3. p. 162. 163. = Gaertn: fruct: II. 285. t. 141. sub *Rapistro*. = *Myagri* sp: L. (Inter *Camelineas* DC.).

» *Cal*: æqualis patens. *Pet*: integra æqualia. *Stam*: » edentula. *Fructus* globosus intus membrana inter- » stinctus. *Sem*: subglobosum pendulum. *Cotyl*: in- » cumbentes. »

*Obs*: Genus ex unica specie ab Auctoribus inter *Myagra* (Lin:), *Cochlearias* (Scop:), *Crambes* (All:), *Rapistra* (Gaertn:), *Alyssa* (W.) etc. relata.

❋ 1. *N. paniculata* = Desv: l. c. = Spr: syst: II. 850. = Oed: fl: dan: t. 204. sub *Myagro*. Ic: Taur: vol. 13. t. 102. sub *Crambe* (*Eur*:, *Afr*: bor:, *Asia* med: In agris collium calidiorum *Pedemont*: frequenter invenit All: n. 935. In collibus *Taurinens*: valle

(a) Cons: Gay observations sur quelques crucifères etc. in ann: sc: nat: 1826. avril p. 389. et bull: univ: 1828. mars p. 340.

*di Sassi*, et agris Provinciæ *Segusiensis* Re ſl: torin. I. p. 338. sub *Alysso* et ſl: segus: p. 53. sub *Myagro*. In agro *Novariensi* secus vias præsertim *Mediolani* Birol: ſl: acon: II. p. 3. sub *Myagro*. In *Sardiniæ* arvis Moris st: sard: I. p. 5.).

II. Calepina Adans: fam: II. 423. = Ic: generis? (Inter *Zilleas* DC.)

» *Cal*: erectus. *Pet*: 2. exteriora paullo majora. » *Stam*: edentula. *Glandulæ* 4. cylindricæ in disco. » *Fruct*: subglobosus rugoso-muriculatus stylo bre- » vissimo coronatus. *Sem*: pendulum globosum. *Cotyl*: » incumbentes. »

*Obs*: Genus unica specie constans ex DC., 2. ex Spr:, ad varia genera ab Auctoribus relatis, Linnæo ſorsan incognitis, cujus nomen non adest in eorum synonymis.

❀ 1. *C. Corvini* = Desv: journ: bot: 3. p. 158. = Spr: syst: II. 850. = Murr: nov: comm: goert: 8. 1777. t. 3. sub *Buniade cochlearioide*. Ic: Taur: vol. 22. t. 108. et vol. 13. t. 102. sub *Crambe* (*Eur*: austr: Passim in *Pedemont*: ad limites agrorum, in vineis, et pascuis collium All: n. 937. In vineis prope *Segusium* Re ſl: segus: p. 57. Prope *Taurinum* in pratis *di Vanchia*, et prope pontem *Padi* Re ſl: torin: I. p. 332. sub *Buniade cochlearioide*. Ad vias sabulosas *Lumellinæ* Birol: ſl: acon: II. p. 4. In *Sardiniæ* arenosis montanis Moris st: sard: I. p. 4.). Ann:

III. Myagrum Tourn: inst: 211. t. 99. = Desv: journ: 3. p. 160. t. 25. f. 1. (Inter *Isatideas* DC.)

» *Cal*: erectus. *Pet*: oblonga vix calyce majora.
» *Stam*: edentula. *Fruct*: coriaceo-suberosus in lacu-
» nas 2. steriles dilatatus. *Sem:* pendulum oblongum.
» *Cotyl:* incumbentes. »

*Obs*: Genus jam pluribus speciebus constans, nunc ad sequentem reductum, ceteris ad alia genera conjunctis.

⁕ 1. *M. perfoliatum* = L. sp: 893. = Spr: syst: II. 350. = Schkuhr handt: 2. t. 178. Ic: Taur: vol. 13. t. 73. (*Eur*: med: et austr: In agro *Segusino*; inter segetes collium *Taurinensium* All: n. 938. Re fl: segus: p. 53.). Ann:

†† *Fructibus 2-articulatis oligospermis.*

IV. Crambe Lin: gen: 825. = Lam: ill: t. 553. (Inter *Raphaneas* DC.)

» *Cal*: patens subæqualis. *Pet*: æqualia apice pa-
» tentia. *Stam*: majora subfurcata. *Discus* 2-glandu-
» losus. *Fruct*: articulo superiori globoso 1-spermo,
» inferiori pidicelliformi abortiente. *Sem*: pendulum
» globosum. *Cotyl*: conduplicatæ. »

*Obs*: Genus nunc constans 14. speciebus ex DC., 13. ex Spr: divisis in fruticosas (*Dendrocrambe* DC.), perennes (*Sarcocrambe* DC.) et annuas vel biennes (*Leptocrambe* DC.); in unaquaque sectione consideratur etiam fructus structura quoad formam articuli inferioris et styli præsentiam vel defectum.

❀ 1. *C. maritima* = L. sp: 937. = Spr: syst: II. 851. = Oed: fl: dan: t. 316. (Ad litora marium *Eur*: Ad litus *Nicæense* All: n. 936.). Perenn:

2. *C. Tataria* = Jacq: misc: 2. p. 274. (*Morav*:, *Hungar*:, *Transylv*:, *Tauria*). Perenn: Variat foliorum lobis oblongo-linearibus (*hungarica* α, *C. laciniata* Lam:), vel sinuatis lobatis (*taurica* β, *C. orientalis* Reich: non L.). Cult: in H. B. T. in quo lecta specim: mea, quæ folia superiora non referunt *decomposita* ut in diagn: Auctorum, sed tantum *pinnatifida* laciniis inciso-dentatis, superiora non *integra*, sed potius *sublyrata*. An hic varietas altera, vel etiam species distincta? = 3. *C. hispanica* = L. sp: 937. (*Hispan*:, *Lusitan*: In *Sardiniæ* maritimis *Bari*, *Tortoli* Moris st: sard: I. p. 4.). Ann: = 4. *C. filiformis* = Jacq: coll: suppl: 120. (*Patagonia*). Bienn:

V. Cakile Tourn: inst: 49. = Lam: ill: t. 554. = *Buniadis* sp: L. (Inter *Cakilineas* DC.)

» *Cal*: patens basi 2-gibbosus. *Pet*: æqualia limbo » obovato. *Stam*: edentula. *Fruct*: articulo superiore » producto semine erecto, inferiori suberoso sub-tur- » binato semine pendulo. *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus constans 3. speciebus ex DC., nunc 7. aliis adauctum disjunctis a *Didesmo* Desv: et *Rapistro* C. Bauh, auctoritate Sprengelii.

❀ 1. *C. maritima* = Scop: carn: n. 844. = Spr: syst: II. 852. = Lam: ill: t. 544. f. 1. (In arenosis maritimis *Europ*: In litore *Uneliæ* et *Nicææ* Balb: addit: sub *Buniade Cakile*. In *Sardiniæ* maritimis Moris st: sard: I. p. 4.). Ann: Var: foliis pinnatim par-

titis (*C. Serapionis* Gaertn:, *Isatis pinnata* Forsk:), vel dentato-sinuatis (*β sinuatifolia*, *C. ægyptiaca* W.).

2. *C. æqualis* = DC. syst: II. 430. (Insul: *Carib:*). Ann: Huc refero hanc stirpem, cujus specimen possideo a Bertero lectum in *Guadalupa* sub nomine *Raphani lanceolati* W. eo quod cl: Spreng: huic nec non *Sinapi integrifoliæ* W. synon: tribuat *C. æqualis*. Valde tamen dubito, eximium auctorem errore ductum fuisse forsan a specimin: mancis, nam planta mea ex fructu cum genere *Sinapis* non *Cakile* quadrat: insuper DC. refert quidem *Raphanum lanceolatum* W. ad genus *Sinapis*, sed stirpem distinctam credit a *S. integrifolia* W. ceu ejus descriptiones evidenter demonstrant (syst: II. 611. n. 7. 612. n. 10.).

❅ 3. *C. perennis* = DC. fl: fr: ed: 3. v. 4. p. 719. non Syst: nec Prodr: = Spr: syst: II. 852. = Jacq: fl: austr: t. 414. sub *Myagro* (*Eur*: med: et austr: In arenosis *Pedemont*: sec: *Sturæ* flumen All: n. 941. sub *Rapistro*). Perenn:

❅ 4. *C. rugosa* = DC. fl: fr: ed: 3. v. 4. p. 719. non Syst: nec Prodr: = Spr: syst: II. 852. = All: fl: pedem: t. 78. sub *Rapistro*. Ic: Taur: vol. 23. t. 11. et vol. 26. t. 60. (*Eur*: med: et austr: In agro *Pedemont*: frequens inter segetes All: n. 940. In arvis inter *Venariam* et *Duriam* Re fl: torin: I. p. 330. sub *Myagro*. In *Sardinia* ad sepes et inter segetes Moris st: sard: I. p. 5. sub *Rapistro*.). Ann: Variat fructib: longe stylosis articulo inferiore saepe abortivo (*β stylosa*, *Myagrum stylosum* Goehnat:), vel stylo brevi articulo inferiori saepius fertili (*γ venosa*, *Myagrum venosum* Poir:). Nostra pertinet ad primam var:

††† *Fructibus 2-locularibus.*

VI. Coronopus Smith fl: brit: II. p. 591. = Lam: ill: t. 558. = *Lepidii* et *Cochleariæ* sp: L. ( Inter *Lepidineas* DC. sub *Sennebiera.*)

» *Cal*: patens æqualis. *Pet*: integra. *Stam*: edentula.
» *Stigm*: sessile. *Fruct*: didymus, subcompressus, ru-
» gosus vel raro glaber, loculis 1-spermis. *Sem*: pen-
» dula. *Cotyl*: incumbentes. »

*Obs*: Genus admissum a DC. in fl: fr:, dein ademptum in Syst: et Prodr: , et species amandatæ ad *Sennebieram* , modò restitutum a Spr: , constans 8. speciebus ex *Sennebieris* et *Brachicarpea*.

❋ 1. *C. Ruellii* = Dalech: lugd: 670. = Spr: syst: II. 853. = Lam: ill: t. 558. (*Europ*: Ad vias in agro *Pedemont*: All: n. 934. Re fl: segus: p. 54. et fl: torin: I. p. 336. sub *Cochlearia*. In irriguis *Sardin*: ad vias Moris st: sard: I. p. 5. sub *Sennebiera Coroscopus*). Ann:

2. *C. didymus* = Smith fl: brit: p. 691. (*Anglia*, *Eur*: austr:, *Amer*: bor:, *N. Holl*:). Ann: Huc pertinent sec: Spr: *Sennebiera pinnatifida*, et *pectinata* DC. Hic autem suspicatur plantas esse *Americæ* incolas in *Europæ* ruderatis migratas. Cons: DC. syst: II. 523. 524. In *Pedemont*: repertum fuisse haud scio etsi in *Etruria* invenit Savi. In speciminibus meis ex Bellardi sub *Sennebiera didyma* origo omissa: aliud possideo e plantis cultis in H. B. T. in quo laciniæ foliorum sunt valde minores et subintegræ.

VII. Succovia Medik: gen: pl: I. p. 64. t. 1. f. 9. = *Buniadis* species L. (Inter *Velleas* DC.)

» *Cal*: erectus basi subæqualis. *Pet*: integra. *Fruct*: » globosus echinatus stylo subulato coronatus loculis » 1-spermis. *Sem*: pendula. *Cotyl*: conduplicatæ. »

*Obs*: Genus unica specie constans a *Buniade* distracta.

1. *S. balearica* = Medik: in ust: nev: ann: I. p. 41. (Ins: *Balear*:, *Tenerif*:, *Sicil*: Ad dumeta in maritimis *Sardiniæ* Moris st: sard: I. p. 5.). Ann: Specimina ex Morisio perfecte quadrant descript: et iconib: Auctorum.

VIII. Zilla Forsk: descr: 121. = Gaertn: fruct: II. t. 142. f. 2. sub *Buniade spinosa* (Inter *Zilleas* DC.)

» *Cal*: erectus basi æqualis. *Pet*: integra. *Stam*: » edentula. *Fructus* sub-globosus suberoso-fungosus » stylo crasso conico coronatus, loculis 1-spermis. » *Sem*: pendula. *Cotyl*: conduplicatae. »

*Obs*: Genus vix a *Succovia* distinctum fructu non *echinato*, styloque *conico* nec *subulato*, constans e sola specie sequenti.

1. *Z. myagroides* = Forsk: l. c. n. 74. 75. c: ic: t. 17. A. = *Bunias spinosa* Spr: syst: II. 854. (*Ægypt*:). Suffrutex varians fructu majori lævi (α *macrocarpa*), vel minori rugoso (β *microcarpa*); specimen meum ex hb: Bellardi lectum in *Ægypto* a Delile pertinet ad var: β; planta fere tota aphylla spinis confertissimis.

IX. Ochthodium DC. syst: II. 423. = Gaertn: fruct: II. t. 142. f. 3. = sub *Buniade ægyptiaca* L. (Inter *Euclidieas* DC.)

» *Cal*: patens. *Pet*: obovata basi attenuata. *Stam*:
» edentula. *Fructus* coriaceus sub-globosus verrucosus
» stigmate sessili subapiculatus, loculis 1 - spermis.
» *Sem*: lateralia. *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Species unica ex *Buniade* L.

1. *O. ægyptiacum* = DC. l. c. et Prodr: I. 184. (*Ægypt*:, *Siria*, *Pelopon*:). Ann: Huc pertinet *Myagrum verrucosum* Lam: omissum a Spr: cum quo quadrant specimina a Perret lecta in *Ægypto*, nobisque humaniter communicata.

X. Bunias Lin: gen: n. 737. = Gaertn: fruct: II. t. 142. f. 3. = pro *Buniade Erucagine* L. (Inter *Buniadeas* DC.)

» *Cal*: erecto - patens basi æqualis. *Pet*: æqualia.
» *Stam*: edentula. *Fruct*: nucamentaceus, subtetra-
» gonus, stylo erecto coronatus, 2-4-locularis, locu-
» lis 1-spermis. *Sem*: cochleata. *Cotyl*: incumbentes
» circinnatim convolutæ. »

*Obs*: Genus jam pluribus, modo 3. tantum speciebus constans ex DC. et Spr:, quarum unam (*B. aspera*) ad *B. Erucaginem* refert Spr:, altera (*B. raphanifolia*) ad *Rapistri* genus amandatur a DC.!

* 1. *B. Erucago* = L. sp: 936. = Spr: syst: II. 854. = Jacq: fl: austr: t. 340. Ic: Taur: vol. 10. t. 36. Vern: *Garzavele* (*Eur*: austr: In *Pedemont*: inter segetes uberrime crescit All: n. 939. Re fl: segus: p. 57. et fl: torin: p. 331. Birol: fl: acon: II. p. 4. In *Sar-*

*dinia* Moris st: sard: I. p. 4.). Ann: Fructibus 4-locularibus, stylo elongato filiformi. Variat foliis radicalibus *runcinatis* (*B. Erucago* DC.), vel omnibus *lanceolatis* (*B. aspera* Retz: et DC.); hæc dicitur *Lusitaniæ* incola; vidi tamen in plantis pedemontanis folia radicalia modo (sæpius) runcinata, modo vix sinuata, modo etiam integerrima.

2. *B. orientalis* = L. sp: 936. (*Creta*, *Græcia*, *Transylv:*, *Russia*). Perenn: Fructibus 2-locularibus stylo brevi crasso.

†††† *Fructibus siliquæformibus articulatis polyspermis.*

XI. Chorispora DC. syst: II. 435. = Pall: itin: 3. app: n. 105. t. α. f. 3. sub *Raphano tenello* (Inter *Cakilineas* DC.)

» *Cal:* clausus basi subæqualis. *Pet:* æqualia. *Stam:* » edentula. *Fruct:* teres stylo longo coronatus 2-lo- » cularis in segmenta 1-sperma discedens. *Sem:* pen- » dula. *Cotyl:* accumbentes. »

*Obs:* Genus constans 4. speciebus a *Raphano* sejunctis.

1. *C. tenella* = DC. l. c. (*Podol:*, *Taur:*, *Sibir:*). Ann:

XII. Raphanus Lin: gen: n. 1098. = Lam: ill: t. 566. (Inter *Raphaneas* DC.)

» *Cal:* erectus basi subsaccatus. *Pet:* æqualia. *Stam:* » edentula. *Fruct:* teres coriaceus vel fungosus ro- » stratus multi-articulatus 1-2-locularis. *Sem:* pen- » dula. *Cotyl:* conduplicatæ.

*Obs*: Genus modo stirpibus 9. tantum ex DC., 7. ex Spr: constans, ceteris ad diversa genera amandatis. Sectiones 2. ex fructu 2-*loculari* vel 1-*loculari*.

Sect. I. Fr: 2-locularis (*Raphanus* DC.)

1. *R. sativus* = L. sp: 935. (*China, Japon:, Asia occid:*). Ann: vel bienn: Ubique in hortis cultus ob radices oleraceas multimode variantes forma, consistentia, colore, sapore. Cons: DC. syst: II. 663. 664.

Sect. II. Fr: 1-locularis (*Raphanistum* DC.)

2. *R. caudatus* = L. mant: 95. (*Java*). Ann: Flores ex sicco violacei; fructus 8 - 10. articulati, hinc in rostrum longissimum apice arcuatum abeuntes.

❋ 3. *R. Raphanistrum* = L. sp: 953. = Spr: syst: II. 855. = Engl: bot: t. 856. Ic: Taur: vol. 10. t. 4. f. 1. et vol. 13. t. 81. sub *Rapistro arvensi* (Tot: *Europ*: In *Pedem*: inter segetes passim All: n. 942. Biroli, Re. *Sard*: ad sepes *Bono* Moris st: sard: II. p. 1.). Ann: Var: fl: albo, purpurescente vel flavo.

❋ 4. *R. Landra* = Moretti fl: insubr: ined: = DC. syst: II. 668. = Deless: ic: sel: 2. t. 94. sec: DC. Prodr: I. 229. (*Italia, Insubria.* Inter segetes in provincia *Taurinensi* invenit Re fl: torin: I. p. 349.). Peren: Valde affinis *R. maritimo* cum quo conjunctum a Spr: (Syst: II. 855.); differt tamen floribus omnino *flavis*, fructibus *lævibus* rostro *subulato* articulis longiore. *R. maritimus* non invenitur penes nos quod sciam. *R. Landra* forsan confusum a botanicis nostris cum *R. Raphanistro*; primus enim de eo mentionem fecit cl: Re l. c. etsi communis.

*Raphani dubii.*

5. *R. Raphanellus* (Schr: indescr:). Sic in scheda hujus plantæ ex hb: Biroli. Ludere videtur inter *R. Raphanistrum* et *Landram*; sed planta valde *humilior*; folia radicalia lyrata vix *pollicaria* lobo terminali ovato nec *subrotundo* vel *orbiculato*, summa *lanceolata* dentata; racemi *pauciflori*; petala tota *albida*; fructus *dispermi* pedicellis duplo longiores, striati, rostro subulato longitudine articuli superioris. Radix fusiformis annua an perennis?

††††† *Fructibus siliculæformibus valvatis.*

XIII. Clypeola Lin: gen: n. 723. = Lam: ill: t. 560. (Inter *Alyssineas* DC.)

» *Cal*: basi æqualis. *Pet*: æqualia integra. *Stam*:
» dentata. *Fruct*: orbicularis compressus subemargina-
» tus 1-locularis 1-spermus. *Sem*: centrale. *Cotyl*: ac-
» cumbentes. »

*Obs*: Genus ad sect: † potius referendum, sed hic a Spr: collocatum ob siliculam valvatam: species jam plures, nunc tres, ceteris ad *Alyssum* aliaque genera affinia amandatis.

❀ 1. *Cl. Jonthlaspi* = L. sp: 910. = Spr: syst: II. 855. = Lam: ill: t. 560. f. 1. (*Eur*: austr:, *Asia* med: In agro *Nicæensi* All: n. 902. sub *Fosselinia*. In apricis collinis *Sardiniæ* Moris st: sard: I. p. 4). Ann:

XIV. Isatis Lin: gen: n. 824. = Lam: ill: t. 554. (Inter *Isatideas* DC.)

» *Cal*: patens æqualis. *Pet:* æqualia integra. *Stam*:
» edentula. *Stigm:* sessile. *Fruct*: oblongus margine
» alatus vel suberosus planus 1-locularis 1-spermus,
» valvulis navicularibus sub-dehiscentibus. *Sem:* pen-
» dulum. *Cotyl*: incumbentes. »

*Obs*: Genus cum sequentibus hujusce Tribus medium inter *Synclistas* et veras *Siliculosas* ex fructus forma et valvulis *vix dehiscentibus*, constans 18. speciebus sec: DC., 14. sec: Spr: in duas sectiones divisis ratione marginis et dehiscentiæ fructus.

† *Fructibus marginato-alatis indehiscentibus* (*Sameraria* DC.)

1. *I. lusitanica* = Brot: fl: Lus: I. p. 560. (*Lusit*:). Ann: Planta cum aliis ejusdem nominis ab Auctoribus confusa, hinc admodum dubia: in specim: meo ex hb: Biroli fructus desiderantur.

†† *Fructibus margine suberosis subdehiscentibus* (*Glastrum* DC.)

❀ 2. *I. alpina* = All: fl: ped: n. 944. = Spr: syst: II. 856. = All: l. c. t. 86. f. 2. (*Alp*: *cott*:, *Apenn*: Locis saxosis in monte *Vesulo* All:). Perenn: Figura All: optima, sed fructus nimis latus, nam in plantis viventibus et siccis potius ellipticus quam ovatus apparet.

3. *I. litoralis* = DC. syst: II. 568. (*Tauria*). Ann: vel perennis? Specim: meum ex Biroli a Stev: missum vix a sequenti diversum.

❋ 4. *I. tinctoria* = L. sp: 936. = Spr: syst: II. 856. = Lam: ill: t. 554. f. 1. Ic: Taur: vol. 9. t. 45. Vern: *Pastel* (*Eur*: austr: Circa *Segusium*, *Vinadium*; in valle *Augustæ Prætoriæ* ; circa *Piossasco*, monte *Vesulo*, *S. Michele della Chiusa*; in *Sabaudia*, in agro *Nicæensi* etc. All: n. 943. Obvia in montib: *Javenensib*: et circa Templum *S. Michaelis della Chiusa* Re fl: segus: p. 57. In Monte *Musiné* Re fl: torin: I. p. 332.). Bienn: Variat foliis glabris vel hirsutis, latioribus vel angustioribus. Culta præsertim in agro *Cheriensi* ad cæruleum colorem Indigoi succedaneum parandum. *I. campestris* Stev: in DC. syst: II. 571. mera varietas *tinctoriæ* floribus minoribus, margineque fructus paullulum diversa, uti apparet etiam ex specim: meis.

5. *I. orientalis* = W. en: p. 663. (In *Oriente*). Ann: Ab *I. aleppica* vix distincta fructu *breviori* apice stigmate sub-apiculato. = 6. *I. aleppica* = Scop: del: Insubr: 2. p. 31. *I. lusitanica* L. non Brot: sec: Spr: (*Græcia*, *Asia* min:, *Syria*. In *Sardin*: arvis *di Terralba*, *Osici* Moris st: sard: II. p. 1.). Ann: Ico Lam: ill: t. 554. f. 2. differt a specimin: meis foliis latioribus.

XV. Biscutella Lin: gen: n. 808. = Lam: ill: t. 560. (Inter *Thlaspideas* DC.)

» *Cal:* basi 2-calcaratus vel æqualis. *Pet:* æqualia » integra. *Stam:* edentula. *Fruct:* biscutatus planus

» scutis (loculis) compressis orbiculatis 1-spermis la- » teraliter axi in stylum longum persistentem distin- » cte adnatis. *Sem:* compressa. *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus singulari fructus forma distinctissimum constans 25. speciebus ex DC., 21. ex Spr: in duas sectiones divisum ex calyce 2-*calcarato* vel *æquali*.

## Sect. I.

### Calycibus 2-calcaratis (*Joudraba* DC.)

❋? 1. *B. hispida* = DC. diss: n. 3. et syst: II. 408. = Spr: syst: II. 857. = DC. diss: ib: t. 1. f. 1. (*Gallia* austr: In apricis montosis *Pedemont*: ex Balbisio). Ann: Vidi cult: in H. B. T. nec spontaneam in *Pedemont*:; differentiæ a cl: DC. allatæ inter hanc et sequentem non apparent in specimin: meis, si excipias fructus in *hispida* scabros, in *auriculata* glabros, sed in utraque apice *emarginatos* nec *confluentes*; an ergo conjungendæ? Adde nec Allionium nec alios Botanicos nostros de *B. hispida* mentionem fecisse, nisi Balbisium; credendum ergo, illam comprehendisse sub *B. auriculata*.

❋ 2. *B. auriculata* = L. sp: 911. = Spr: syst: II. 857. = DC. diss: n. 1. t. 1. f. 2. Ic: Taur: vol. 13. t. 98. (*Eur:* med: et austr:, *Afric:* bor: *Segusii* et comitatu *Nicæensi* All: n. 95. In saxosis supra *Foresto* Re fl: segus: p. 54. In provinciæ *Novariensis* apricis *d'Allagna*, *Scopa* etc. Biroli fl: acon: II. p. 9.). Ann: *B. erigerifolia* DC. culta in H. Ripul: et *Hispaniæ* incola sec: Spr:

## Sect. II.

### Calycibus basi æqualibus (*Thlaspidium* DC.)

❀ 3. *B. lævigata* = L. mant: 225. = Spr: syst: II. 857. = Jacq: fl: austr: t. 339. Ic: Taur: vol. 9. tab. 58. sub *B. didyma* (*Eur*: austr: Alpium pratis et sylvarum oris in montanis frequentissima All: n. 906. sub *B. didyma*. In pratis macilentis Provinc: *Segusianæ*, nec non *della Mandria* et *di Druent* Re fl: segus: p. 55. et fl: torin: I. p. 338.). Peren: *B. didyma* Scop: et All: non aliorum; synonymum All: non citatur nec a DC. syst: II. 413., nec a Spr:; sed planta nostra perfecte quadrat cum diagnosi Scop: Carn: n. 804. quæ est vera *B. lævigata* L. l. c. non *B. didyma* ejusdem auctoris.

❀ 4. *B. coronopifolia* = L. mant: 255. non W. = Spr: syst: II. 857. = DC. diss: n. 22. t. 18. et n. 23. t. 11. f. 1. pro *B. ambigua* (*Eur*: austr: In valle *Bardonache* locis sterilibus siccissimis, et in valle *di Maira* All: n. 907. In alpib: editissimis *di Cesana* Re fl: segus: p. 54.). Perenn: *B. ambigua* DC. l. c. mihi non videtur diversa; immo utraque vix differt a *B. lævigata* foliis magis incisis; ceterum characteres differentiales ab Auctoribus notati sæpe occurrunt in plantis cultis *B. lævigatæ*.

5. *B. lucida* = DC. diss: n. 20. et Syst: II. 414. (Regno *Neapol*: ). Perenn: Tota glaberrima varians foliis *integerrimis* (*B. spathulata* Lam:, Barr: t. 254.) vel *dentatis* (*B. lucida* Balb: hort: Taur: ex quo lecta specimina mea); sed in hac folia potius *lanceolata*

quam *spathulata* uti apparent in ic: Barr: ; insuper *glaberrima* et *lucida*, nec *scabra leviterque pilis hispida*, uti in observ: ejusdem auctoris p. 39. n. 379. An igitur species distincta?

✻ 6. *B. saxatilis* = DC. fl: fr: 4. p. 690. = Spr: syst: II. 857. = DC. diss: n. 24. t. 10. (*Eur*: austr: In *Pedem*: Balb: cl: p. 4.). Perenn:, varians foliis integris vel plus minusve dentatis; a priori vix differt foliis constanter *hispidis*, fructibusque in disco *scabris*.

7. *B. raphanifolia* = Poir: voy: barb: 2. p. 198. (*Sicil*:, *Mauritan*:). Ann: Culta in h. Ripul: = 8. *B. lejocarpa* = DC. diss: n. 16. et syst: II. 413. (In *Oriente*). Ann: Confusa a Spr: cum *B. raphanifolia* longe differt habitu, nec non foliis *subsessilibus*, non longe *petiolatis*, omnibus *lanceolatis* nec radicalibus *lyratis*, caule *hirsutiusculo*, fructibusque minoribus; multo magis accedit ad *B. apulam*. Cult: in h. Ripul:

✻ 9. *B. apula* = L. mant: 254. = Spr: syst: II. 858. = Lam: ill: t. 560. f. 1.? (*Italia*, *Sicilia*, *Græcia*. In pratis *d'Intrasca* et *Canobbio* Biroli fl: acon: II. p. 9.). Ann: Priori valde affinis a qua differt tantum fructu pube minuta *scabro*. Ceterum ico Lam: cum utraque quadrare videtur.

10. *B. lyrata* = L. mant: 354. (*Eur*: austr:, *Afr*: bor:). Ann: Ad *B. raphanifoliam* referendam putat cl: Gussone cum *laxiflora*, *maritima* et *marginata* (Plant: rar: I. p. 273.); si enim in loco natali observentur et comparentur, certi limites inter illas difficillime inveniri asserit. Specim: mea differunt tamen non solum *hirsutie*, sed *habitu* foliorumque forma. = 11. *B. depressa* = W. enum: 673. (*Ægypto*). Ann: An

*B. maritimæ* Tenor: var: juxta opinionem cl: Spr: ? At planta ex hb: Bellardi a Delil: lecta in loco natali humillima, vix 2-pollicaris, foliis omnibus *lanceolatis*, nec radicalibus *lyratis*. Potius *B. pumila* Balb: cat: Taur: 4. = 12. *B. ciliata* = DC. diss: n. 9. sub *B. coronopifolia* W. non L. (*Eur*: austr: In *Sardiniæ* pascuis collinis frequens Moris st: sard: I. p. 3.). Ann: Affinis priori et valde dubia; sub diversis nominibus venit in herbariis sec: DC. syst: II. 411.; specim: mea ex cl: Tenore lecta supra tecta urbis *Neapolis*.

*Biscutellæ dubiæ.*

✱ 13. *B. rupestris* = Raensch: sec: Steud: ? Specimina ex Risso lecta circa *Nicæam* et sub allato nomine communicata ludunt inter *B. lucidam* n. 5. et *apulam* n. 9.; ad primam magis accedunt habitu, sed planta tota *subhirsuta* nec *glaberrima*, ad secundam herba et fructificatione, sed planta *minor* foliis caulinis *subnullis*.

14. *B. hirsuta*? Enata in h. Ripul: e seminibus missis sub hoc nomine, nullibi enumeratam inveni; a *B. lyrata* n. 10. non videtur differre nisi foliorum radicalium lobis *subæqualibus* et sic non reapse *lyratis*. Sed recte observat cl: DC. syst: II. 410., *B. lyratam* esse polymorpham.

XVI. Peltaria Lin: gen: n. 1083. = Gaetn: fruct: II. t. 141. = *Clypeolæ* sp: Juss:, Lam: (Inter *Alyssineas* DC.)

» *Cal*: patens basi æqualis. *Pet*: æqualia integra.
» *Stam*: edentula. *Fruct*: sub-orbiculatus compressus

» reticulatus septo evanido, 1 - locularis, stigmate » punctiformi superatus, oligospermus. *Sem*: pendula. » *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus facie a *Clypeola* vix distinctum filamentis *edentulis*, silicula stigmate superata quandoque 2 - 4 - sperma, sæpius tamen abortu 1 - sperma. Spec: 3.

❀ 1. *P. alliacea* = L. sp: 910. = Spr: syst: II. 858. = Jacq: fl: austr: t. 123. Ic: Taur: vol. 20. tab: 36. sub *Boadschia* (*Austr*:, *Transylv*: *Pedem*: circa arcem *Fenestrellarum* All: n. 908.). Perenn:

TRIB: II.

Fructibus siliculosis (*Siliculosæ veræ*)

COHORS I.

*Siliculis oligospermis.*

XVII. LUNARIA Lin: gen: n. 809. = Lam: ill: t. 561. (Inter *Alyssineas* DC.)

» *Cal*: clausus basi subsaccatus. *Pet*: æqualia in- » tegra. *Stam*: edentula. *Silicula* pedicellata (scilicet » pedicellus supra pedunculum floris insertus), sub- » elliptica plana, 2-locularis, funiculis longis septo » membranaceo persistente adnatis. *Sem*: marginato- » alata. *Cotyl*: accumbentes. (Folia simplicia). »

*Obs*: Genus elegans, ob formam fructus facile ab affinibus distinguendum præsertim funiculis septo persistente argenteo adnatis, modo constans spec: 2., ceteris aliis generibus conjunctis.

✻ 1. *L. rediviva* = L. sp: 911. = Spr: syst: II. 859. = Lam: ill: t. 561. f. 1. Ic: Taur: vol. 10. t. 10. (*Eur*: austr: *Pedemont*: ad montes *S. Michaelis, Lamie*, *Vinadii*, *Giaveno*, *Cumianœ*, *Avilianœ*, *Lautosca* etc. All: n. 898. Re fl: segus: p. 55.). Perenn:, varians floribus plus minusve purpureis, ac silicularum longitudine.

2. *L. biennis* = Moench: meth: 261. (*Europ*:). Bienn:, numquam annua, unde recte nomen triviale L. immutatum. Passim in hortis culta sub nomine *L. annuæ* ornamenti gratia; variat floribus violaceis albidisve, siliculis plus minusve orbiculatis.

XVIII. Ricotia Lin: gen: n. 810. = Lam: ill: t. 561. (Inter *Alyssineas* DC.)

» *Cal*: erectus basi sub-gibbosus. *Pet*: æqualia ob-
» cordata. *Stam*: edentula. *Silicula* sessilis (scilicet pe-
» dunculo floris non pedicello proprie inserta), ob-
» longa, plana, junior septo tenuissimo 2-locularis,
» adulta septo evanido 1-locularis (a) funiculis libe-
» ris. *Sem*: aptera abortu subsolitaria. *Cotyl*: accum-
» bentes. (Folia pinnati-secta). »

*Obs*: Genus *Lunariæ* valde affine funiculis in silicula liberis præsertim distinctum, constans 3. spec: ex DC., 2. ex Spr:, omissa penitus *R. cantoniensi* Lour:

1. *R. Lunaria* = DC. syst: II. 284. (*Syria*). Ann:

---

(a) In iconibus Gaertn: et Lam: septum adparet persistens etiam in fructu maturo; sed constanter evanidum asserunt DC. et Spr: quod ipse vidi in speciminibus meis *R. Lunariæ*.

XIX. Alyssum Lin: gen: n. 805. = Lam: ill: t. 559.
(Inter *Alyssineas* DC.)

» *Cal*: æqualis. *Pet*: æqualia integra vel subemar-
» ginata. *Stam*: dentata vel edentula. *Silicula* subro-
» tunda, compressa, stylo tenui apiculata, 2-locula-
» ris loculis 1-2-spermis. *Sem*: compressa margine
» interdum membranacea. *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus non satis adhuc determinatum, constans spec: 53. ex DC., 42. ex Spr:, inter quas aliæ floribus *flavis*, filamentis *appendiculatis* vel omnino *edentulis*, aliæ floribus *albis*, filamentis *edentulis*; in utraque sessione autem aliæ sunt *suffruticosæ*, aliæ *herbaceæ*; ex quibus divisiones et subdivisiones artificiales statutæ.

Sect. I. *Floribus flavis.*

† Filamentis appendiculatis (*Adyseton* DC.)

A. *Suffruticosa.*

1. *A. saxatile* = L. sp: 908. (*Podolia*). In hortis vulgatissimum. = 2. *A. gemonense* = L. mant: 92. (*Saxon*:, *Austr*:, *Transylv*:). Habitu a priori distinctum; ceterum valde affine.

❉ 3. *A. argenteum* = W. sp: III. 461. = Spr: syst: II. 859. = All: fl: pedem: t. 54. f. 3. sub *Lunaria* (*Pedemont*: in montibus *Plossaschi*, *S. Michaelis della Chiusa*, *Bobbii*, *Augustæ Prætoriæ* All: n. 901. In montibus *di Bossoleno* Re fl: segus: p. 55.;

ubertim in monte *Musiné* Re fl: tor: I. p. 337. In montosis magnæ vallis *Opulœ di Vegezzo* et *Cannobbio* Biroli fl: acon: II. p. 8. In rupibus montanis *Sarzanœ* Bertol: amæn: ital: 2. p. 34.). Ramos floriferos constanter *foliosos* observavi uti in optima Allionii figura, non *sub-aphyllos* uti in descriptione DC. syst: II. 304.

4. *A. serpyllifolium* = Desf: fl: atl: II. 90. non M. B. (*Afr*: bor:, *Hisp*:, *Altai*?). Specimina possideo ex cl: Fischer: in *Altai* lecta, et in scheda inscripta nomine *A. serpyllifolii* Desf: cum dubitationis signo: hujusce stirpis figuram non habemus, quod sciam; sed comparatis plantis nostris cum descriptione Fontainesii, perfecte quadrant, exceptis caulibus *humilioribus simplicibusque* nec inferne *ramosis*: distinctam igitur varietatem constituere puto, quam *β Fischerianam* dico.

❋ 5. *A. alpestre* = L. mant: 92. = Spr: syst: II. 860. = All: fl: pedem: t. 18. f. 2. (*Eur*: med: et austr:; in edit: alpib: *Cotiis*, et in monte *Cenisio* potissimum e rupium fissuris uberrime exit All: n. 888. Re fl: segus: p. 54. Circa mont: *Rosa*, ad rupes vallis *di Vedria* copiosum Biroli fl: acon: II. p. 8. In rupestrib: *Sardiniœ* montis *Oliena* Moris st: sard: II. p. 1.). Folia sunt *in petiolum attenuata*, non *sessilia* uti apparent in icone Allionii ceterum bona.

6. *A. tortuosum* = Kit: pl: rar: Hung: I. p. 94. (*Hungar*:, *Transylv*:, *Podol*:, *Tauria*). Cult: in H. B. T. ex quo specimina foliis potius oblongis quam spathulatis.

* 7. *A. montanum* = L. sp: 907. = Spr: syst: II. 860. = Bot: mag: t. 419. Ic: Taur: vol. 10. t. 43. f. 6. sub *Clypeola* (*Eur*: med: *Pedem*: frequens in arenosis et sterilibus montanis locis præsertim sole percussis ALL: n. 904. In monte *Cenisio* RE fl: segus: p. 54. In alpibus *Sessitis* BIROLI fl: acon: II. p. 9. In alpib: *Tendæ* varietatem stylo longissimo reperit DC.). Variat caulibus elatioribus, foliis plus minusve oblongis. *A.* *arenarium* LOISL: var: sec: DC. foliis *rotundioribus*. Specimina ex hb: BIROLI cum hoc nomine caules referunt elatiores, folia non *rotundiora* immo magis oblonga quam in typo. Siliculas *emarginatas* numquam vidi sed prorsus orbiculares. *A. cuneifolium* TENOR: quod possideo ex cl: Auctore a nostro *montano* non videtur differre nisi foliis brevioribus.

B. *Herbacea.*

8. *A. rostratum* = Stev: mem: acad: Petersb: 3. p. 295. (*Bessarabia, Tauria*). Ann: Variat foliis linearibus (*β A. vernale* KIT: sec: DC. syst: II. 313.). Species altera extat sub nomine *A. vernalis* in Prodr: II. 161. ex HORNM: quam possideo ex hb: BIROLI quamque omissam video a SPR: ; perennem dicit CANDOLLEUS, ac siliculas habere *inflatas*, quod quadrat cum specim: meo ceterum non satis perfecto ut quid certi asserere possim. = 9. *A. parviflorum* = M. B. suppl: 434. (*Caucas*: ). Ann: Var: caulibus *diffuso-procumbentibus*, foliisque multo brevioribus (*A. procumbens* M. B. l. c.). Ad hoc pertinere videntur specimina mea ex hb: BIROLI, quæ habitu ita diversa a typo, ut speciem distinctam constituere valeant. = 10. *A. hir-*

*sutum* = M. B. fl: taur: 2. p. 106. (*Tauria*, *Iberia*, *Caucas*:). Ann: Ex Balbisio sub nomine *A. Drabæ* W.

= 11. *A. campestre* = L. sp: 909. (*Eur*: austr:, *Græcia*. In *Sardin*: saxosis aridis *Sarabus* Moris st: sard: I. p. 3.). Ann: Cult: in H. B. T. vix a priori distinguitur stylo multo breviori.

❋ 12. *A. calycinum* = L. sp: 908. = Spr: syst: II. 861. = Jacq: fl: austr: t. 338. Ic: Taur: vol. 14. t. 45. sub *Clypeola* (*Eur*: med: *Pedemont*: in saxosis apricis montanis atque ad oras steriliorum agrorum All: n. 903. Prope *Segusium alle Blaccie* Re fl: segus: p. 54. Secus *Atison* et *Ticinum* in pascuis et ericetis non rarum Biroli fl: acon: II. p. 9. In *Sardin*: editioribus pascuis montis *Oliena* Moris st: sard. II. p. 1. ). Ann:

13. *A. minimum* = W. sp: III. 464. excl: syn: L. (*Austr*:, *Podol*:, *Tauria*). Ann: Specim: spontan: ex Balbisio.

†† Filamentis omnibus edentulis (*Anodontea* DC.)

14. *A. edentulum* = Kit: pl: rar: hung: p. 95. (*Hungar*:, *Transylv*: ). Bienn: Specim: ex Balbisio s. fruct:

Sect. II. *Floribus albis*, filamentis edentulis
(*Lobularia* DC.)

† *Suffruticosa*.

● 15. *A. maritimum* = Lam: dict: I. 98. = Spr: syst: II. 862. = Bot: mag: t. 101. sub *A. halimifolio*

L. non W. Ic: Taur: vol. 16. t. 108. et vol. 20. t. 34. (Ad oras maris *Mediterr*: In sterilibus agri *Nicæensis* mari proximis et arenosis maritimis *Unelicæ* All: n. 890. In maritimis *Sardin*: frequens Moris st: sard: I. p. 3.). Specim: spontan: a Bertero lectum circa *Uneliam*.

❃ 16. *A. halimifolium* = W. sp: III. 460. non L. = Spr: syst: II. 862. = All: fl: pedem: t. 54. f. 1. bona et t. 86. f. 1. mala. Ic: Taur: vol: 21. t. 59. f. 2. sub *Lunaria* (*Ital*: super: In aridis calidioribus vallis *Macræ*; in comitatu *Nicæensi* prope *Sospello*; in collibus editioribus *Garexii* et *Unelicæ* All: n. 900.). Specim: spontan: ex Molinerio siliculas habet apice *sub-emarginatas*, basi *attenuatas*, uti in icon: Allionii, et sic non *orbiculatas* uti ex diagn: DC. et Spr:

❃ ? 17. *A. spinosum* = L. sp: 907. = Spr: syst: II. 862. = Barr: ic: 808. (*Hispan*:, *Gallia* austr: Ex provincia *Monregalensi* a D. Baruffi accepisse affirmat Re app: 3. p. 12.). Folia tam in specimin: quam in icon: Barr: inferiora *conferta*, superiora *alterna*, nec opposita uti in phr: Spr:

## *Alyssa dubia.*

18. *A. odoratum*? = Bellard: hb: ex Paschal. Nullibi enumeratum inveni sub hoc nomine. Videtur suffruticosum; caulem refert erectum ramosum vix ut tota planta albo-pubescentem; folia lineari-lanceolata semipollicaria; ramos floriferos plurimos; racemos ante anthesim corymbosos, hinc elongatos; flores minimos flavos; siliculas parvas suborbiculatas stylo brevissimo apiculatas.

19. *A. Brughieri* = Brein? Ita inscriptum in scheda speciminis ex hb: Biroli. Fruticulus semipedalis, ramosissimus, *A. argenteo* n. 3. habitu accedens, sed valde distinctus foliis late ovatis basi in petiolum longum attenuatis, racemis longissimis, siliculis sub-emarginatis duplo majoribus. Flores desunt in specimine.

XX. Petrocallis R. Br: in H. Kew: ed: 2. vol. 4. p. 93. = Jacq: fl: austr: t. 228. sub *Draba* ex Lin: (Inter *Alyssineas* DC.)

» *Cal*: æqualis. *Pet*: integra. *Stam*: edentula. *Silicul*:
» ovalis plana 2-locularis, loculis 2-spermis, funicu-
» lis septo adnatis. *Sem*: non emarginata. *Cotyl*: ac-
» cumbentes. »

*Obs*: Genus constans unica specie a *Drabis* L. disjuncta præsertim ob funiculos septo adnatos, qua nota ad *Lunariam* accedit.

❀ 1. *P. pyrenaica* = R. Br: l. c. = Spr: syst: II. 862. = Jacq: l. c. et All: fl: pedem: t. 8. f. 1. sub *Draba*. (Alpib: *Eur*: austr: In summis scopulis mont: *Cenisii*, *Assiette*, *le Vallon Fenestrallorum*, et *la Croix* supra *Miraboc* All: n. 894. Re fl: segus: p. 53. Ad montem *Rosa* Biroli fl: acon: II. p. 5. sub *Draba*). Perenn:, humillima, facie *Saxifragæ*.

XXI. Hutchinsia R. Br: in H. Kew: ed: 1812. vol. 4. p. 82. = *Iberidis* et *Lepidii* spec: L. (Inter *Thlaspideas* DC.)

» *Cal*: erectus æqualis. *Pet*: æqualia integra. *Stam*:
» edentula. *Silicul*: elliptica, stylo coronata, valvis

» navicularibus, loculis 2-4-spermis. *Sem*: pendula. » *Cotyled*: accumbentes. »

*Obs*: Genus ludens inter *Iberidem*, *Lepidium*, *Thlaspidem* et *Drabam*, a primo distinctum petalis *æqualibus*, a primo et secundo loculis *non 1-spermis*, a *Thlaspide* siliculis *immarginatis*, a *Draba* valvulis *navicularibus*; constans 11-12. speciebus foliis, *indivisis*, vel *pinnatisectis*.

† Foliis indivisis (*Iberidella* DC.)

✻ 1. *H. rotundifolia* = R. Br: l. c. = Spr: syst: II. 863. = All: fl: pedem: t. 55. f. 2. sub *Lepidio* (Alpib: *Europ*: med: et austr: In summis Alpium jugis ad diffractos scopulos All: n. 925. Ad rupes editiores montis *Mori* sub *Iberide* Biroli fl: acon: II. p. 8.). Perenn: Variat caulibus erectis adscendentibus vel prostratis, foliis inferioribus alternis, oppositis, fasciculatisve; in *Cenisio* varietatem inveni vix 3-pollicarem foliis radicalibus prorsus fasciculatis. Ad montem *Rosa* alteram vix semipollicarem collegit Carestia sec: Biroli.

2. *H. cepæfolia* = DC. syst: II. 386. (*Carinth*:, *Apennin*:). Perenn. A priori distincta foliis inferioribus *dentatis*, omnibus *oblongioribus*; specim: meum ex hb: Biroli habet folia etiam *superiora* denticulata, racemos corymbosos floresque majores quam in priori.

†† Foliis pinnatisectis (*Nasturtiolum* DC.)

3. *H. calycina* = Desv: journ: bot: 3. p. 168. (Alpib: *Altaicis*, *Sibir*:). Perenn: Stirps pulchella cujus specim: possideo sine fructu a cl: Fischerio in *Altai*

lectum, ceterum perfecte quadrans cum descriptione DC: syst: II. 388., sed flores ex sicco *flavescentes*.

❋ 4. *H. alpina* = R. Br: in H. Kew: ed: 2. vol. 4. p. 82. = Spr: syst: II. 863. = Jacq: fl: austr: t. 137. Ic: Taur: vol. 15. t. 102. f. 4. sub *Lepidio* (Alpib: *Eur*: med: In saxosis alpinis deliquescente nive irriguis ubique copiose All: n. 927. Re fl: segus: p. 54. Birol: fl: acon: II. p. 5.). Perenn:

❋ 5. *H. petraea* = R. Br: in H. Kew: ed: 2. vol. 4. p. 82. = Spr: syst: II. 863. = Jacq: fl: austr: t. 131. sub *Lepidio* (*Eur*: Ad rupes locis aridis in comit: *Nicæensi* et circa *Segusium* etiam secus flumen *Doræ* All: n. 928., segnatim loco dicto *il Canalone* Re fl: segus: p. 54. Ad *Sessitem* et prope domum *Ossulæ* Biroli fl: acon: II. p. 6. *Sardin*: in asperis *Tonneri d'Irgini* Moris st: sard: I. p. 4.). Ann: vel bienn: Affinis priori a qua distinguitur praesertim siliculis utrinque *obtusis*, stigmate *sessili*.

❋ 6. *H. procumbens* = Desv: journ: 3. p. 168. = Spr: syst. II. 864. = Hill: veg: Syst: t. 42. f. 1. mala (*Eur*: austr:, *Tauria*. In aridis agri *Nicæensis*; ad viam ab *Ales* ad *Cavaglià* All: n. 926. sub *Lepidio*. In *Sardin*: maritimis frequens Moris st: sard: I. p. 4.). Ann:

XXII. Iberis Lin: gen: n. 804. = Lam: ill: t. 557. (Inter *Thlaspideas* DC.)

» *Cal*: æqualis. *Pet*: inæqualia 2. exteriora majora.
» *Stam*: edentula. *Silic*: depressissima valvis navicu-
» laribus carinatis (sæpius) emarginata, loculis 1-
» spermis. *Sem*: pendula. *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus constans 26. spec: ex DC., 21. ex Spr: omnibus europæis (excepta *I. linearifolia*) frutescentibus vel herbaceis.

† *Frutescentes.*

1. *I. semperflorens* = L. sp: 904. (*Sicilia*, *Persia*?). Culta ubique in hortis ornamenti gratia; folia sempervirentia.

❄ 2. *I. sempervirens* = L. sp: 905. = Spr: syst: II. 864. = Sibt: et Smith: fl: græc: t. 620. (*Ital*:, *Creta*. In sabulosis fluminis *Pallion Nicææ* All: n. 919. In valle *Macræ* et supra *Tendam* et *Frabosa* All: n. 920. sub *I. garrexiana*). Huc pertinere censeo *I. garrexianam* All:; differentia sumpta ex inflorescentia *racemosa* in *I. sempervirenti*, et *corymbosa* in *I. garrexiana* nimis fallax; immo comparatis iconibus All: t. 40. f. 3. et t. 54. f. 2. inflorescentia est valde diversa in eadem stirpe; specimina mea lecta in loco natali ab All: indicato quadrant cum secunda ex iconibus, et ab *I. sempervirente* non differunt nisi statura majori; an prima ico male picta? Valde dubito, nam parum consona cum descriptione celeberrimi Auctoris.

3. *I. gibraltarica* = L. sp: 905. (Ad *Gibraltariam*). Passim in hortis culta; habitus *I. semperflorentis* n. 1. sed corymbi floresque majores albo-rubescentes; siliculas, quas Dillenius asserit profunde *emarginatas*, numquam obtinui in plantis cultis; spontaneas non vidi. = 4. *I. Tenoreana* = DC. syst: II. 404. (Regno *Neapolitano*). Species optima a cl: Tenoreo allata in Pr: fl: nap: p. 37. sub nomine *I. cepæfoliæ*, quod

rite mutatum a DC. ne confundatur cum *I. cepæfolia* L. ( *Hutchintia* n. 2. ), a qua toto cœlo differt caule frutescente, petalis inæqualibus, habitu. Specim: ab auctore lectum in *Castellamare*. = 5. *I. integerrima* = Moris stirp: sard: fasc: I. p. 4. ( In *Sardinia* ad fodinam *Monteporis* et *Marganai*. In asperis *Tonneri d'Irgini* carbon: calc: reperit Moris l. c. ). Priori affinis; differt tamen statura omnibus partibus majori, foliis *oblongo-spathulatis petiolatis integerrimis*, nec *ovato-oblongis subsessilibus dentato-crenatis*, siliculis demum pedicello *brevioribus*. Omissa a Spr: in c. p. et in tent:

❋ 6. *I. saxatilis* = L. amœn: 4. p. 321. = Spr: syst: II. 864. = Gou: fl: monsp: p. 177. t. 11. sec: All: n. 921. Ic: Taur: vol. 21. t. 59. f. 1. ( *Eur*: austr: Secus torrentes circa *Segusium*, *Exilles*, et *Fenestrellas*. In monte *Cenisio* et inter saxa Alpium *Casotto* All: l. c. In rupibus *di Foresto* Re fl: segus: p. 54. Ad rupes vallis *Ossulæ* versus *Pallanzano* rara Biroli fl: acon: II. p. 7.). Racemos (melius *corymbos*) numquam *axillares* vidi uti in descriptione DC. syst: II. 396. sed constanter *terminales*.

### ✝✝ *Herbaceæ*.

7. *I. carnosa* = W. sp: III. 455. (*Pyren*:). Ann: Planta nana 1 - 2 - pollicaris; flores purpurescentes. Desunt siliculæ in specimine unico ex Perret.

❋ 8. *I. nana* = All: auct: p. 15. = Spr: syst: II. 865. = All: l. c. t. 2. f. 1. (In alpib: *della Raschiera Montisregalis* All: l. c.). Ann: ; a priori vix distincta. Ico Allionii videtur valde adaucta ; forsan e planta

culta picta fuit: specimin: mea spontanea pollicem non superant.

❀ 9. *I. ciliata* = All: auct: p. 15. non W. = DC. syst: II. 402. = Ic:? (Inter *la Scarena* et *Nicæam* locis saxosis, et in pascuis ad oras sylvarum All: l. c.). Bienn: Omissa a Spr:; nam *I. ciliata* W. quam ipse enumerat syst: II. 865. pertinet ad *I. tauricam* DC. l. c. a qua differt præsertim stylo lobulis siliculæ duplo longiore; an tamen ejusdem varietas? asserere non ausim quum *I. tauricam* non possideam.

❀ 10. *I. linifolia* = L. sp: 905. = Spr: syst: II. 865. = Garid: Aix 459. t. 105. (*Eur*: austr: In arenosis collibus agri *Nicæensis* versum flumen *le Var* All: auct: p. 16. n. 921.). Ann:, bienn: Planta tota glabra varians floribus purpurescentibus albidisve.

❀ 11. *I. umbellata* = L. sp: 906. = Spr: syst: II. 865. = Bot: mag: t. 106. Ic: Taur: vol. 9. t. 55. (*Ital*:, *Hispan*:, *Græcia*. In comitat: *Nicæensi* All: n. 922. In rupibus montanis loco dicto *la Nuda di Ponzano* Bertola.). Ann: In hortis ad ornamentum ubique culta; flor: sæpius purpurescentes, rarius albidi.

❀? 12. *I. amara* = L. sp: 906. = Spr: syst: II. 865. = Engl: bot: t. 52. Ic: Taur: vol. 9. t. 56. f. 1. (*Europ:* Secus *Duriam* in arvis *Taurinensib*: abunde All: n. 923.?). Ann: Omissa a cl: Re in fl: tor: In agro *Taurinensi* diligenter perquisitam numquam invenisse asserit Biroli in ms. nec ego unquam reperi. Culta in hortis; flores constanter albi.

13. *I. odorata* = L. sp: 906. (*Creta*). Ann: Cult: in H. Ripul:

❀ 14. *I. pinnata* = L. amæn: 4. p. 278. = Spr:

syst: II. 865. = Lob: ic: t. 217. f. 2. Ic: Taur: vol. 9. t. 56. f. 2. (*Eur*: austr: In arvis macilentis *Canapiciensibus* et *Taurinensibus* secus *Sturam* All: n. 924. In arvis inter *Lucengo* et *la Venaria* Balb:. Re fl: torin: I. p. 337. In provinciæ *Segusiensis* arvis Re fl: segus: p. 84.). Ann: Priori valde affinis, differt tamen praesertim foliis reapse *pinnatifidis* nec *dentatis* tantum.

XXIII. Teesdalia R. Br: h. Kew: ed: 2. vol. 4. p. 83. = *Iberidis* et *Lepidii* sp: L. (Inter *Thlaspideas* DC.)

» *Cal*: æqualis. *Pet*: integra æqualia vel inæqualia.
» *Stam*: basi appendiculata. *Silicul*. emarginata valvis
» navicularibus, loculis 2-spermis. *Sem*: pendula. *Co-*
» *tyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus vix ab *Iberide* distinctum filamentis basi dentatis, loculis 2-spermis, constans speciebus 2. annuis.

❀ 1. *T. Lepidium* = DC. syst: II. 392. = Spr: syst: II. 865. = Ic:? (*Eur*: austr:, *Afr*: bor: In *Sardin*: sterilib: montanis Moris st: sard: I. p. 5. In ericetis *di Romentino* non frequens Biroli fl: acon: II. p. 5. sub *Lepidio nudicauli* L. Ad latera viæ publicæ ab *Alice* ad *Cavaglià* legit Bellardi). Planta admodum dubia et facile confundenda cum *T. Iberide* (*Iberis nudicaulis* L.) ob petalorum tenuitatem, ex quorum proportione tantum distinguitur. Specimina sardoa perfecte quadrant cum plantis pedemontanis, quas possideo ex Biroli et Bertero.

XXIV. ANASTATICA L. sp: 895. = Lam: ill: t. 555. (Inter *Anastaticæas* DC.)

» *Cal*: erectiusculus. *Pet*: obovata. *Stam*: edentula. » *Silicul*: ventricosa stylo subuncinato superata, val- » vis ad apicem auriculatis loculis 2-spermis. *Sem*: » pendula. *Cotyl*: accumbentes. »

1. *A. hierochuntica* = L. sp: 895. (*Ægypt*:, *Palest*:). Ann: Cult: in H. B. T. ex quo specimina mea.

XXV. LEPIDIUM R. Br: in h. Kew: ed: 2. vol. 4. p. 85. = Gaertn: fruct: II. t. 141. = *Lepidii*, *Cochleariæ*, et *Thlaspeos* spec: L. (Inter *Lepidineas* DC.)

» *Cal*: æqualis. *Pet*: integra. *Stam*: edentula. *Sili-* » *cul*: subovata quandoque emarginata valvis carinatis » ventricosis apteris vel alatis, loculis 1-spermis. » *Sem*: pendula. *Cotyl*: incumbentes. »

*Obs*: Genus cum affinibus, *Thlaspide* praesertim, sæpe confusum, modo satis distinctum siliculæ loculis 1-spermis, cotyledonibusque incumbentibus, constans specieb: 58. ex DC., 50. ex SPR: *fruticosis* vel *herbaceis*, his autem siliculis *integerrimis* vel *emarginatis*, ex quo divisiones faciliores quam illæ statutæ a DC. syst: II. 528.

† *Fruticosa*.

1. *L. subulatum* = L. sp: 899. (*Hispania*). Flores albi minimi; cult: in H. B. T. ex quo specim: mea. Spontaneum haud vidi. = 2. *L. divaricatum* = Ait: h. Kew: ed: I. vol. 2. p. 441. (*C. B. S.*). Flores

albi minimi; siliculæ vix ac ne vix quidem emarginatæ. Spont: ex hb: Biroli.

†† *Herbacea.*

α Siliculis integerrimis.

❀ 3. *L. Draba* = L. sp: ed: I. p. 645. = Spr: syst: II. 866. = Jacq: fl: austr: I. 315. sub *Cochlearia*. Ic: Taur: vol. 19. t. 67. (*Eur*: med: et austr: Locis incultis et secus arva in agro *Nicæensi*; circa *Moncastel Alexandrinorum* All: n. 933. Prope *Taurinum* inter portam *Padi* et *Palatii* legit Re fl: torin: I. 336. In *Sardin*: humidis *Orri* Moris st: sard: I. p. 5.). Ann:, perenn:

❀ 4. *L. latifolium* = L. sp: 899. = Spr: syst: II. 867. = Engl: bot: t. 182. Ic: Taur: vol. 9. t. 66. (*Europ*:, *Sibir*: Circa *Segusium* frequens All: n. 929. Re fl: segus: p. 54. In *Sardin*: humidis *Ariola* Moris st: sard: I. p. 5.). Perenn: Panicula racemosa ampla; flores parvi albi.

5. *L. lyratum* = L. sp: 899. (*Armenia*). Ann: Specim: mea ex hb: Biroli nulla folia referunt reapse *lyrata*, sed potius ovato-oblonga inæqualiter *inciso-dentata*; ceterum quadrant cum descript: Auctorum; an var: vel spec: propria?

❀ 6. *L. Iberis* = L. sp: 900. sub *L. graminifolio* = Spr: syst: II. 867. = Moris: hist: 2. p. 311. s. 3. t. 21. f. 1. Ic. Taur: vol. 9. t. 65. (*Eur*: med: et austr: Ad vias et muros locis siccis in *Pedem*: frequentissimum All: n. 930. Re fl: segus: p. 54. et fl: torin: I. p. 334. Ad vias præsertim cretaceas ubique

Biroli fl: acon: II. p. 6. In ruderatis *Sardin*: ad vias Moris st: sard: I. p. 5.). Perenn:

β Siliculis emarginatis.

✻ 7. *L. campestre* = R. Br: in h. Kew: ed: 2. vol. 4. p. 465. = Spr: syst: II. 867. = Engl: bot: t. 1385. sub *Thlaspide* L. Ic: Taur: vol. 9. t. 48. (*Eur*: Agro *Pedemont*: secus arva et vias All: n. 912. Re fl: segus: p. 54. et fl: torin: I. p. 334. Biroli fl: acon: II. p. 7. omnes sub *Thlaspide*). Ann:, bienn: Var: foliis pubescentibus vel glabris; hæc forsan sp: distincta? illam numquam reperi. Cons: DC. syst: II. 536. in obs:

✻ 8. *L. hirtum* = Sm: comp: ed: 3. p. 98. = Spr: syst: II. 867. = Engl: bot: t. 1803. Ic: taur: vol. 25. t. 5. sub *Thlaspide* L. (*Eur*: med: et austr: *Unel*: et *Nicæa* All: n. 911.). Bienn: Priori affine, sed folia villosiora, flores majores, siliculæ hirtæ, vix (non *profunde* ut in diagn: Spr:) emarginatæ valvularum ala majores. Specim: perfecta ex Suffrin in Gallo-Provincia lecta.

9. *L. virginicum* = L. sp: 900. (*Amer*: bor:). Ann: Planta tota glabra; flores minimi; siliculæ parvæ; stylus nullus in specimin: spont: ex Balbisio. = 10. *L. sativum* = L. sp: 899. (*Persia*, *Syria*, *Ægypt*: In arvis *Sardiniæ* frequens Moris st: sard: II. p. 1.). Ann: In hortis cultum tamquam oleraceum; var: foliis *planis* (α *vulgatum* Moris: ox: 2. p. 300. s. 3. t. 19. f. 1.); plus minusve *crispis* (β *crispum* ib: f. 2.); vel *latioribus subintegris* (γ *latifolium* ib: f. 3.). = 11. *L. spinosum* = L. mant: 253. (*Græcia*, *Oriente*).

Ann:, bienn: Herba humilis nullibi spinosa, flores minutissimi, albi. = 12. *L. bonariense* = L. sp: 901. (Ad flumen *Plata*). Ann: In specimin: meis lectis in H. B. T. a Molinerio folia inferiora tantum sunt *pinnatifida*, media *lineari-lanceolata* argute *dentata* nullibi *ciliata*, tamen *linearia integerrima*; ceterum quadrant cum descriptionibus Auctorum. = 13. *L. incisum* = Roth: nov: cat: I. p. 224. (*Tauria*, *Caucas*:, *Bessarabia*). Ann: Huc videtur referendum, auctoritate etiam Sprengelii, *L. Pollichii* Roth: (fl: germ: II. 91.), quod DC. enumerat inter *Lepidia* dubia (syst: II. 554.), et ad *L. Iberidem* forsan pertinere putat. *L. incisi*, et *Pollichii* optima possideo specimina ab auctore missa ad Birolium, uti inscribitur in schedis: hæc evidenter spectant ad eamdem plantam et concinne quadrant cum diagnosi et observatione quam DC. tradit de *inciso* (syst: II. 541.). Flores minimi albidi; stylus subnullus.

✻ 14. *L. ruderale* = L. sp: 900. = Spr: syst: II. 869. = Engl: bot: t. 1595. (*Europ*: omni vulgatissimum. In *Pedem*: ad camporum et pratorum marginem All: n. 917. sub *Thlaspide*. Circa habitationes Re fl: segus: p. 54. Ad muros domuum inter *Portam novam* et *Padum* Re fl: torin: I. p. 334.). Ann: Priori affine dicit DC., sed valde differt tum notis ab eo allatis, cum præsertim habitu.

15. *L. bipinnatifidum* = Desv: journ: bot: 3. p. 165. et 177. (*Amer*: austr:, *Chili*). Specimen perfectum ex Bertero in *Rancagua Chili* lectum habet siliculas potius *orbiculatas* quam *ovales* pedicellum *æquantes* non dimidio *breviores*: ceterum quadrat

cum descriptione DC. syst II. 544. = 16. *L. perfoliatum* = L. sp: 897. (*Hispan:*, *Austria*, *Transylv:*; *Persia*, *Syria*). Ann: Siliculis non *retusis* sed vix *emarginatis*.

XXVI. ÆTHIONEMA R. Br: in h. Kew: ed: 2. 4. p. 80. = *Thlaspidis* spec: Lin: (Inter *Lepidinæas* DC.)

» *Cal:* inæqualis. *Pet:* æqualia integra. *Stam:* majora connata aut dentata. *Silicul:* ovalis compressa subemarginata, valvis navicularibus dorso alatis, loculis 1-2-spermis. *Sem:* muriculata. *Cotyl:* incumbentes. »

*Obs:* Genus a *Thlaspide* ademptum ob filamenta longiora *connata* vel *dentata*, et cotyledones *incumbentes* non *accumbentes*; ceterum habitu etiam diversum. Sp: 9. ex DC., 8. ex SPR: fruticosæ vel herbaceæ.

✱ 1. *Æ. saxatile* = R. Br: in h. Kew: l. c. = Spr: syst: II. 869. = Jacq: fl: austr: t. 236. sub *Thlaspide*. Ic: Taur: vol. 10. t. 45. f. 1. et vol. 22. t. 77. (*Eur:* med: et austr: In saxosis et sabulosis *Segusii*, *la Briga*, *Sospello*, *S. Martin Maurianencium*, *les Clavicres*, *Fenestrelle*; *Ussey* ALL: n. 916. RE fl: segus: p. 54. In pascuis *Ticini* ad *Viglebanum* unice, et rarum asserit BIROL: fl: acon: II. p. 6.). Suffrut:; annuum dicit BERTOL: amæn: ital: p. 385. Cons: optimam descriptionem ALL: l. c. sub *Thlaspide*.

XXVII. VELLA Lin: gen: n. 1073. = Lam: ill: t. 555. (Inter *Velleas* DC.)

» *Cal:* erectus æqualis. *Pet:* longe unguiculata

» æqualia. *Stam*: edentula libera vel majora gemina-
» tim connata. *Silicul*: ovata compressa stylo plano
» foliaceo coronata, loculis 1-2-spermis. *Sem*: pen-
» dula. *Cotyl*: conduplicatæ. »

*Obs*: Genus constans 2. stirpib: ex Spr: incluso genere *Canictheræ* DC. non satis a *Vella* distincto.

1. *V. pseudocytisus* = L. sp: 895. (*Hispan*:). Frutex. Filamenta majora geminatim coronata. = 2. *V. annua* = L. sp: 895. (*Eur*: austr:). Ann: Filamenta omnia libera (*Canicthera Vellæ* DC. syst: II. 642.).

## Cohors II.

### *Siliculis polyspermis.*

XXVIII. Farsetia Turr: fars: 1765. = Med: gen: I. p. 90. t. 2. f. 23. sub *Fibizia*. = *Cheiranthi*, et *Alyssi* sp: Lin: (Inter *Alyssineas* DC.)

» *Cal*: erectus basi æqualis vel 2-saccatus. *Pet*: in-
» tegra vel subemarginata. *Stam*: edentula aut minora
» dentata. *Silicul*: sessilis elliptica stylo brevi apicu-
» lata, valvis planis. *Sem*: horizontalia compressa
» alata. *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus fructificatione et habitu satis distinctum ab affinibus; magis accedit ad *Lunariam*, sed siliculæ *polyspermæ sessiles* funicellique non *adnati*. Sp: 7. ex DC., 14. ex Spr: inclusis *Menioci* et *Berteroæ* generibus, quæ non admisit, ceu non satis distincta.

1. *F. ægyptiaca* = Turr: l. c. p. 1. t. 1. (*Ægypt*:, *Afr*: bor:). Frutic: Septum argenteo-diaphanum ut in

*Lunaria*: semina late marginata; specim: ex hb: BELLARDI a DELILE lectum in Ægypto.

✻ 2. *F. incana* = R. Br: in h. Kew: ed: 2. vol. 4. p. 97. = Spr: syst: II. 871. = Homm: fl: dan: t. 1461. sub *Alysso*. Ic: Taur: vol. 9. t. 52. (*Europ*: Abunde in *Pedem*: et agro *Nicæensi* ALL: n. 889. In montosis *di Ameno* BIROL: fl: acon: II. p. 8. sub *Alysso*.). Bienn:; perenn:? Stam: 2. minora basi dentata; silicula parva acuminata; semina vix marginata.

✻ 3. *F. clypeata* = R. Br: l. c. p. 96. = Spr: syst: II. 871. = Schkuhr: handb: 2. t. 181. sub *Alysso* (*Sicil*:, *Græc*:, *Tauria*, *Asia min*: In agro *Nicæensi* ALL: n. 899. sub *Lunaria*). Bienn: Silicula fere ut in *F. ægyptiaca*, sed stigma capitatum. Specimin: perfecta ex agro *Nicæensi* et H. B. T.

4. *F. linifolia* = Andr: cruc: ined: = Spr: syst: II. 871. sub *Menisco* Desv: et DC. (*Hispan*:, *Podol*:, *Caucas*:, *Syria*). Ann: Calyx æqualis; stam: majora dentata.

XXIX. VESICARIA Tourn: inst: 218. = Lam: ill: t. 559. = *Alyssi* spec: Lin: (Inter *Alyssineas* DC.)

» *Cal*: clausus. *Pet*: subintegra. *Stam*: sæpius nonnulla dentata. *Silicul*: inflato-globosa stylo apiculata, valvis membranaceis inflatis vel rigidiusculis convexis. *Sem*: sæpius marginata. *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus ex solo fructu *inflato* vel *globoso* determinatum; ceterum speciebus constans characteribus variis in fructificatione artificialiter divisis a DC. syst: II. 295. in duas sectiones valvis *membranaceis*

*inflatis* (*Vesicaria*), vel *rigidiusculis convexis* (*Alyssoides*). Spec: 12. ex DC., 10. ex Spr: fruticosæ vel herbaceæ.

✻ 1. *V. utriculata* = Poir: dict: 8. p. 571. = Spr: syst: II. 871. = Lam: ill. t. 559. f. 1. (*Gallia, Hungar:, Ital:* In arenosis circa *Segusium*, *Viù*, *Spigno*, *S. Jean de Maurienne* All: n. 821. sub *Alysso*. In apricis *Condoviarum* Re fl: segus: p. 54.). Frutic: Flores flavi fere ut in *Cheirantho Cherii*; filamenta omnia edentula; valvis siliculæ membranaceis inflatis.

2. *V. cretica* = Poir: dict: 8. p. 570. (*Creta*). Suffrut: Flores flavescentes parvi; filamenta edentula; valvis siliculæ coriaceis concavis. Specim: ex hb: Birol:

= 3. *V. sinuata* = Poir: l. c. (*Hispan:, Ital:* super:). Herbacea. Flores parci flavi; filamenta edentula; valvis siliculæ membranaceis. Specim: perfectum ex Molinerio e plantis cultis in H. B. T.

XXX. Draba Lin: gen: n. 1076. = Lam: ill: t. 556. (Inter *Alyssineas* DC.).

» *Cal:* æqualis suberectus. *Pet:* integra sub-emar-
» ginata vel 2-partita (in *Erophilis*). *Stam:* sæpius
» edentula. *Silicul:* ovali-oblonga, valvis planiusculis,
» stylo sæpius brevissimo aut stigmate sessili apicu-
» lata. *Sem:* biserialia haud marginata. *Cotyl:* accum-
» bentes. »

*Obs:* Genus nunc constans 60. circiter speciebus ex DC., 55. ex Spr: inclusis *Erophilæ* et *Schiverecickiæ* generibus, quæ vix distinguuntur prius petalis *2-partitis*, posterius staminibus longioribus *dentatis*. Herbæ *scapigeræ* vel *caulescentes*, floribus *flavis* vel

*albis*, *stylosæ* vel *estylæ*, petalis *indivisis* vel 2-*partitis*, *perennes* vel *annuæ* aut *biennes*, ex quibus plures divisiones diversæ ab Auctoribus statutæ. Primam utpote quasi naturalem habitu inspecto admittam; ceteræ ad characteres specificos amandandæ.

### Sect: I. *Scapigeræ.*

* 1. *Dr*: *aizoides* = Lin: mant: 91. = Spr: syst: II. 872. = Jacq: fl: austr: II. t. 192. Ic: taur: vol: 10. t. 43. f. 2. ( In rupestribus apricis *Europ*: mediæ. Ad rupes summarum Alpium *Pedem*: ubique ALL: n. 933. RE fl: segus: p. 53. BIROL: fl. acon: II. p. 4. ). Peren: Cæspitosa, valde varians *magnitudine* partium, foliisque *nudis* vel margine *ciliatis* ( *D. ciliâris* L. non SCHRANK, nec BAUMB: ). Flores flavi.

2. *Dr*: *cuspidata* = Bieb. suppl: 424. ( *Tauria, Transylv*: *Alpib*: *apuanis* ). Peren: basi lignosa. Plurima specimina possideo ex cl: BERTOLONIO et GUSSONE lectis in Alpibus apuanis sub nomine *Dr*: *asperæ* ( BERTOL: amœn: ital: p. 384. non ADAMS ), quæ eadem est ac *Dr*: *cuspidata* BIEB: sec: DC. et SPR: Illa rite quadrant cum descriptione auctoris l. c., qui flores non viderat quum eam exaravit. Hi sunt fere ut in *Dr*: *aizoidea*, sed maiores; stylus tamen in omnibus siliculis harum latitudinem fere semper excedit, quod contrarium citatæ observationi. Ceterum species optima et satis a priori distincta, præsertim scapo pedunculisque *hirtis*. = 3. *Dr*: *repens* = Bieb: fl: taur: 2. p. 93. ( *Caucas*:, *Altai* ). Peren: Flores

flavi ; petala integra ; stylus subnullus. Specimin: ex Fischerio lecta in montib: Altaic: = 4. *Dr*: *Vahlenbergii* = Hartm: ex Spr: syst: II. 874. (*Scandinavia*, *Groenlandia*, *Alp*: *summ*: *Helvet*: ). Peren: Flores albi ; petala integra ; stylus subnullus. Huc rite conjunctæ sunt a Spr: duæ species a DC. distinctæ, scilicet *Dr*: *lapponica* W. et *helvetica* Schleich, quæ differunt tantum siliculis *ovato-lanceolatis* in prima, vel *ovalibus* in altera. Specim: meum ex Perret pertinet ad *helveticam* ; aliud ex hb: Biroli sub nomine *Dr*: *androsaceæ*, ad *lapponicam*.

❀ 5. *Dr*: *stellata* = Jacq: h. vind: 113. obs: n. 54. = Spr: syst: II. 874. = Jacq: l. c. t. 4. f. 3. et fl: austr: t. 432. sub *Dr*: *hirta*. Ic: taur: vol: 16. t. 108. f. 2. ( Alpib: *Eur*: med: In saxosis summæ alpis *Albergia*, et congestis lapidibus summi jugi *M. Cenisii*, et in alpib. *Fenestrellarum* et *Grassonei* frequens All: n. 896. sub *Dr*: *hirta*. Re fl: segus: p. 53. In pascuis d'*Allagna* et circa *Crodum* Birol: fl: acon: II. p. 5. ). Peren: Flores albi ; petala integra ; stylus brevissimus. Sæpe confusa ab Auctoribus cum *Dr*: *hirta* L.

6. *Dr*: *uralensis* = W. hb: ex Stev: obs: ined: sec: DC. syst: II. 160. sub *Schiverechia* ( *Podolia*, *Volhinia*, montibus *Uralensibus* ). Peren: Flores albi ; petala integra ; filamenta longiora dentata ; stylus mediocris. Specim: optima ex hb: Birol: sub *Alysso podolico*.

❀ 7. *Dr*: *verna* = L. sp: 896. = Spr: syst: II. 875. = Oed: fl: dan: t. 983. Ic: taur: vol: 9. t. 2. f. 2. ( *Eur*: omni, *Asia* med: , *Amer*: bor: In

locis aridis *Pedemont*: ad vias primo vere ubique frequentissima All: n. 895. Re fl: segus: p. 53. et fl: torin. I. p. 333. Birol: fl: acon: II. p. 5. ). Ann: Flor: albi; petala 2-partita; stigma sessile. Huc coniunctæ sunt a Spr: tamquam varr: *Dr*: *caroliniana* Bert: et *præcox* Stev: Conf: tamen DC. syst. II. 356. 357. in observationibus.

## Sect. II. *Caulescentes.*

❀ 8. *Dr*: *nemorosa* = L. sp: ed: I. 643. non All: = Spr: Syst: II. 876. = Houtt. pfl: syst: 4. t. 60. f. 1. sub *Dr*: *nemorali* ( *Suecia*, *Transylv*:, *Tauria*, *Caucas*:, *Asia* minori, *Japon*:, *Amer*: bor: sec: Spr: In agro quodam secus viam *Lanslebourg* in *Sabaudia* reperit Balbis: add: et misc: Supra *Bussolino* et *Balmaforte* invenit copiosam Molinerius sec: Balbis: misc: alt: ) Ann: Fl: flavi; petala integra; stylus subnullus; var: siliculis *glabris* ( *Dr*: *lutea* Gilib:, DC. ) aut *velutinis* ( *Dr*: *nemoralis* Ehr:, DC. ); char: fallax, nam in hisce plantis siliculæ juvenes pubescentes apparent, demum glabræ evadunt.

❀ 9. *Dr*: *muralis* = L. sp: ed: 1. p. 643. = Spr: syst: II. 876. = Lam: ill: 556. f. 2. Ic: taur: vol: 16. t. 108. f. 2. sub *Dr*: *nemorosa* ( *Eur*: omni, *Afr*: bor: In montibus *Montisregalis* frequens, in colle taurinensi *di Superga*, similiterque circa urbem *Taurini* All. n. 897. Re fl: torin: I. p. 333. In declivibus *Ticini* Birol: fl: acon: II. p. 5. In *Sardin*: umbrosis montanis Moris st: sard: I. p. 4. ). Ann: Fl: albi minimi; pet: integra; stigma sessile.

10. *Dr*: *incana* = L. sp: 897. ( *Eur*: , *Asia* , et *Amer*: bor: ) Ann: vel bien: Fl: albi ; pet: obtuse emarginata ; stylus brevis. Huc pertinent secus Spr: *Dr*: *confusa* et *contorta* Ehr: a DC. admissæ tamquam species distinctæ ; utrasque siccas possideo , nec video differre nisi magnitudine partium in *Dr*: *contorta* multoties majorum. = 11. *Dr*: *caroliniana* = Walt: fl: car: 174. ( *Amer*: bor: ). Ann: Fl: albi ?; stigma sessile : in specimine flores videntur flavi, forsan exsiccatione ?

XXXI. Cochlearia Lin: gen: n. 803. = Lam: ill: t. 558. ( Inter *Alyssineas* DC. ).

» *Cal*: æqualis sepalis concavis. *Pet*: integra. *Stam*: » edentula. *Silicul*: ovato-globosa vel oblonga, valvis » ventricosis, crassiusculis, stylo brevi apiculata. » *Sem*: haud marginata. *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus vix a *Draba* distinctum siliculæ valvis *ventricosis* nec *planis* , quod neque satis constans ; figura siliculæ exterior etiam varia , nunc globosa , nunc ellipsoidea , oblonga etc. ; ex quibus sectiones a DC. statutæ 32. spec: comprehendentes , ex Spr: 18. tantum, nonnullis penitus omissis ( *C. alyssoides*, *heterophylla* , *longifolia*, *repanda*, *septentrionalis* ), aliis ad alia genera amandatis. Nullam divisionem puto satis naturalem; differentia enim in forma silicularum occurrit penes in omnibus stirpibus, hinc melius characteres specificos constituens.

✻ 1. *C. saxatilis* = Lam: fl: fr: II. 471. = Spr: syst: II. 877. = Jacq: fl: austr: t. 128. sub *Myagro* Ic: taur: vol: 14. t. 72. f. 3. sub *Alysso myagro*-

*de* (*Gall*:, *Helvet*:, *Ital*:, *Austr*:, *Transylv*: Passim in summis rupibus circa locum *le Vallon* in valle *Exilliarum*, frequens in summis alpibus, præsertim *Valdensibus*, locis lapidosis et leviter irriguis; abunde in alpibus *la Vensera*, *Pralugnan*, *Pertus de Margon* et in iugo *la Tournette* prope *Annecy* in *Sabaud*: All: n. 887. Ad rupes magnæ vallis *Sessitis* et sec: torrentem *Mastallone* Birol: fl: ac: II. p. 3. sub *Myagro*). Peren:

❋ 2. *C. auriculata* = Lam: dict. II. 165. = Spr: syst: II. 877. = Berg: phylon: 3. p. 140. c. ic: (*Carinth*: , *Gall*: austr: , *Sabaud*: ). Perenn: Vix a priori distincta foliis radicalibus sublyratis. In *Sabaudia* inveniri iam dixerat DC. syst: II. 360.; ibi reperit Perret, ex quo optima specimina possideo.

3. *C. glastifolia* = L. sp: 904. (*German*: austr:, *Gallia* ). Ann: vel bien: Cult: in h. Ripul:

❋ 4. *C. officinalis* = L. sp: 903. = Spr: syst: II. 177. = Engl: bot: t. 551. Ic: taur: vol: 9. t. 70. (*Eur*: bor:, *Carpath*:, *Pyren*: In pascuis lapidosis alpium *di Lantosca* All: 931. ). Bien: Huc tamquam varr: referendæ *C. pyrenaica* DC. et *groenlandica* L. sec: Spr:

5. *C. danica* = L. sp: 903. (*Eur*: bor: maritimis ). Ann: Variat foliis plus minusve integris vel dentatis. Specim: mea ex Perret folia referunt vix *angulata*, immo superiora *sessilia sub-amplexicaulia*, nec *omnia petiolata*, ut in diagnosi Auctorum, ex quibus valde accedit priori, sed differt siliculis *ellipsoideis* potius quam *globosis*. = 6. *C. anglica* = L. sp: 903. ( *Armoracia* , *Anglia* , *Dania* , *Norweg*:, *Groënl*: , *Sibir*: ). Ann: Foliis accedit ad *C. officinalem* , siliculæ forma ad *danicam*; an species inter-

media, vel potius cum *danica*, solæ varr: *officinalis*? Characteres non satis distincti, nec constantes.

✱ 7. *C. Armoracia* = L. sp: 904. = Spr: syst: II. 877. = Engl: bot: 2223. Ic: Taur: vol. 9. t. 68. Vern: *Rafano* (*Europ*: In agro *Taurin*: forsan ex hortorum rejectamentis All: Balb: Re. Ad vias circa *Mienie* in provinc: *Aquensi* spontanea All: n. 932.). Perenn: Ubique culta in hortis sub nomine *Raphani* ceu planta officinalis et scitaminea.

8. *C. macrocarpa* = Kit: pl: rar: hung: II. p. 101. (*Hungar*:, *Transylv*:). Perenn: Vix a priori distincta non siliculæ magnitudine uti nomen indicare videtur, sed foliorum radicalium dentibus *cartilagineis* (florescentia præcociore, et sapore minus acri ex Kit: l. c.).

XXXII. Thlaspi Lin: gen: n. 719. = Lam: ill: t. 557. (Inter *Thlaspideas* DC.)

» *Cal*: æqualis. *Pet*: integra. *Stam*: edentula. *Silicul*:
» compressa emarginata, valvis navicularibus subulatis
» plus minusve alatis vel apteris (in *Capsella* DC.),
» stylo filiformi vel brevissimo apiculata. *Sem*: haud
» marginata striata vel lævia; *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus satis distinctum siliculæ et valvarum structura vario modo artificialiter ab Auctoribus divisum ex alae valvarum forma, ac seminum numero et superficie, constans spec: 17. sec: DC. exclusa *Capsella*, 14. hac inclusa sec: Spr:

1. *Thl. cerotocarpon* = Murr: comm: goett: 1774. (*Sibir*:). Ann: Stylus subnullus; valvæ apice bicornes; semina 4. striata.

✱ 2. *Thl. montanum* = L. sp: 902. = Spr: syst:

II. 878. = Wulf: in Jacq: coll: 2. t. 9. var: *β præcox.* Jacq: fl: austr: 3. t. 238. var: *γ alpinum.* Ic: taur: vol. 9. t. 80. 90. (*Eur*: med: In pascuis saxosis montium *subalpinorum* occurrit ALL: n. 913. RE fl: segus: p. 54. Secus viam prope *la Veneria* BALB: RE fl: torin: I. p. 335. In montuosis *di Varallo*, *Borgosesia*, *Cellio* non frequens BIROL: fl: acon: II. p. 7.). Peren: Stylus brevis in var: *β*, longior in var: *γ*, valvarum alæ expansæ; semina 4. lævia. Nostrum *Thl. præcox* præter differentias a DC. notatas in syst: II. 380. differt etiam foliis caulinis multo *majoribus* et reapse *sagittato-amplexicaulibus*; in *alpino* ea vidi semper potius *lineari-lanceolata*; hoc variat etiam caule humillimo vix 2-pollicari ut mihi constat ex speciminib: lectis in monte *Rosa* in hb: BIROL: servatis.

✱ 3. *Thl. alpestre* = L. sp: 903. non Huds: = Spr: syst: II. 878. = Engl: bot: t. 81. (*Eur*: med: In alpibus *Exilliarum* ALL: n. 915. In montis *Cenisii* pratis RE fl: segus: p. 54. In *Sardin*: pascuis editis montanis *Genargentu* MORIS st: sard: I. p. 5.). Perenn: Stylus filiformis exsertus; valvarum alæ expansæ; semina 8-12. non striata.

✱ 4. *Thl. perfoliatum* = L. sp: 902. = Spr: syst: II. 878. = Engl: bot: t. 2354. Ic: Taur: vol. 9. t. 49. f. 1. (*Eur*: med: *Asia* med: In arvis *Pedemont*:, collinis præcipue, abunde ALL: n. 914., RE, BIROL: *Sardin*: in summo monte *Calcario Oliena* MORIS st: sard: II. p. 1.). Ann:, bien: Stylus sub-nullus; valvarum alæ basi subobsoletæ; semina 8. non striata.

✱ 5. *Thl. alliaceum* = L. sp: 901. = Spr: syst:

II. 878. = Jacq: ic: rar: 1. t. 121. (*Eur*: med: et austr:, *Amer*: bor: sec: Nutt: In vinetis circa *Mondovì* et *Garexio* All: n. 910. Ad vias collium *Novariensium*, nec desideratur ad illam *della Biandrina* Birol: fl: acon: II. p. 6.). Ann: Stylus sub-nullus; valvarum alæ angustæ deorsim obsoletæ; semina 8. lævia.

6. *Thl. cochleariforme* = DC. syst: II. 381. (*Sibir*:, *Dahuria*). Perenn: Stylus brevissimus; valvarum alæ sub-nullæ; semina 8. non striata. Specim: ex Fischer: in *Altai* lectum perfecte quadrat cum descriptione DC. l. c. p. 382.

✱ 7. *Thl. Bursa-Pastoris* = L. sp: 903. = Spr: syst: II. 879. sub *Thl. Bursa* = Engl: bot: t. 1485. Ic: Taur: vol. 9. t. 1. f. 1. et 2. Vern: *Boursa d'pastor* (Fere per omnem terram. In *Pedom*: arvis, et ad vias vulgatissimum All: n. 918., Re, Birol: Ubique in *Sardin*: Moris st: sard: I. p. 4. sub *Capsella*.). Ann: Stylus brevissimus; valvæ apteræ; semina plurima. Variat summopere statura ac structura caulis foliorumque, numquam in fructificatione. Cons: DC. syst: II. 383-384.

✱ 8. *Thl. arvense* = L. sp: 901. = Spr: syst: II. 879. = Engl: bot: t. 1659. Ic: Taur: vol. 9. t. 47. (*Eur*: omni, et *Amer*: bor: In agris montium *subalpinorum* minime rarum All: n. 909. Re fl: segus: p. 54. Ad vias sabulosas *della Lumellina* præsertim a *Garlasco*, *Groppello* etc. Birol: fl: acon: II. p. 6.). Bienn: Stylus brevissimus; siliculæ magnæ; valvarum alæ compressissimæ foliaceæ; semina plurima.

XXXIII. CAMELINA Crantz austr: I. p. 17. = Medik. gen: pl: I. t. 1. f: 11. = *Myagri* sp: Lin: (Inter *Camelineas* DC.).

» *Cal*: aequalis. *Pet*: integra. *Stam*: edentula. *Sili-» cula* obovata vel globosa integra, valvis ventricosis » cum styli parte dehiscentibus. *Sem*: oblonga haud » marginata. *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus habitu *Myagro* valde affine cum quo et cum *Alysso* confusum fuerat ante observationes CRANTZ; sed facile distinguendum ex silicula *dehiscente* et cotyledonibus *incumbentibus*. Sp. 6 ex DC., 4 sec: SPR:

* 1. *C. sativa* = Crantz austr: p. 10. = Spr: syst: II. 879. = Cav. ic: I. 66 sub *Myagro*. Vern: *Ravisson*, *Smensette* (*Eur*: austr:, *Asia* med: In *Pedemont*: arvis, in Comitatu *Nicæensi*, et collium *taurinensium* agris ALL: n. 892 sub *Alysso* RE fl: segus: p. 53. Inter *Venariam* et *Duriam* RE fl: torin: I. p. 331 sub *Myagro*. In campis *di Gaglian* rara, seritur in provincia *Viglebanensi*, ubi vulgo appellatur *semenzina* BIROL: fl: acon: II. p. 3. sub *Myagro*. *Genuæ* in herbidis *all' Acquasola* BERTOL: amœn: p. 162.). Ann: Variat foliis pilosis vel glabris. Huc pertinent sec: SPR: *Myagrum dentatum* W. et *pinnatifidum* EHRH: (*Camelina dentata* var: α et β sec: DC. syst: II. 516); habitu tamen ex specimin: meis haud parum diversa.

2. *C. austriaca* = R. Brown: in H. Kew: ed: 2. IV. 93. (*Siles*:, *Austria*, *Transylv*:, *Tauria*, *Caucaso*, *Sibir*:). Perenn:

## TRIB: III.

### Fructibus siliquosis dehiscentibus.

### Cohors I.

### Siliquæ abbreviatæ ( *Siliquosæ spuriæ* )

XXXIV. NASTURTIUM R. Brown: in h. Kew: ed: 2. IV. p. 109. = *Sisymbrii* sp: Lin: (Inter *Arabideas* DC.). » *Cal*: patens æqualis. *Pet*: integra raro nulla. » *Stam*: edentula. *Siliq*: teretiuscula stylo brevi co- » ronata, valvis convexis. *Sem*: irregulariter 2-serialia » haud marginata. *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus diu confusum cum *Sisymbrio*, sed distinctum siliqua *abbreviata*, et cotyledonibus *accumbentibus*, in 3 sectiones artificialiter divisum a DC. e colore præsertim petalorum ac forma siliquæ; melius habitu dividendum ex foliis *integris pinnatifidis*, vel *pinnatis*. Sp: 27 ex DC. et SPR:

❀ 1. *N. amphibium* = R. Brown: l. c. p. 110. = Spr: syst: II. 881. = Engl: bot: t. 1840 sub *Sisymbrio*. Ic: taur: vol: 9. tab: 41. f. 1. sub *Brachyolobo* ( *Eur*:, *Asia*, *Amer*: bor: Locis inundatis secus flumina ubique in *Pedem*: copiose reperitur ALL: n. 1011. RE fl: torin: I. p. 342. sub *Sisymbrio*. Secus aquæductus vulgare maxime varians foliorum forma BIROL: fl: acon: II. p. 12.). Perenn: Variat foliis lanceolatis, dentatis, aliis pinnatifidis, vel omnibus pinnati-partitis; huius varietatis specim: possideo ex

hb: Biroli sub nomine *Sisymbrii riparii*: foliorum segmenta sunt omnia ovata irregulariter dentata.

❀ 2. *N. sylvestre* = R: Br: l. c. = Spr: syst. II. 881. = Engl: bot: t. 2324. All. pedem. t. 56. f. 2. sub *Brachyolobo*? Ic: taur: vol. 9. t. 43. f. 2.? (*Eur*:, *Asia*, *Amer*: bor: Locis humidis umbrosis, et ad fontium scaturigines in pratis humidis, atque in arenosis humidis frequens All: n. 1012. Re, Balbis: In agri *Novariensis* pratis spongiosis *di Ornavasso* unice occurrit Birol: fl: acon: II. p. 12. sub *Sisymbrio*). Perenn: Variat sec: DC. syst: II. 191. siliquis a 3 ad 9 lin: longis: possideo excelsam varietatem a cl: Fischerio in *Dahuria* lectam caule *humiliori*, foliis longius *petiolatis*, siliqua *longissima* (10-12-lin:); an sp: distincta et ad *Sisymbrium* referenda? Semina sat matura non vidi ut cotyledones examini subiicere potuerim.

❀ *N. palustre* = DC. Syst: II. 191. = Spr: syst: II. 881. = Engl: bot: t. 1747. sub *Sisymbrio*. All: Pedem: t: 56. f. 2. sub *Brachyolobo sylvestri*. Ic: Taur: vol: 9. t. 43. f. 2.? (*Eur*:, *Asia*, et *Amer*: bor: Circa lacum montis *Chamollet* in valle *Augustana* reperit Piottaz sec: Balbis: misc: bot: 32.). Ann:? Planta valde dubia et admodum confusa ex multiplici synonymia Auctorum, diversa tamen a priori (*Sisymbrium sylvestre* L.). Ico Allionii magis ad hoc accedit, quam ad *N. palustre*, quod cl: Balbisius prima vice tamquam plantam indigenam citavit. Cons: tamen Bertol: amœn: p. 35: sub *Sisymbrio terrestri*.

❀ 4. *N. pyrenaicum* = R. Br: in h. Kew: ed. 2.

vol: 4. 110. = Spr: syst: II. 882. = All: Pedem: t. 18. f. 1. sub *Brachyolobo*. Ic: taur: vol: 9. t. 57. ( *Eur*: austr: Locis apricis macilentis sæpius occurrit in *Pedem*: copiose circa *Giaveno*; in alpib: etiam *Valdesii*, in pratis collinis *Bugellensibus* et *Eporediensibus* non infrequens; circa *Stupinigi* et secus flumen *Sangone* All: n. 1013. In pratis et pascuis macilentis *della Mandria*, *Veneria* et *Stupinigi* Balbis:, Re fl: torin: I. p. 347. In pratis siccis *dell'Arbogna* et circa urbem *Novariæ* Birol: fl: acon: II. p. 12. sub *Sisymbrio*. ) Perenn: Variat foliorum segmentis plus minusve linearibus; in quodam specim: lecto a Bertero circa *Taurinum* laciniæ foliorum superiorum sunt filiformes.

❋ 5. *N. officinale* = R. Br: l. c. = Spr: syst: II. 882. = Engl: bot: 855. sub *Sisymbrio Nasturtio*. Ic: taur: vol: 9. t. 39. Vern: *Cresson*. ( In fontibus et rivulis fere totius orbis. Ubique in *Pedem*: ad pure fluentes aquas All: n. 998. Re, Birol: sub *Sisymbrio Nasturtio*. In palustribus *Sardiniæ* Moris st: sard: I. p: 5. sub *N. officinali* ). Perenn: Cult: ad usus culinares et medicos.

6. *N. clandestinum* = Spr: nov: prov: p. 29. n. 63. ( *Brasil*: ) Ann: Planta in speciminib: meis ex hb: Birol: *palmaris* et ultra, non *digitalis* tantum, caule tenuissimo, pedunculis filiformibus axillaribus terminalibusque paucifloris; ceterum perfecte quadrans cum descript: DC. syst: II. 199.

## Cohors II.

### Siliquæ elongatæ (*Siliquosæ genuinæ*)

XXXV. DENTARIA Lin: gen: n. 811. = Lam: ill: t. 562. ( Inter *Arabideas* DC. ).

» *Cal*: æqualis erectus. *Pet*: obovata. *Stam*: eden-
» tula. *Siliq*: compressa lanceolata, valvis planis e-
» nerviis elastice revoluto-dehiscentibus, funiculis
» dilatatis. *Sem*: uniserialia haud marginata. *Cotyl*:
» accumbentes. »

*Obs*: Genus *Cardamini* valde affine, sed habitu et siliqua *compressa lanceolata* nec *lineari* satis distinctum, constans specieb: 16 ex DC. et SPR:, quarum plures parum notæ.

❃ 1. *D. digitata* = Lam. dict: II. p. 268. = Spr: syst: II. 884. = Clus: hist: II. p. 122. f. 1. Ic: taur: vol: 9. t. 60. sub *D. pentaphylla* (*Eur*: *med*: In collibus *Taurinensib*: ALL: n. 947. In agro *Segusiano* supra *Bossoleno* abunde et in monte *Musinè* RE fl: segus: p. 55. et fl: torin: I. p. 340. In sylvis collium *Novariens*: usque ad alpes BIROL: fl: acon: II. p. 10.). Perenn:

❃ 2. *D. pinnata* = Lam: dict: II: 268. = Spr: syst: II. 884. = Lam: ill: t. 562. f. 1. (*Gallia*, *Helvet*:, *Italia*. In sylvis collium *Taurinens*: *alla vigna Morozzo* frequentior BALBIS:, RE, BELLARD: app: 33 sub *D. heptaphyllos*. In sylvis collium frequens usque ad alpes BIROL: fl: acon: II. p. 10. ). Perenn:

Priori valde affinis et vix distinguenda foliis potius *pinnati-* quam *palmati*-sectis.

❀ 3. *D. bulbifera* = L. sp: 912. = Spr: syst: II. 884. = Engl: bot: t. 309. Ic: taur: vol: 9. t. 60. (*Eur*: et *Asia* med: In maxime umbrosis sylvis collium *Taurinens*: non infrequens All: n. 946. Re fl: torin: I. p. 339. In sylvis subalpinis agri *Novariens*: Birol: fl: acon: II. p. 10.). Perenn:

❀ 4. *D. enneaphylla* = L. sp: 912. = Spr: syst: II. 883. = Jac: fl: austr: t. 316. (*Eur*: med: In *Bugellensibus* montibus observavit Terraneo sec: All: n. 945.). Perenn:

❀? 5. *D. polyphylla* = Walst: et Kit: pl: rar: hung: 2. p. 174. t. 160. = Spr: syst: II. 883. (*Croatia*, Alp: *Rhæt: Pedem*: in valle *Stafora* ad limites Provinciæ *Bobbii* et ducatum *Parmæ* circa montes *Boglielio* non *Boglieglio* ut in DC. syst: II. p. 272.). Monuit cl: Balbisius in litt: *D. enneaphyllam* enumeratam in fl: ticin: II. p. 11. pertinere ad veram *D. polyphyllam*, nec in locis ibi indicatis *enneaphyllam* inveniri. Circa levissimas differentias inter hanc stirpem et priorem cons: DC. l. c.

6. *D. microphylla* = W. sp: III. 479. (*Caucas*:, *Sibir*:). Perenn: Exemplar perfectum possideo ex cl: Fischerio in mont. *Altaï* lectum rite quadrans cum icone Lam: ill: t. 562. f. 2. sub *D. trifida*; sed hic desunt radices in planta mea fibrosæ tuberculos subrotundos pisi magnitudine gerentes, quam notam DC. syst: II. 279. refert ad *D. tenuifoliam*: valde dubito tres hasce stirpes ad eandem pertinere.

XXXVI. Pteroneurum DC. syst: II. 269. = *Cardaminis* spec: Lin: ( Inter *Arabideas* DC. ).

» *Cal*: patens. *Siliq*: placentis extus alatis. Cetera » ut in *Dentaria*. »

*Obs*: Genus nimis leviter statutum constans 2 specieb: a *Cardamine* divulsis.

1. *Pt*: *græcum* = DC. l. c. 270. ( *Italia* merid:; *Græcia* ). Ann:

XXXVII. Cardamine Lin: gen: 727. = Lam: ill: t. 562. (Inter *Arabideas* DC. ).

» *Cal*: æqualis clausus vel subpatens. *Pet*: integra. » *Stam*: edentula. *Siliq*: linearis, valvis planis ener» viis septo incrassato angustioribus elastice saepe de» hiscentibus, funiculis tenuibus. *Sem*: 1-serialia haud » marginata. *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus duobus praecedentibus valde affine et a quibusdam Auctoribus eis conjunctum, constans sp: 58 ex DC., 42 ex Spr:, qui plures alias pro varietatibus tantum admisit.

❀ 1. *C. asarifolia* = L. sp: 913. = Spr: syst: II. 885. = Bot: mag: t. 1375. (*Gallo-Pròvinc*:, *Ital*: Secus torrentium saxosa ad *M. Cenisii* radices infra *la Ferrière* potissimum, et inter Alpes *Valdenses* frequens; *Vinadiensibus* et *Valderianis* Alpib: familiaris; supra *Tendam* et in valle *d' Ussey* All: n. 948. et auct: p. 16. ). Perenn: Var: foliis radicalibus pinnatim trisectis: lecta etiam dicitur a Thomas in *Pedemontii* valle *Lanzo* ( DC. syst: II. 248. ).

❀ 2. *C. bellidifolia* = L. sp: 913. = Spr: syst: II. 885. = Oed: fl: dan: t. 20. pro var: α.; All:

Pedem: t. 18. f. 3: pro var: *β*. Ic: taur: vol: 10. t. 3. f. 1. et vol: 12. t. 47. f. 1. ( *Scandinav*:, Ins: *Melvill*:, *Amer*: bor:, *Sibir*:, *Eur*: med: In saxosis umbrosis et irriguis summarum Alp: *Pedem*: All: n. 949. Re fl: segus: p. 55. Ad montem *Morum* occurrit, sed rara Biroli fl: acon: II. p. 10. *C. alpina* var: *β*. vulgaris est ad rupes umbrosas alpium sec: eundem Birol: l. c: qui illam refert pro specie disstincta). Perenn: humillima. Variat petiolis limbo *longioribus* ( *α. petiolaris* ), vel *brevioribus* ( *β. alpina* ).

3. *C. tuberosa* = DC: syst II. 254. ( *Chili* ). Perenn: In specimine spontaneo ex Bertero desunt radices; ceterum perfectum et quadrat cum diagn: Spr: excepto racemo *multi*- non *pauci*-floro, post anthesim *longissimo*; folia media et superiora sunt reapse *ternata*, non tantum *trisecta* ut in descript: DC. l. c., immo foliola media longe petiolata, summa lineari-lanceolata petiolis brevibus; pedicelli siliquis longiores; flores albi = 4. *C. chilensis* = DC. syst: II. 254. ( In *Chili* pascuis montanis *de la Leona* Berterus). Ann: ex habitu? Specim: ex Bertero habet folia radicalia pinnatim 5-*secta*, non simpliciter 3-*secta*, nonnulla floralia lineari-lanceolata obtusa; nulla *ciliata* nec superne *pilosiuscula*, sed omnia prorsus glabra; in ceteris quadrat cum descript: DC. l. c.

* 5. *C. resedæfolia* = L. sp: 913. = Spr: syst: II. 886. = Jacq: fl: austr: app: t. 31. All: Pedem: t. 57. f. 2. Ic: Taur: vol: 10. t. 7. f. 3. 4. 5. (Alpib: *Eur*: med: In scopulosis ad nivem deliquescen-

tem et summis ſrigidarum et editiorum Alpium *Pedem*: All: n. 950. Re fl: segus: p. 55. In Alpib: *Novariens*: usque ad *Crodo* descendit sec: Birol: fl: acon: II. p. 11. ). Ann: , bien: , perenn: Huc pertinet *C. heterophylla* Lapeyr: sec: Spr: a DC. inter species non satis notas relata.

❋ 6. *C. thalictroides* = All: Pedem: n. 951. = Spr: syst: II. 886. = All: l. c. t. 57. f: 1. Ic: taur: vol: 18. t. 56. ( In Alpib: *Cott*: , *Grai*: , *Delphinatu*. In *Pedem*: ad rupes supra *Giaveno* prope *Mirabouc* , et montib: *S. Bernardi* et *Cenisii* All: l. c. Re fl: segus: p. 55. In saxosis secus *Cerundam* prope *il parco della Veneria* eundo versus caseale dictum *del Merlo* Re fl: torin: I. p. 340. In Alpib: *Sessitis* et in editioribus *di Guarna* et *Campello* Birol: fl: acon: II. p. 11. ). Bien: Variat foliis radicalibus integris vel pinnatifidis.

❋ 7. *C. granulosa* = All: auct: p. 16. n. 953. = Spr: syst: II. 886. = Ic:? ( In pratis collium *Taurinensium* detectam primus attulit Ign: Molinerius All: l. c. In locis udis summæ vallis *Salicum* Re fl: torin: I. 341. ). Perenn:

❋ 8. *C. amara* = L. sp: 915. = Spr: syst: II. 886. = Engl: bot: t. 1000. All: Pedem: t. 56. f. I. Ic: taur: vol: 10. t. 4. f. 2. ( *Eur*: , *Sibir*: Ad fontium rivulos in montanis et subalpinis *Pedem*: All: n. 954. Re fl: segus: p. 55. Inter *la Molinetta* et *Moncalieri* loco dicto *Millefonti* et locis humidis sec: *Sangone* ac in sylvis *Stupinigi* ad rivulos Balbis: Circa *Venariam* et versus *Caselle* Re fl: torin: I. p. 341. ). Perenn: In icon: All: siliqua male pi-

cta ; ipsa est longior ( semipollicaris et ultra ), tenuior ( diamet: vix 1[2 lin: ), stylo brevi filiformi stigmate capitato apiculata. *C. nasturtiana* Thuil : a Spr: omissa , de qua specimen possideo ex Perret , pertinet certe ad *amaram*.

✱ 9. *C. pratensis* = L. sp: 915. = Spr: syst: II. 886. = Lam: ill: t. 562. f. 1. Ic: taur: vol: 19. t. 106. ( *Eur*: omni , *Asia* et *Amer*: bor: In pratis non pinguibus et pascuis agrosis in agr: *Pedemont*: All: n. 953. Prope *il gerbido della Veneria* et *l'Ergastolo* Balbis: Re fl: torin: I. p. 341. In pratis et fossis aquosis in agr: *Novariensi* Birol: fl: acon: II. p. 11. ). Perenn:

✱ 10. *C. hirsuta* = L. sp: 915. = Spr: syst: II. 887. = Engl: bot: t. 492. ( In montosis *Eur*: totius. In *Pedemont*: ex *Alagna*, Carthusia *di Casotto*, et *S. Ugon* in *Sabaudia* All: n. 955. et auct: p. 17. Ad fossas et in pascuis humidis agri *Taurinens*: Re fl: torin: p. 340. In pratis spongiosis *d' Isarno* et *Mosezzo* Birol: fl: acon: II. p. 11. In *Sardiniæ* umbrosis humidis Moris st: sard: I. p. 4. ). Ann: Variat multis modis a DC. notatis in syst: II. 260 ; præterea ad hanc pertinere puto *C. sylvaticam* Link quam distinctam admiserunt DC. et Spr ; characteres enim a cll: Auctoribus allati haud satis constantes ; habitu non minimum differt.

✱ 11. *C. parviflora* = L. sp: 919. = Spr: syst: II. 887. = Gmel: fl: sibir: III. n. 37. t. 64. Ic: taur: vol: 9. t. 38. f. 2. 3. (*Gall*:, *Transylv*:, *Sibir*:, *Amer*: bor: *Pedem*: ubique in pascuis et ad muros All: n. 952. Re fl: segus: p. 55. Birol: fl: acon: II.

p. 11. ). Priori valde affinis, sed gracilior et glabra.

* 12. *C. impatiens* = L. sp: 914. = Spr: syst: II. 887. = Engl: bot: t. 80. Ic: taur: vol: 9. t. 75. f. 1. ( In montosis totius *Eur*: et *Asiæ* med: Copiose in umbrosis sylvis *Taurinensib*: et locis humilioribus montium subalpinorum All: n. 956; Re. In umbrosis collium *Novariensium* ubique Birol: fl: acon: II. p. 11. ). Ann: Variat siliquis *glabris* vel *pilosiusculis*.

*Species nova ?*

13. *C. Berteriana* = Nob:? ( *Tagua-Tagua* in *Chili* Berterus ). Scheda ita inscripta. = *Cardamine*? *Nasturtium officinale* var:? = Planta habitum et characteres *Cardaminis* refert; siliqua enim vere linearis, valvæ planæ, semina 1-serialia: forsan ob calycem coloratum et siliquam pedicellatam ad *Stanleiæ* genus Nuttallii pertinet; sed habitus diversus. Ceterum siliquas plus minusve *pedicellatas* plures *Cardamines* species gerunt, etsi sessiles dicat DC. in diagnosi generis ( syst: II. 245. ); cotyledones ob seminum tenuitatem et immaturitatem examini subiicere haud potui. Interea inter *Cardamines* illam retinco, et ita definio.

» C. caule erecto striato ramoso, foliis omnibus
» pinnatis villosiusculis, foliolis subintegerrimis, ra-
» dicalibus ovato-lanceolatis, mediis lineari-lanceola-
» tis, summis linearibus, petalis ovato-oblongis ca-
» lycem coloratum duplo excedentibus, siliquis ere-
» ctis tenuissimis pedicello duplo longioribus stylo
» subulato apicnlatis ( fl: albo-flavescentes ). Nob: »

*Obs*: Species optima satis a ceteris prima facie

distinguenda, præsertim foliis omnibus pinnatis, foliolis plus minusve linearibus sub-integerrimis. Aliam plantam exsiccatam et semina misit idem BERTERUS sub nomine *C. nasturtioideæ* cum dubitationis signo: sed mihi non videtur differre; certe non est *C. nasturtioides* DON a SPR: relata sub *C. Nasturtii* (c. p. p. 241.), in qua folia superiora dicuntur simplicia.

XXXVIII. ARABIS Lin: gen: n. 818. = Lam: ill: t. 563. (Inter *Arabideas* DC.).

» *Cal*: erectus. *Pet*: integra. *Stam*: edentula. *Siliq*: » linearis compressa valvis planis nervosis, septo li- » neari, stigmate subsessili. *Sem*: uniserialia immar- » ginata, vel alata. *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus medium inter *Cardaminem* et *Turritidem*, a primo distinctum præsertim valvis *nervosis*, ab altero seminibus *uniserialibus*, constans speciebus 66 ex DC., 50 ex SPR:, facile dividendum in sectiones 2 e seminum margine, sed valde obscurum in stirpium determinatione.

Sect: I.

*Seminibus immarginatis* (Alomatium DC.)

† *Foliis subamplexicaulibus.*

✱ 1. *A. brassicæformis* = Wall: sched: 359. = Spr: syst: II. 888. = Vill: dauph: III. p. 330. t. 36. sub *Brassica alpina* L. Ic: taur: vol: 28. t. 57. (*Eur*: med: Locis umbrosis et abruptis comitatus *Nicæensis* circa *la Giandola*, et inter *S. Michel* et

*S. Martin*, uti etiam inter *Susa* et *Bussolino* All: n. 968. Re fl: segus: p. 57. In alpib: *Novariensib:* frequens Biroli fl: acon: II. p. 16. omnes sub *Brassica alpina.* ). Perenn: Planta ab Auctoribus ad plura genera relata ad *Brassicam* et *Erysimum* pertinere non potest ex cotyledonum forma; *Turritidi* potius congener, sed semina 1-serialia.

❀ 2. *A. ciliata* = R. Br: in h. Kew: ed: 2. vol: 4. p. 107. = Spr: syst: II. p. 889. = Engl: bot: t. 1746. sub *Turritide alpina* (*Austria*, *Helvet:*, *Hibernia*, *Pyren: Pedem:* in alpibus *della valle d'Ala* Re app: alt: in act: Acad: Taurin: vol: XXXI. p. 201. sub *Turritide*). Bien: Valde affinis dicitur a DC. *A. strictæ* Huds:, sed præter differentias a cl: auctore allatas, differt caule *glaberrimo* nec *hispido*, foliisque *ciliatis* et *vix dentatis*, nec *hispidiusculis serratis.*

❀ 3. *A. hirsuta* = Scop: carn: ed: 2. n. 835. = Spr: syst: II. 889. = Schrank fl: monac: III. t. 248. Ic: taur: vol: 9. t. 72. f. 2. et vol. 14. t. 18. sub *Turritide* L. (*Eur:* et *Amer:* bor: In *Pedem:* ad muros atque in locis aridis a sole non percussis, collinis potissimum All: n. 978. Re fl. segus: p. 56. Speciatim in nemoribus secus *Duriam* inter *Lusengo* et *Collegno* Re fl: torin: I. 347. In pascuis *Stupinigi* legit Berterus. *Genuæ* in collib: cultis prope *il Lagazzo* pro *A. sagittata* Bertol: amœn: ital: p. 165. *Sardin:* ad vias in montanis Moris st: sard: I. p. 3. pro var: *sagittata*, omnes sub *Turritide* ). Bienn: Huc refert Spr: tamquam varr: plures species Auctorum, inter quas *A. sagittatam* DC., quæ reapse in speciminib: meis non differt nisi foliis caulinis potius

*ovatis* quam *cordato-sagittatis*, et pilis *simplicioribus*. Var: hæc invenitur etiam in vineis et arvis agri *Nicæensis* ex DC.

4. *A. crispata* = W. en: 684. (*Carniola, Calabr:*). Perenn: In specim: ex Balbisio desunt folia radicalia et fructus.

❀ 5. *A. saxatilis* = All: Pedem: n. 973. c. descript: = Spr: syst: II: 889. = Vill: dauph: III. p. 319. t. 37. sub *A. nova* (*Gall*: austr:, *Ital*: super: Circa *Segusium*, *la Novalesa*, et *Cesana* locis sterilibus et saxosis All: l. c. Re fl: segus: p. 56. In *Sabaudia* DC.). Bienn:

❀ 6. *A. auriculata* = Lam: dict: I. 219. = Spr: syst: II. 889. = All: auct: p. 18. t. 2. f. 2. sub *A. aspera* c. descript: (*Eur*: med: et austr: Ad oras sylvarum cæduarum prope *Segusium* atque supra *Tenda* All: l. c. Re fl: segus: p. 56. In pascuis et declivibus *Ticini* rara occurrit Birol: fl: acon: II. p. 15.). Bienn: Variat pilis *rigidulis* vel *hispidis* (*A. aspera* All:), ramis patulis (*Turritis patula* Ehr:), vel *rectis* (*Arabis recta* Vill:) etc.

7. *A. albida* = Stev: in cat: hort: ger: 1812. p. 51. (*Caucas*:, *Persia*. In rupib: calcaribus et ad muros vetustos in montosis elatioribus *Aprutii* reperit Gussone). Perenn: Sequenti affinis, sed differt præsertim floribus maioribus, foliisque cano-pubescentibus: *A. canescens* Brocchi sec: Gusson: pl: rar: p. 277.).

❀ 8. *A. alpina* = L. sp: 928. = Spr: syst: II. 890. = Bot: mag: t. 226. Ic: taur: vol: 9. t. 91. (Fere tota *Eur*:, *Atlant*:, *Madera*. In saxosis um-

brosis summarum alpium *Pedem*: ad torrentium convalles ubique ALL: n. 972. RE fl: segus: p. 56. In umbrosis inter montem *Rosa* et *Turlo* abundans BIROL: fl: acon: II. p. 14. ). Perenn: Statura valde varians, prout in locis demissis vel exaltioribus invenitur.

♣ 9. *A. verna* = R. Br: in h. Kew: ed: 2. n. 4. p. 105. non Desf. = Spr: syst: II. 890. = Moris: hist: II. p. 241. s. 3. t. 8. f. 5. sub *Hesperide* ( *Eur*: austr:, *Altai*. In agro *Nicæensi* ALL: n. 984. In asperis collinis *Sardiniæ* MORIS st: sard: I. p. 3. ). Ann: Spontanea humilis, culta pedalis et ultra evadit.

††*Foliis subsessilibus*.

❀ 10. *A. Allionii* = DC. fl: fr: ed: III. vol: 4. p. 676. = Spr: syst: II. 890. = Ic: ? ( In pratis et pascuis subhumidis *Pedemont*: supra *Casotto* et *Limone*, et prope thermas *Valdesii* ALL: auct: p. 18. n. 978. sub *Turritide stricta* ). Perenn:

11. *A. procurrens* = Waldst: et Kit: pl: rar: Hung: II. p. 154. ( *Bannat*:, *Servia* ). Perenn: Specim: mea ex hb: BIROLI habent folia caulina non prorsus *sessilia*, sed leviter in *petiolum attenuata*; ceterum quadrant cum descr: DC. syst: II. 229.

❀ 12. *A. Halleri* = L. sp: 929. = Spr: syst: II. 891. = Waldst: et Kit: pl: rar: Hungar: II. p. 126. t. 120. ( *German*: austr:, *Hungar*:, *Transylv*:, *Ital*: *Pedem*: in monte *Sylvio* ALL: n. 976. Frequens circa *Borgomanero*, *Stresa* et *Belgirate* BALBIS: sec: DC. syst: II: p. 233. ). Bienn: Siliquæ sunt *stigmate ses*-

*sili* ceu iam observaverat DC. l. c., non *stylo* coronatæ uti in diagn: Spr: Huc pertinet *A. multicaulis* Bellard: sec: Balbis:

13. *A. hispida* = L. fil: suppl: 298. non Ait: nec alior: (*Eur*: med: et bor:). Perenn: Sub hoc nomine plures species confusæ sunt: cons: synon: DC. syst: II. 229. 230. sub *A. petræa*. Cl: Spr: *A. crantzianam* Ehr: huc referens varietatem dicit foliis radicalibus minus lyratis; addendum plantam esse omnino *glabram* non *pube ramosa hirsutam*, unde nec nomen *A. hispidæ* nec diagnos: Spr: concinna, et præferendum nomen et phrasis DC. l. c.

❀ 14. *A. arenosa* = Scop: carn: ed: 2. n. 837. = Spr: syst: II. 891. = Scop. l. c. t. 40. (*Eur*: med: In *Pedem*: ex Balbis: el: p. 7. sub *Sisymbrio*). Ann: Planta spontanea ubique hispida, culta subglabra evadit.

❀ 15. *A. stricta* = Huds: Angl. 292. = Spr: syst: II. 891. = Engl: bot. t: 614. (*Eur*: med: *Pedem*: in valle *Ulciensi*, monte *Vesulo* et circa *Ussey* All: n. 979. sub *Turritide* Ray. In pratis et pascuis subhumidis supra *Casotto* et *Limone* All: auct: p. 18. n. 978. sub *Turritide stricta*). Perenn: *Turritis Ray* Vill: et *T. stricta* All: auct: eadem planta.

❀ 16. *A. muralis* = Bertol: amœn: p. 79. = Spr: syst: II. 891. = Ic:? (*Etrur*:, *Ligur*: Bertol: l. c. *Sabaudia* DC.? In *Sardiniæ* pascuis collinis montanisque Moris st: sard: I. p. 3.). Perenn: Specim: mea ex cl: Morisio perfecte quadrant cum planta descripta a Bertol: l. c., et semina referunt non *marginata*, qua nota ab auctore omissa inter *Alo-*

*matia* eadem planta collocanda: an autem *A. collina* Tenor: ( n. 25. infra ) ad illam pertineat ceu indicavit Morisius, asserere non audeo; huius enim imperfecta semina in speciminib: meis examini subiicere non potui: revera habitu differre non videtur, sed DC. syst: II. 241. semina dicit *margine alata*, et ideo inter *Lomasporas* illam collocat; ejus exemplum secutus est Spr:; si res ita se se habet, species distincta admittenda.

17. *A. incana* = Roth: cat: bot: I. p. 79. ( *Helvet:*, *Gallia* circa *Nevers* ). Bienn: Specim: quæ possideo ex hb: Biroli habent folia radicalia in *petiolum decurrentia*, non *omnia sessilia* uti in diagn: Auctorum, ceterum quadrant: an ejusdem varietas? Speciem distinctam non judico. Huc referenda *Turritis minor* Vill: a Spr: omissa etiam in synonymia? Specim: mea ex hb: Biroli non differunt ab *A. incana*. = 18. *A. serpyllifolia* = Vill: dauph: III. p. 318. t. 37. ( *Gall:* austr:, *Pyren:* ). Bienn: In specimin: meis siliquæ sunt stigmate sessili capitato apiculatæ.

❀ 19. *A. thaliana* = L. sp: 929. = Spr: syst: II. 34. = Engl: bot: t. 901. Ic: taur: vol: 9. t. 1. f. 2. et vol: 10. t. 44. f. 2. ( *Eur:* fere omni, *Asia* med:, *Amer:* bor: In arvis et locis sterilibus circa urbem *Taurini* et pagos ubique copiosa All: n. 971. Re fl: torin: I. p. 346. Nil vulgatius in arvis macilentis provinciæ *Segusianæ* Re fl: segus: p. 56. In arvis ubique altitudine varians Birol: fl. acon: III. p. 14. In *Sardiniæ* pascuis et arvis fre-

quens Moris st: sard: I. p. 3. ). Ann: Siliquæ stylo brevi acutissimo terminatæ.

Sect: II.

*Seminibus alatis* ( Lomaspora DC. )

✻ 20. *A. turrita* = L. sp: 930. = Spr: syst: II. 892. = Jacq: fl: austr: t. 11. Ic: taur: vol: 9. t. 36. f. 1. et vol: 10. t. 44. f. 1. ( *Eur*: austr:, *Anglia*. In sylvis cæduis et umbrosis collium *Taurinens*: All: 975. In nemoribus secus *Duriam* eundo ad *Colegno*; ad portum *Sturæ* prope *Altessanum* Re fl: torin: I. 346.; communis circa *Segusium* Re fl: segus: p. 56. In sylvis collium *Novariens*: Biroli fl: acon: II. p. 14.). Bienn: Variat siliquis longioribus foliisque latioribus (*A. ochroleuca* Lam:, *A. umbrosa* Crantz ); foliorum dentes in hac var: ex specimin: meis acutiores mucronis ad instar.

✻ 21. *A. bellidifolia* = L. mant: 94. = Spr: syst: II. 893. = Jacq: fl: austr: III. p. 280. All: Pedem: t. 40. f. 1. sub *Turritide* c. descript: ( Alpib: *Eur*: med: In saxosis alpium *Pedem*: non infrequens All: n. 980. Re fl: segus: p. 56. ). Perenn: Huc pertinent sec: Spr: *A. scabra* All: n. 974. , *A. nutans* Moench et *A. pumila* Vulf, quas coniungit quoque DC. syst: II. 238. sub *A. pumila* , sed *A. bellidifoliam* L. pro distincta specie admittit ibid: p. 239. : inter *bellidifoliam* quam legi in *M. Cenisio* , et *pumilam* quam possideo ex Perret nullam reapse video differentiam , et perfecte quadrant cum figura All: ; at *A. scabra* All: valde differt foliis

reapse *scabris*, racemis valde *elongatis*, siliquisque duplo *longioribus* quam in prioribus; insuper planta biennis. Hinc opinor *A. pumilam* Vulf eandem esse ac *A. bellidifoliam* Jacq: ; *A. scabram* ad *pumilam* referri non posse et optimam speciem constituere, quam ita definio :

❋ 22. *A. scabra* caule simplici erecto foliisque » scabris, radicalibus ovato-oblongis petiolatis, cau- » linis dentatis amplexicaulibus oblongis, summis » lanceolatis integris; racemo elongato; siliquis ere- » ctis pedicello multoties longioribus (petala albida » ovato-oblonga calyce duplo longiora). Nob: » *A. scabra* = All: Pedem: n. 974. (*Pedem*: in saxosis *Pralugnac* eundo versus *la Motta* All: l. c.; frequens in alpib: *di Mondovì*, *Tenda*, *la Raschiera* versus *Carlin* et supra *Cesano* All: auct: p. 18. In saxosis di *Mompantero* et *delle Blaccie* Re fl: segus: p. 56.). Bienn: An *A. nutans* Moench: et W: sp: III. 537. ? Sed in hac racemi *nutantes*, siliquæ *secundæ*.

❋ 23. *A. cærulea* = Vulf: in Jacq: coll: II. p. 56. = Spr: syst: II. 893. = All: Pedem: t. 40. f. 2. sub *Turritide*. Ic: taur: vol: 15. t. 102. f. 2. (Alpib: summis *Carinth:*, *Salysburg:*, *Transylv:* Ad fontium scaturigines aut rivulos nivis deliquescentis in editis alpib: *Pedem*: All: n. 984. Re fl: segus: p. 57. In cacuminibus montis *Mori* provinc: *Novariens*: unice observavit Birol: fl: acon: II. p. 14.). Perenn: Siliquas maturas vidi constanter *cernuas* non *erectas* uti asseruit et pinxit All:

24. *A. stellulata* = Bertol: journ: de bot: IV. p. 76. n. 8. (In superiori *Tambura* Alpium *Apuana-*

*rum* a Bertol: reperta.). Perenn: Specimina mea ex auctore optime quadrant cum eiusdem descript: in amœn: it: p. 101. = 25. *A. collina* = Tenor: prodr: fl: nap. p. 39. (*Neapol:*). Perenn: Specim: ex auctore lectum in *Castellamare* ab *A. murali* Bertol: non videtur differre. Vide tamen supra n. 16.

## *Arabides dubiae.*

26. *A. conferta.* = W. Omissa a Spr:, enumerata a DC. sub *A. hirsuta* tamquam media inter hanc et *A. sagittatam.* Ex speciminib: hb: Biroli ab H. Erf: missis sub allato nomine, mihi videtur ab *hirsuta* n. 3. reapse nec differre nisi statura omnibus partibus majore, foliisque confertioribus. = 27. *A. flexuosa* = H. Erf. Plantam sub hoc nomine acceptam ab H. Erf: nullibique descriptam, distinctam speciem constituere puto *A. procurrenti* n. 11. valde proximam, a qua tamen differt foliis *scabriusculis* nec *glabris*, radicalibus *subsessilibus*; siliquis *erectis* nec *patulis* pedicellis *brevioribus* : diagnosis haec erit :

» A. caule brevi stolonifero adscendente scabriu-
» sculo ad apicem glabro, foliis omnibus sessilibus
» ovatis scabridis margine pilis 3-partitis ciliatis,
» racemis elongatis, siliquis erectis brevi pedicellatis
» (pet: albida calyce duplo longiora) Nob: » Perenn:? Hab: ?

28. *A. reptans* = Fisch:? Specimen a cl. Fischerio sub hoc nomine communicatum et in *Dahuria* lectum toto cælo differt ab *A. reptante* Lam: dict: I. p. 222. quam refert DC. inter *Arabides dubias* syst: II. 242.; habet enim folia *pinnati-secta sinuata glabra* nec *in-*

*tegerrima hirsuta*; insuper in specim: caulis *erectus simplex* adparet, nec *surculis reptantibus* praeditus; habitu autem non ad *Hyeracium auriculam* sed potius ad *Nasturtium officinale* accedit, a quo tamen differt siliquis *linearibus* aliisque notis. Hinc non dubito distinctam *Arabidis* speciem constituere, cui nomen immutandum ne cum antiquiori *A. reptanti* Lam: confundatur: in qua sectione collocanda sit, asserere non ausim, semina enim in specimine ob immaturitatem tenuissima vix adparent: eam igitur ad *Arabides* dubias referens, et sollertissimo inventori dicans, ita definio:

» *A. Fischeriana* glaberrima, foliis omnibus 3-5-» pinnati-sectis superne viridibus inferne violaceis, » segmentis subrotundis sinuatis, inferioribus subses-» silibus minimis, supremo basi subcordato petiolato » multoties majore; racemo paucifloro; siliquis sube-» rectis tenuissimis stigmate sessili sub-bifido apicu-» latis (petala ex sicco flavescentia calyce colorato » duplo longiora). Nob. » Hab: in *Dahuria*. Perenn: ?

29. *A. stenopetala* = Horn: h. hofn: 2. p. 619. Stirpem hanc quam possideo ex h. Berolin: sub nomine *Turritidis stenopetalae* W. (en: suppl: p. 46.), inter *Arabides dubias* recenseo eo quod nec cl: Auctor, nec Botanici recentiores seminum seriem meminerint, nec ego ob fructuum tenuitatem rite perpendere potuerim; oculis armatis mihi visa sunt 1-*serialia*; ceterum specimina perfecte quadrant cum descriptione W. l. c.; mirum hujus auctoris synonymum omissum fuisse a Spr:

XXXIX. Turritis Lin: gen: n. 733. = Gaertn: fruct: II. t. 143. (Inter *Arabideas* DC.)

» *Cal*: laxus. *Pet*: integra. *Stam*: edentula. *Siliq*: » elongata anceps vel teretiuscula valvis planis ner- » vosis, stigmate obtuso subintegro coronata. *Sem*: » 2-serialia. *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus nunc 4 tantum stirpibus constans incluso *Leptocarpææ* genere DC. ob solam siliculam *teretiusculam* nec *ancipitem* a *Turritide* haud divellendum.

❋ 1. *T. glabra* = L. sp: 930. = Spr: syst: II. 893. = Engl: bot: t. 777. Ic: taur: vol. 9. t. 72. f. 1 (*Eur*: omni, *Sibir*: In sylvis apricis *Astensis* provinciæ et collium *Taurinens*:, nec non secus viam inter *Settimo* et *Brandizzo* et circa *Moncrivello* All: n. 977. Circa sylvas in Provinc: *Segusii* Re fl: segus: p. 56. Supra *l' Idraulica* Balbis: Prope *Venariam* Re fl: torin: I. p. 346. In pascuis glareolis *Novariæ* fere ubique Birol: fl: acon: II. p. 15.). Bienn: Huc pertinet *Arabis lucida* L. fil. sec: Spr: quam cl: DC. refert inter *Arabides* non satis notas (syst: II. 242.); observat tamen, specimina quae vidit esse *Turritidis glabræ* varr: ; in descriptione Linnæana de *seminum serie* nulla mentio ; hujusce *Arabidis* specimina mea ex hb: Biroli illa habent *biserialia* ; ergo ad *Turritidem* spectant, et a *glabra* non differunt nisi foliis omnibus paullo latioribus ; in utraque siliculæ sunt *ancipites*.

❋ 2. *T. Loeselii* = R. Br: in h Kew: ed. 2. v. 4. p. 109. = Spr: syst: II: 894. = Jacq: fl: austr: t. 324.

sub *Sisymbrio* ( *German*:, *Boruss*:, *Tauria*, *Græcia*, *Ital*: Circa *Loano* abunde reperit Balbis: misc: 33. ). Ann: Siliquæ teretiusculae. Specim: meum ex Molinerio semina habet 2-*serialia*. Cons: DC. sub *Leptocarpæa* in observat: ( Syst: II. 202. ).

XL. Barbarea R. Br: in h. Kew: ed. 2. v. 4. p. 109. non Scop: = *Erysimi* et *Sisymbrii* spec: L. ( Inter *Arabideas* DC. ).

» *Cal*: erectus basi æqualis. *Pet*: integra. *Stam*: » edentula. *Siliq*: tetragona anceps, valvis concavis. » *Sem*: 1-serialia. *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus constans 5-6 stirpibus habitu et cotyledonibus accumbentibus, ab *Erysimo* et *Sisymbrio* disjunctum.

❋ 1. *B. vulgaris* = R. Br: l. c. = Spr: syst. II. 894. = OEd: fl: dan: t. 985. sub *Erysimo Barbarea* L. var: *α*. Ic: taur: vol: 9. t. 40. f. 1. et vol. 13. t. 60. ( *Eur*: fere omni, *Sibir*: In *Pedem*: ad fossas et secus prata ubique All: n. 993. Re, Birol: ). Perenn:. In hortis ornamenti gratia colitur var: fl: pleno.

❋ 2. *B. præcox* = R. Br: l. c. = Spr: syst: II. 894. = Engl: bot: t. 1129. sub *Erysimo* ( *Anglia*, *Gallia*, *Etruria*. *Pedem*: in agro *Monregalensi* secus agros et locis siccis All: auct: p. 19. sub *Sisymbrio Barbarea*. In *Sardiniæ* montibus juxta rivulos Moris st: sard: I. p. 3. ). Perenn: Vix a priori distincta statura minori foliisque superioribus pinnatifidis, et a Linn: tamquam sola var: considerata sub *Erysimo Barbarea β*.

3. *B. rupicola* = Moris stirp: sard: I. p. 55. (*Sardiniæ* montibus inter fissuras rupium Moris l. c.). Perenn: Affinem esse *B. præcoci*, habitu vero diversam dicit cl: Auctor; sed distinctissimam video etiam a ceteris stirpibus foliis inferioribus longissime petiolatis rarissime sublyratis, superioribus vix incisis, siliquisque longioribus. Omissa a Spr: in c. p. et tentam:

XLI. Notoceras R. Br: in H. Kew: ed. 2. v. 4. p. 117. = *Erysimi* sp: W. (Inter *Arabideas* DC.).

» *Cal*: eretiusculus basi æqualis. *Pet*: oblonga vel » raro nulla. *Stam*: edentula. *Siliq*: sub-tetragona val- » vis subcarinatis apice enervis in coronam productis. » *Sem*: pauca uniserialia? compressa. *Cotyl*: accum- » bentes. »

*Obs*: Genus 4-5. stirpibus constans inter se etiam in fructificatione dissimilibus modo ad *Alyssum*, modo ad *Capsellam* accedentibus; semina in nonnullis ignota; hinc non satis definitum.

1. *N. canariense* = R. Br: l. c. (Insul: *Canar*:). Ann: Siliquæ cornus 2-subulati. Semina in quoque loculo 4.

XLII. Cheiranthus Lin: gen: n. 733. = Lam: ill: t. 564. (Inter *Arabideas* DC.).

» *Cal*: clausus, sepalis 2 lateralibus basi saccatis. » *Pet*: obovata aut emarginata. *Stam*. edentula. *Siliq*: » teres, compressa vel anceps stigmate 2-lobo vel » capitato coronata. *Sem*: 1-serialia compressa im- » marginata vel marginata. *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus jam pluribus speciebus constans, nunc 12-14 tantum ob creationem *Mathiolæ* et *Malcomiæ*, quæ differunt præsertim stigmatis structura, et insuper *Malcolmia* cotyledonibus incumbentibus, divisum ab Auctoribus in 2 sectiones seminib: inspectis.

Sect. I.

*Seminibus immarginatis* ( Cheiri DC. )

❀ 1. *Ch. Cheiri* = L. sp: 924. = Spr: syst: II. 895. = Schk. handb: 2. t. 184. Ic: Taur: vol. 9. t. 16. f. 1. et t. 18. 26. 27, 34. ( *Eur*: med: et austr: In muris præsertim collium *Taurinens*: valde frequens, an ex hortorum rejectamentis ? All: n. 987. In *Sardinia* ad rupes *Arenventa*, *S. Michele Cagliari* Moris st: sard. I. p. 4. ). Bien: , perenn: vel etiam fruticul: . Speciem *polymorpham* rite appellat DC. ( syst. II. 180 ), variat enim multimode tum spontanea cum culta, sed flores constanter plus minusve lutei; pluries observavi semina immatura esse levissima ala cincta quam maturitate ammittunt; in hortis ubique colitur ornamenti gratia. Cons: Colla Antol: bot: V. 855.

2. *Ch. ochroleucus* = Hall: fil: ex schl: cat: 16. ( Mont: *Jura* ). Perenn: Siliquis compressis, stigmate capitato-trilobo. Specim: ex Perret in *Jura* lectum perfecte quadrat cum descript: DC. syst: II. 181. Huc pertinet *Ch. decumbens* W. sec: DC. et Spr: ; differt tantum in specimine meo statura undique majori. Confer tamen *Erysimum cheiranthum* n. 9.

## Sect. II.

*Seminibus marginatis* ( Cheiroides DC. )

3. *Ch: mutabilis* = L'Herit: st: nov: I. p. 92. ( *Mader:* , *Teneriff:* ). Fruticul: Siliquis teretiusculis, stigmate 2-lobo, varians floribus nascentibus ochroleucis vel albis ; in specim: meo folia sunt potius *lanceolata* quam *linearia*. *Ch: longifolius* Ventn: malm: t. 83. de quo nulla mentio penes Spr: pertinet ad *mutabilem* sec: DC. syst: II. 183.; at specimina mea folia integerrima referentia magis accedunt ad stirpem sequentem = 4. *Ch: scoparius* = W: en: 681. ( *Tenerif:* ). Fruticul: Valde priori affinis a quo differt tantum habitu duriori foliisque *integerrimis* nec *serratis*. Cult: in H. Spinii ex quo excerpta specim: mea floribus armeniaceis ( var: γ *chamælo* DC. ), foliisque prorsus linearibus. = 5. *Ch: semperflorens* = Schorb. maroc: ed: germ: p. 181. ( *Mauritania* ). Fruticul: Siliquis compressiusculis , stigmate sessili capitato. Planta statura praecedentibus majori , tota scabra , foliis alternis distantibus reapse linearibus , floribus albis sec: Auctores, ex sicco in specim: meo flavis = 6. *Ch: linifolius* = Pers: ench: II. 201. (*Hispania*). Fruticul: Vix a priori diversus foliis paullo latioribus minus distantibus ; in specim: meo ex Balbisio planta est glabriuscula.

### *Cheiranthi dubii.*

7. *Ch: rostratus* = H. Vindeb: ? Ita inscriptus in

scheda speciminum ex hb: Biroli; differt a ceteris hujusce generis stirpibus, immo habitu a genere ipso, ad quod tamen fructificatione pertinere videtur. Planta tota glabriuscula; *caules* ex caudice plurimi herbacei (perennes?) adscendentes graciles pedales et ultra; *folia* radicalia et caulina inferiora longe petiolata ovato-oblonga integra vel plus minusve dentata, superiora sessilia lanceolata inaequaliter sinuato-dentata; *racemi* ante authesim subcorymbosi, dein elongati multiflori; *flores* subsessiles ebracteati; *calyx* basi subgibbosus sepalis lanceolatis albescentibus; *petalorum* ungues calyces superantes, laminæ ovato-oblongæ patentes flavæ; *stylus* filiformis 3-lin: longus; *stigma* capitato-subbilobum; *siliquæ* rectæ lineares compressæ semipollicares 1-lin: latæ apice obtusæ stylo rigido coronatæ; *semina* ovalia compressa immarginata. Diagnosis hæc erit:

» *Ch*: caule herbaceo cæspitoso adscendente gra-
» cili foliisque scabriusculis, inferioribus longe pe-
» tiolatis ovato-oblongis, superioribus sessilibus lan-
» ceolatis inaequaliter sinuato-dentatis; floribus sub-
» sessilibus; siliquis erectis linearibus compressis
» stylo filiformi rigido apiculatis. Nob: » Habit: ?

XLIII. Mathiola R. Br: in h. Kew: ed. 2. vol. 4. p. 119. non L. = *Cheiranthi* sp: Lin: (Inter *Arabideas* DC.).

» *Cal*: clausus basi saccatus. *Pet*: obovata aut elon-
» gata. *Stam*: edentula. *Siliq*: teres vel compressa
» stigmatibus conniventibus dorso incrassatis vel cor-

» nigeris connata. *Sem:* 1-serialia compressa sæpius » marginata. *Cotyl:* accumbentes. »

*Obs.* Genus a *Cheiranthis* sola stigmatis structura reapse distinctum, constans spec: 28. ex DC., 21. ex Spr: facile dividendum in 2 sectiones ex dorso stigmatis *incrassato* vel *cornigero*.

Sect. I. *Stigmate incrassato ecorni.*
(Pachynotum et Lupetia DC:)

❀ 1. *M. incana* = R. Br. l. c. = Spr: syst: II. 896. = Weinm: plyt: t. 643. f. a c et 644. f. a b sub *Cheirantho* (*Angl:*, *Eur:* austr: Ad rupes mari proximas prope *Villafranca* All: auct: p. 19. n. 987. *Sardinia* in pascuis maritimis ins: *S. Pietro* Moris st: sard: I. p. 5.). Suffrut: vel perennis. Polymorpha præsertim cultura, varians plenitudine et colore florum qui tamen numquam lutei : an huc pertineat *Ch: fenestralis* L. (ita dictus non a loco *Fenestrellæ* ut nonnulli existimarunt, ibi enim non crescit, sed a dorso stigmatum conniventium *fenestram* relinquente), valde dubito; haec enim nota inconstans in varr: *M. incanæ* : ita censet Spr: , contrarium DC. distinctam speciem admittens (*Mathiola fenestralis* syst: II. 166.); ubique in hortis culta ornamenti gratia : cons: Colla Antol: bot: V. 857.

❀ 2. *M. sinuata* = R. Br: l. c. p. 120. = Spr: syst: II. 896. = Engl: bot: t. 462. (*Angl:*, *Eur:* austr: , *Afr:* bor:. In agro *Nicæensi* All: n. 992. sub *Cheirantho*. *Sardin:* in arenis maritimis *Oristano* Moris st: sard: I. p. 5.). Bien: Prima facie a *M. in-*

*cana* distinguitur caule herbaceo erecto, foliisque et siliquis floccoso-tomentosis; in hortis colitur, et variat quoque, uti prior, colore florum.

3. *M. annua* = Sweet: hort: suburb: 147. (In maritimis *Eur*: austr:). Ann: Confusa a R. Br: et Spr: cum *M. incana*, differt notis a me indicatis in Antol: bot: V. 859. Cl. DC. eam admittit commendans tamen florum cultoribus ut caute observent an per quoddam culturæ artificium *M. incana* in *annuam*, aut *annua* in *incanam* converti possit: natura abhorruit ab hujusmodi conversione; licet experimenta multiplicaverim post ea quae scripsi l. c. eadem semper evasit. = 4. *M. glabra* = DC. syst: II. 165. = Colla Antol: bot: V. 861. sub *Cheirantho glaberrimo* (*Orient*:, *Persia*). Ann. nec suffrut: uti ex DC. l. c. Huc pertinet *Cheiranthus græcus* Pers: ench: II. 201. (*Mathiola græca* DC. l. c. 166.), nisi malis *M. glabram* juxta Spr: sententiam inter *M. incanæ* varr: recensere, si reapse est suffruticosa; sed tunc synonymum nostrum a DC. tributum *M. glabræ* transferendum ad *M. græcam* quæ est absque dubio annua, et flores gerit constanter albos = 5. *M. odoratissima* = R. Br: in h. Kew: ed. 2. v. 4. p. 120. (*Tauria*, *Caucaso*). Perenn: Petalorum laminæ oblongæ, fusco-purpurascentes ex sicco.

❋ 6. *M. tristis* = R. Br: l. c. = Spr: syst: II. 896. = Barr: ic: t. 999. non 803? (*Eur*: austr:, *Afr*: bor: In aridis et saxosis *Pedem*: sec: Boccone. In saxosis apricis arcis *La Brunette* All: n. 991. Re fl: segus: p. 56.). Basi suffruticosa. A cl. Allionio hic confusæ duæ distinctæ species scilicet *Cheiranthus*

*tristis* L. de quo agimus, et *Ch. tristis* Suffr: ( *M. varia* DC. ) de quo infra, *Sabaudiæ* incola non *Pedemontii*. Ico Barr: 803. a DC. citata pro *M. tristi* reddit potius *M. variam*, folia enim ibi sunt *integerrima* nec *dentata*: ico autem 999 ab Allionio laudata quadrat cum descriptione huiusce auctoris, et cum plantis pedemontanis.

* 7. *M. varia* = DC. syst. II. 171. = Spr: syst: II. 896. = Barr: ic: 803. ? Bot: mag: t. 729. ( *Ital*: super:, *Græcia*. In *Sabaudia* inter *Termignon* et *Modane* ad vias All: n. 991. excl: syn: pro planta pedemontana ). Differt a priori caudice vix suffruticoso, caule humiliori simpliciusculo, foliis omnibus linearibus integerrimis, siliquis *compressis*, nec *teretiusculis*, unguibus petalorum *latioribus*. Specimina possideo ex Suffr: et Perret missa sub nomine *Cheiranthi tristis* et *Ch*: *arenarii* Suffr: in agro *Foroiuliensi* et *Sabaudia* lecta, quæ perfecte quadrant cum descript: DC. l. c.

## Sect. II.

*Stigmate cornigero* ( Pinaria et Acinotum DC. )

* 8. *M. tricuspidata* = R. Br: in h. Kew: ed: 2. v. 4. p. 120. = Spr: syst: II. 897. = Schk: hand: II. n. 1846. t. 184. ( Ad litora maris *Mediter*: In sabulis ad maris *Nicæensis* litus All: auct: p. 19. sub *Cheirantho*. In arenis maritimis *Sardiniæ* frequens Moris st: sard: I. p. 5. ). Ann: Petala obovata purpurea: variat sec: DC. floribus interdum maioribus, et herba plus minusve tomentosa. Specim: meum a

Molinerio *Nicææ* lectum est undique pube ramosa hirsuto-tomentosum.

9. *M. parviflora* = R. Br: l. c. p. 121. (*Hispan*: austr:, *Mauritan*: ). Ann: Valde priori affinis, sed satis distincta praesertim foliis *repando-dentatis*, nec *sinuato-pinnatifidis*, et siliquarum cornubus inæqualibus sc: lateralibus *acutis longissimis*, medio *obtuso brevissimo*: flores insuper omnino sessiles, et minores: specim: ex Balbisio.

XLIV. Malcolmia R. Br: in h. Kew: ed: 2. vol: 4. p. 121. = *Cheiranthi* et *Hesperidis* sp: Lin: (Inter *Sisymbreas* DC. ).

» *Cal*: clausus basi gibbosus vel subæqualis. *Pet*:
» obovata aut emarginata. *Stam*: edentula. *Siliq*: teres
» stigmate acuminato coronata. *Sem*: 1-serialia immar-
» ginata. *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus a *Mathiola* distinctum stigmatis structura et cotyledonum directione, *Hesperidi* valde affine, constans 15 speciebus circiter.

1. *M. africana* = R. Br: l. c. (*Eur*: austr:, *Afr*: bor: ). Ann: Calyx basi subæqualis, stigma breve. = 2. *M. laxa* = DC. syst: II. 240. (*Sibir*: ). Ann: Priori valde affinis, sed satis distincta, præsertim foliis siliquisque *glabris*, nec *pubescentibus*. Specim: meum perfectissimum folia radicalia habet lanceolata caulinis simillima, nec *pinnatifida* uti ex descript: Pallasii sub *Cheirantho Chio*. = 3. *M. Chia* = DC. syst: II. 440. ( *Græcia* ). Ann: Flores parvi; petala purpurascentia.

✻ 4. *M. maritima* = R. Br: in h. Kew: ed: 2. vol:

4. p. 121. = Spr: syst: II. 898. = Bot: mag: t. 166. sub *Cheirantho*. Ic: taur: vol. 9. t. 54. f. 2. (*Eur*: aust: , *Numidia*. In agro *Nicæensi* All: n. 989. sub *Cheirantho maritimo* , non sub *Ch*: *littoreo* uti dixit DC. syst: II. 441.). Ann: Vix a priori distincta racemo post anthesim *non elongato*, floribus *duplo maioribus pallidioribusque*, stylis longioribus; ad ornamentum in hortis sæpe culta.

5. *M. arenaria* = DC. syst: II. 442. (*Afr*: bor: ). Ann: Flores fere *M. maritimæ*. Cult: in h. Ripul: quadrat cum descript: et icone Fontainesii Atl: II. t. 162. sub *Hesperide*. = 6. *M. parviflora* = DC. fl: fr: ed: 3. vol: 4. p. 654. (*Gallia* austr: , *Italia* , *Corsica*. In arenis maritimis *Sardin*: Moris st: sard: I. p. 5. ). Ann: Radix longissima caulem superans ; flores minimi violacei, stylus brevissimus. Specim: ex *Gallia* et *Sardinia*.

❄ 7. *M. littorea* = R. Br: in h. Kew: ed: 2. vol: 4. p. 121. = Spr: syst: 898. = Clus: hist: I. p. 298. f. 2. Ic: taur: vol: 23. t. 65. sub *Cheirantho* (*Gall*: occid: , *Eur*: austr: , *Mauritania*. In littore *Nicæensi* All: n. 990. ). Bienn: Præcedentium humilior; flores parvi , albido-flavescentes. Specim: ex agro *Nicæensi*.

XLV. Hesperis Lin: gen: n. 817. inclusis *Malcolmiæ* stirpibus ( Inter *Sisymbreas* DC. ).

» *Cal*: clausus basi saccatus. *Pet*: linearia vel obo-
» vata. *Stam*: edentula lateralia basi glandulosa. *Si-*
» *liq*: subtetragona vel compressa stigmatibus 2 con-

» niventibus sub-obtusis crassiusculis coronata. *Sem*: » 1-serialia. *Cotyl*: accumbentes. »

*Obs*: Genus vix a *Malcolmia* distinctum stigmatibus *crassiusculis sub-obtusis* nec *acuminatis*; habitu quoque paullo diversum, modo constans speciebus 20. circiter.

1. *H. tristis* = L. sp: 927. ( *Austr*:, *Hungar*:, *Transylv*:, *Tauria*, *Ital*: med: ). Bienn: Flores noctu odori, fusco-rubentes; petalorum laminæ oblongæ; siliquæ compressæ. Culta in H. B. T., ex quo specimina mea.

❀ 2. *H. laciniata* = All: ped: n. 985. = Spr: syst: II. 899. = All: l. c. t. 82. f. 1. Ic: taur: vol: 28. t. 95. ( *Gall*: austr: et orient:, *Ucrania*, *Italia*. *Pedem*: ad rupes locis apricis et sole percussis circa *la Briga* et *Sospello* All: l. c. ). Bienn: Flores noctu odori plus minusve purpurascentes; petalorum laminæ obovatæ; siliquæ teretiusculæ; folia radicalia in speciminibus meis ex Molinerio longissime petiolata.

3. *H. runcinata* = Waldst: et Kit: pl: rar: hung: II. p. 220. ( *Hungaria* ). Bienn: Flores noctu odori; in sicco ex violaceo albidi; petalorum laminæ obovatæ; siliquæ subcompressæ erectæ, dein deflexæ.

❀ 4. *H. matronalis* = L. sp: 927. = Spr: syst: II. 899. = Lam: ill: t. 524. f. 1. Ic: taur: vol: 9. t. 15. 37. ( *Europ*:, *Sibir*:, *Pedem*: In sylvis supra *Bobbio* copiosissima All: n. 982. In sylvis prope *Superga* et aliis locis collium *Taurinens*: invenerunt Bes et Bertola sec: Re fl: tor: p. 345. An reapse spontanea? ). Perenn: Multimode varians magnitudine, co-

lore, et plenitudine florum. Cons: DC. syst: II. 451. In hortis ubique culta ornamenti gratia. Huc pertinere videtur *H. sylvestris* quam All: n. 983. *Limone* et *Uneliæ* incolam dicit, ex synonymia eadem ac *H. inodora* L. sp. 927. Specimina mea non differunt nisi habitu laxiori, petalis obtusioribus, foliisque minus hirsutis.

5. *H. ramosissima* = Desf: atl: II. p. 91. t. 161. (*Ægypt*:, *Afr*: bor:). Ann: Divaricata, ramosissima; folia oblonga subintegra, siliquæ scabriusculæ torulosæ = 6. *H. elata* = Horn: 4. hafn: suppl: 74. (Hab:?). Bienn: Omissa a Spr:, inter dubias enumerata a DC., videtur ex specim: meis ab Horn: missis ad Birolium, optimam speciem distinctam constituere. *Caulis* erectus teres 2-3-pedalis ramosissimus subhirsutus. *Folia* inferiora subamplexicaulia basi cordata ovata acuta, superiora sessilia lanceolata basim versus attenuata apice acuminata, omnia remote lanceolata glabriuscula glaucescentia. *Racemi* terminales et oppositifolii iuniores subcorymbosi dein valde elongati multiflori, pedicellis calycibusque hirsutiusculis paullo longioribus. *Petala* ex sicco flavescentia (an alba?) unguibus patentibus longitudine calycis obovati integerrimis (et apice emarginatis ex Horn:?). *Siliquæ* subangulatæ compressæ erectæ glabræ 2-pollicares stigmatibus brevissimis. Ex quibus diagnosem ita propono:

» *H.* caule herbaceo erecto ramosissimo subhirsuto;
» foliis glabriusculis remote denticulatis, inferioribus
» subamplexicaulibus ovatis acutis, superioribus ses-
» silibus lanceolatis acuminatis; pedicellis calycibus-

» que hirsutiusculis paullo longioribus; petalis obo-
» vatis ; siliquis compressis erectis glabris ». Nob:

XLVI. Sisymbrium Lin: gen: n. 728. = Lam: ill: t. 565: (Inter *Sisymbreas* DC.).

» *Cal*: subpatens basi æqualis. *Pet*: integra. *Stam*:
» edentula. *Siliq*: teretiuscula vel subangulata stylo
» subnullo. *Semina* 1-serialia. *Cotyl*: incumbentes. »

*Obs*: Genus constans 50 circiter stirpibus, valde obscurum, habitu diversum, vix ab *Hesperide* calyce basi æquali, stylo subnullo nec stigmatibus conniventibus distinctum, ita polymorphum, ut speciosas DC. divisiones respuat, facilius ex foliorum compositione artificialiter dividendum.

† *Foliis indivisis.*

1. *S. hispanicum* = Jacq: coll: I. p. 69. (*Hispania*). Bien: Flores minimi flavescentes; siliquæ brevissimæ teretiusculæ (in specim: meis erectæ demum arcuatæ); stigma sessile obtusum.

❀ 2. *S. strictissimum* = L. sp: 922. = Spr: syst: II. 901. = Jacq: fl: austr: t. 194. Ic: taur: vol. 9. t. 88. (*Eur*: med: Locis incultis agri *Nicæensis*, valle *Maurianensi*, circa *Moutiers*, valle *Augustæ Prætoriæ* All: n. 1009.). Perenn: Flores parvi flavidi, siliquæ 2-pollicares teretiusculæ, stigma sessile truncato-2-fidum.

3. *S. subhastatum* = W. en: 679. (In insulis *Archipelagi*). Ann: Flores mediocres flavidi, siliquæ sub-teretes 2-3-pollicares patentissimæ, stigma sessile sub-globosum. In specim: meo ex hb: Biroli folia omnia *integra* sunt ac *lanceolata*, nec ulla *hastata*.

†† *Foliis pinnatifidis.*

❋ 4. *S. polyceraton* = L: sp: 918. = Spr: syst: II. 901. = Jacq: h. vind: t. 79. Ic: taur: vol. 27. t. 82. (*Eur*: austr: Ad muros ubique comitatus *Astensis* et *Montisferrati* All: n. 1008. *Sardin*: in ruderatis *S. Antioco* et *Carloforte* Moris st: sard: I. p. 5.). Ann: Flores parvi flavi in axillis foliorum sessiles; siliquæ semipollicares teretiusculæ, stigma subsessile crassum.

5. *S. supinum* = L. sp: 917. (*Gallia*, *Hispan*:, *Gothland*). Ann: Flores parvi albi racemosi; siliquæ teretiusculæ in specim: meis ex *Hispania scabriusculæ* nec *glabræ*; stylus brevis crassiusculus truncatus. = 6. *S. pumilum* = Steph: in W. sp: III. 507. (*Persia*, *Caucaso*, *Iberia*). Ann: Specimen digitale, floribus parvis flavis, pedicellis fructiferis siliquas teretiusculas subæquantibus, stigmate subsessili capitato-truncato. = 7. *S. hirsutum* = Lag: ex Dufour in litt: sec: DC. syst: II. 478. (*Madriti*). Ann: Specimina mea 1 - 2 - pedalia nec *caulis humilis*; flores parvi albidi; siliquæ compressiusculæ; stigma sessile truncato 2-fidum.

❋ 8. *S. Columnæ* = Murr: syst: ed: 14. p. 596. = Spr: syst: II. 902. = Jacq: fl: austr: t. 323. (*Eur*: austr: et orient:, *Asia min*: *Pedemont*: in pratis *Burgimaneiri* et *Maggiate* sec: Biroli fl: acon: II. p. 13. In *Sardin*: ad vias pro var: *orientali* Moris st: sard: II. p. 1.). Ann: Summopere variat magnitudine partium, pube, foliorum lobis etc. Cons: DC. syst: II. 469. Flores mediocres albidi; siliquæ teretiusculæ; stigma sessile sub-2-fidum.

✻ 9. *S. officinale* = Scop: carn: ed: 2. n. 824. = Spr: syst: II. 902. = Engl: bot: t. 725. sub *Erysimo*. Ic: taur: vol. 9. t. 76. f. 2. (*Eur*: omni, *Afr*: bor:, *Amer*: bor: *Pedem*: in ruderatis ad vias et muros ubique non longe a domiciliis ALL: n. 1010. RE, BIROLI. In *Sardin*: ad vias MORIS st: sard: I. p. 5.). Ann: Flores minimi luteoli; siliquæ tereti-subulatæ breves; stylus mucronatus, sed oculis armatis stigmate obtuso terminatus.

✻? 10. *S. obtusangulum* = Schleich: cat: p. 48. = Spr: syst: II. 902. = I. Bauh: hist: 2. p. 862. f. 3. sub *Eruca odorosa*. (*Hispan*:, *Gallia*, *Helvet*: In *Pedemont*: sec: DC. syst: II. 465?). Ann:, bienn: Flores mediocres flavi; siliquæ subtetragonæ pollicares; stigma sessile capitatum. Indigenum numquam inveni, nec nostri illud memorant quod sciam.

11. *S. pannonicum* = Jacq: coll: I. p. 70. (*Helvet*:, *Hungar*:, *Transylv*:, *Tauria*, *Caucas*:). Ann: Flores mediocres flavescentes; siliquæ teretiusculæ 2-3-pollicares; stigma sessile subglobosum.

✻ 12. *S. pinnatifidum* = DC. syst: II. 481. = Spr: syst: II. 903. = Lam: ill: t. 563. f. 3. sub *Arabide*. All: pedem: t. 57. f. 3. sub *S. dentato*. Ic: taur: vol. 15. t. 102. f. 3. (*Gallia*, *Helvet*:, *Italia*. *Pedem*: in pratis *de Saint Remis*, magni *S. Bernardi*, inter *Ceresole* et *Bonaval*, et in *M. Cenisio* abunde incolit pascua saxosa summarum *Alpium* ALL: n. 1001. RE fl: segus: p. 55. sub *S. bursifolio* GOUAN non L.). Perenn: Specimina ex *Cenisio digitalia* nec *palmaria* uti in icone ALL: ceterum optima.

13. *S. gallicum* = W. en: 678. (*Gallia*). Ann:

Stirps inter *S. dubia* enumerata a DC. (syst: II. 487.) cum diagnosi W., tamquam *S. Irionis* var: considerata in Prodr: I. 192. n. 13. δ, mihi videtur satis distincta. *Caulis* erectus pedalis teretiusculus striatus inferne puberulus hinc glaber ramosus: *folia* omnia sublyrata pinnati-partita, lobis oppositis alternisve obtuse inæqualiter sinuatis, margine leviter sub-ciliata ceterum glaberrima: *racemi* terminales laxi elongati; *pedicelli* filiformes calyce longiores; *flores* albidi; *siliquæ* patentissimæ, compressiusculæ glabræ pollicares et ultra, 1-lin: latæ, stylo 2-lin: longo filiformi apiculatæ (nec *mucronatæ* ut in diagn: W.); *stigma* globosum; *semina* ad quamque placentam 15-20 ovata parva fusca. = 14. *S. bursifolium* = L. amæn: 4. p. 322. non Gouan: (*Sicil*:, *Pyren*:). Ann: Flores parvi albidi, siliquæ sesquipollicares teretiusculæ; stylus brevissimus incrassatus. = 15. *S. asperum* = L. sp: 920. (*Gall*: austr:, *Hispan*:, *Lusitan*:). Ann: Flores parvi flavi; siliquæ teretes semipollicares patentes; stylus brevissimus subincrassatus. = 16. *S. ramulosum* = Delil: eg: ill: 19. (*Ægypt*:). Ann: Glabrum; rami graciles virgati; racemi longissimi; flores minimi albidi; siliquæ filiformes pollicares et ultra.

* 17. *S. Irio* = L. amæn: 4. p. 270. = Spr: syst: II. 903. = Jacq: fl: austr: t. 322. Ic: taur: vol: 27. t. 89. (*Europ*:, *Arabia*, *Pedem*: in vallibus inter saxa et præcipue ad ripas *Duriæ*, in valle *Exillarum* ubique frequens, secus muros et in ruderatis *Montisferrati* et *Dertonensis* provinciæ All: n. 1007. Prope *Segusium* ad muros Re fl: segus: p. 56. *Sar-*

*din*: ad muros et in ruderatis Moris st: sard: I. p. 5.). Ann: Flores parvi flavi; siliquæ teretiusculæ pollicares; stigma sessile subglobosum. *S. glabrum* W. quod habeo ex hb: Biroli a cl: Otto missum ne minimum differt.

✱ 18. *S. acutangulum* = DC. syst: II. 465. = Spr: sýst. II. 904. = Jacq: h. vind: 3. p. 50. t. 97. sub *Sinape pyrenaica*. All: pedem: t. 55. f. 1. Ic: taur: vol. 9. t. 93. (*Gallia*, *Pyren*:, *Italia*. *Pedem*: circa casas Alpium in *M. Cenisio* et *Valdensium* Alpib: uti etiam in Alpib: *di Viù* All: n. 960. Re fl: segus: p. 57.). Bienn: Flores mediocres flavi; siliquæ teretes substriatæ pollicares; stigma subsessile.

19. *S. taraxacifolium* = DC. fl: fr: ed: 3. vol. 4. p. 670. (*Gallo-provinc*:, *Hispan*:). Bienn: Flores parvi flavi; siliquæ teretiusculæ semipollicares confertæ potius *rectæ* in specim: meis quam *declinatæ* uti in diagn: Auctorum; stigma sessile oblongum. *S. contortum* Lag: quod possideo ex Balbisio non differt a *S. fugaci* ejusdem auctoris, nec a *S. taraxacifolio*.

= 20. *S. Zeæ* = Spr: syst: II. 904. *S. nitidum* Zea in Desf: cat: h. par: 1815. p. 153. et DC. syst: II. 468. (*Hispania*). Ann: Flores parvi flavi; siliquæ filiformes pollicares et ultra glabræ sessiles; stigma sessile capitato-truncatum. Valde dubito hic ab Auctoribus citatis duas plantas fuisse confusas; cl: DC. pedicellos fructiferos describit 2-3-lin: *longos*, et siliquas *patentes*; Sprengelius autem has dicit *sessiles incurvo-patulas*; ita sunt in specim: meis ex hb: Biroli, culta ne, an spontanea, scheda non indicat.

✱ 21. *S. austriacum* = Jacq: austr: 3. t. 262. =

Spr: syst: II. 904. (*Germania* med: et austr:, *Helvet:*, *Gallia* austr: *Pedem*: pro var: δ *Tillieri* ex Bellardi ined:). Bienn: Stirps admodum dubia, et polymorpha præsertim in foliis: specimina mea indigena ex Bellardi sub nomine *S. Tillieri* habent flores mediocres albidos, siliquas filiformes vix pollicares sub-erecto-incurvas, pedicellos 3-lin: longos, stigma sessile capitatum. Huc referenda *Sinapis maritima* All: n. 961. ab Auctoribus omissa quæ nascitur circa *Uneliam*, *Col di Tenda* versus *Nicæam* et ad thermas *Vinadii*.

### ††† *Foliis pinnatis.*

❀ 22. *S. tanacetifolium* = L. sp: 916. non Walt: = Spr: syst: II. 904. = Moris: hist: 2. p. 231. s. 3. t. 6. f. 19. Ic: taur: vol. 9. n. 89. (*Helvet:*, *Gallia* austr: *Pedem*: in *M. Cenisio*, in pascuis umbrosis circa thermas *Vinadii* et *Valderii*, in alpib: *Sabaudiæ* et *Valdensium* All: n. 999. Ubertim in montibus *di Chaumont* Re fl: segus: p. 55.). Perenn: Flores mediocres flavi in corymbum confertissimi; siliquæ graciles 2-3-lin: longæ; stylus minimus.

### †††† *Foliis decompositis.*

❀ 23. *S. Sophia* = L. sp: 922. = Spr: syst: II. 904. = Engl: bot: t. 963. Ic: taur: vol. 9. t. 75. f. 2. (*Europ*: omni. *Pedem*: in sabulosis hortorum ambulacris ad muros et vias locis siccis copiose All: n. 1006. Præsertim circa *Cavoretto* Re fl: torin: I. 343. In *Sabaudia* circa muros et ruderata Gerner: In agro *Novariensi* ad vias præsertim *Mediolani* et ruderatis Biroli fl: acon: II. p. 13.). Ann: Flores parvi flavi;

siliquæ teretiusculæ semipollicares incurvo - erectæ; stigma sessile crassiusculum minimum.

24. *S. persicum* = Spr: nov: prov: p. 39. n. 88. (*Persia*). Ann: Priori affine, sed prima facie distinctissimum habitu valde graciliori, racemisque paucifloris, insuper petalis calycem *excedentibus* nec eo *brevioribus*, siliquis prorsus *erectis* nec *incurvis*, foliorumque laciniis apice *dilatatis* nec *acutis*.

### *Sisymbria dubia.*

25. *S. affine* = W. en: suppl: 44. (Patria?). Planta annua a DC. syst: II. 487. enumerata inter *Sisymbria dubia*, hinc in Prodr: I. 192. tamquam *S. taraxacifolii* var: relata, demum a Spr: ad *S. subhastatum* W. amandata; specimen meum ex hb: Biroli differt a *S. taraxacifolio* n. 19., cui magis affine foliis *latioribus*, racemis *paniculatis*, floribus *majoribus*, siliquis magis *distantibus*, stigmate *capitato*; a *S. subhastato* n. 3. habitu, foliis omnibus *runcinatis pinnatifidis*, siliquis *gracilibus* multoties brevioribus; nec phrasis W. l. c. videtur satis apta, hinc sequentem propono:

» S. caule erecto foliisque runcinato - pinnatifidis » glabris, laciniis inæqualibus acutis dentatis, race» mis paniculatis, pedicellis flores subæquantibus, » petalis calyce longioribus, siliquis gracillimis sub» erectis glabris, stigmate sessili capitato (flores me» diocres flavi). » Nob.

26. *S. præcox* = Birol: hb: sine ulla indicatione. Hab....?

» S. caule erecto foliisque glabris, inferioribus et » mediis lyratis, superioribus runcinatis, laciniis ob-

» longis subæqualibus integris suprema ovata dentata; » racemis elongatis; pedicellis flore brevioribus; pe- » talis calycem superantibus, siliquis teretiusculis » erectis glabris, stigmate sessili subincrassato (flores » flavi parvi). » Nob:

27. *S. polystachyum* = H. Berol: Ex hb: Biroli sine alia indicatione. Hab....?

» S. caule elato foliisque glabris, inferioribus sub- » lyratis, ceteris lanceolatis integris dentatisve; ra- » cemo terminali spicato folioso; pedicellis florem » subæquantibus; petalis calycis longitudine; siliquis » teretiusculis patentissimis brevibus approximatis gla- » bris; stylo brevi acuto (flores albidi minimi). » Nob:

28. *S. brachylobum* = H. Berol: ? *S. asperrimum* Ort: *S. asperum* Hortul: sic scheda inscripta in hb: Biroli. In specimine deest plantæ pars inferior; folia superiora et fructificatio a *S. aspero* n. 15. non videntur differre.

29. *S. Nuttallii* = Nob: *S. cinereum* Nutt: sec: Berterum in sched: semin: non Desf: Enatum e seminibus missis a Bertero *Chili* lectis in arenosis secus flumen *Quilota* a ceteris videtur distinctum, et nomen immutandum ne confundatur cum antiquiori *S. cinereo* Desf: fl: atl: II. p. 83. t. 157. a quo toto cœlo aberrat; phrasis hæc erit:

» S. erectum villoso-cinerascens, foliis omnibus » pinnatis strictis, foliolis 2-pinnatifidis, lobis ro- » tundatis angustissimis; racemis terminalibus lon- » gissimis; pedicellis flore minimo longioribus; petalis » calycem subæquantibus; siliquis teretiusculis sub- » erectis glabris; stigmate sessili subcapitato. » Nob:

XLVII. Erysimum Lin: gen: 729. = Goertn: fruct: II. t. 143. (Inter *Sisymbreas* DC.)

» *Cal*: clausus vel raro patulus basi subæqualis. » *Pet*: integra obovata. *Stam*: edentula. *Siliq*: plus » minusve tetragona sessilis aut pediculata stylo elon- » gato vel brevissimo et stigmate vario apiculata. *Sem*: » 1-sericalia. *Cotyl*: incumbentes. »

*Obs*: Genus a *Sisymbrio* præsertim siliqua *tetragona* distinctum, artificialiter a DC. divisum in 4. sectiones præcipue e styli mensura et pedicelli præsentia, constans 44. speciebus detracto *Alliariæ* genere, 36. tantum ex Spr: *Alliaria* inclusa solo calyce *patulo* diversa, hinc rectius pro sectione admittenda.

† *Calyce clauso deciduo, siliquis exacte tetragonis* (Erysimastrum DC. Genuina Spr:)

α Foliis integerrimis.

1. *E. suffruticosum* = Spr: nov: prov: p. 17. n. 36. (*Hispania*). Basi suffruticosum. Habitus *Cheiranthi Cheiri*; flores flavi; calyx subgibbosus; siliquæ pollicares erectæ; stylus brevissimus; stigma capitato-truncatum.

❀ 2. *E. helveticum* = DC. fl: fr: ed: 3. v. 4. p. 658. = Spr: syst: II. 905. = Jacq: h: vindeb: t. 9. sub *Cheirantho*. All: pedem: t. 58. f. 2. sub *Cheirantho Boccone*? (Alpib: *Cottiis*, *penninis*, *carpath*: Comitatu *Nicæensi* inter *Villafranca* et *Menton*; circa *Augustam prætoriam* All: n. 988. Prope *Segusium* in apricis *delle Blaccie* Re fl: segus: p. 56.). Bienn:

Flores flavidi; siliquæ rectæ 2-pollicares; stylus brevis; stigma capitatum. Specim: mea ex valle Augustiana parum consona cum icon: Allionii; forsan bene suspicatus est cl: DC. plantam nicæensem confusam fuisse cum augustana de qua agimus, illam autem ad sequentem pertinere.

✻ 3. *E. canescens* = Roth: cat: bot: I. p. 76. = Spr: syst: II. 904. = Jacq: fl: austr: I. p. 75. sub *Cheirantho alpino*. All: pedem: t. 58. f. 2. sub *Ch: Boccone*. Ic: taur: vol. 19. t. 50. (*Eur*: austr: Agro *Nicæensi*). Bienn: Calyx sub-gibbosus, flores mediocres flavi; siliquæ eretiusculæ 2-pollicares; stigma sessile sub-bilobum. Vix a priori diversum foliis radicalibus potius *lanceolatis* quam *linearibus*, stigmatibusque sessilibus; huic magis quadrat ico All: supra citata.

β Foliis dentatis.

4. *E. odoratum* = Ehr: beitr: 7. p. 157. (*Hungar*:). Bienn: Planta dubia ob confusionem Auctorum; admissa a DC. syst: II. 496. tamquam species distincta ab *E. stricto* Goertn: (*E. hieracifolium* Jacq:); enumerata in Prodr: I. 197. pro sola ejus varietate; descripta a Spr: pro specie distinctissima. Specimen meum ex Balbisio differt ab *E. hieracifolio* caule vix ramoso, foliis subintegris, siliquis brevioribus, stigmate patentius 2-lobo. = 5. *E. virgatum* = Roth: cat: bot: 75. non Schleich: (*Germania* med:). Bienn: Vix a priori diversum racemis virgatis, petalis *oblongis* nec *subrotundis*, siliquis stylo brevi coronatis; insuper folia in specim: meo ex Balbisio omnia *inte*-

*gerrima* nec ulla denticulata. = 6. *E. longisiliquum* = Schleich: pl: exsic: = Spr: syst: II. 906. (*Helvet:*, *German:* med: ). Bienn: Ab *E. virgato* Roth: non differt nisi siliquis valde longioribus sc: 2-pollicaribus et ultra.

❀ 7. *E. hieracifolium* = L. sp: 923. non DC. ? = Spr: syst: II. 906. = Bauh: hist: 2. p. 873. f. 2. ? Ic: taur: vol. 23. t. 64. ( *Eur:* *Pedem:* in montib: *Vinadiensibus* et vallis *Macræ* frequens locis apricis. In valle *Sturæ* circa *Berzè; Sabaud:* inter *Termignon* et *Lanslebourg* All: n. 997. ). Bienn: Ex synonymia Allionii comparata cum synonymia DC. circa *E. strictum* ( Syst: II. 495. ) planta pedemontana ad hoc potius, quam ad *hieracifolium* ejusdem Candollei videtur referenda ; ita existimat etiam Spr: qui hoc refert ad *E. crepidifolium* Reichenb: Ceterum stirpes hæ, sc: n. 3. 4. 5. 6. ita sunt affines, ut nec ex iconibus, nec e plantis siccis veris characteribus botanicis distingui queant.

❀ 8. *E. cheiranthoides* = L. sp: 923. non Crantz. = Spr: syst: II. 906. = Jacq: fl: austr: t. 23. Ic: taur: vol. 13. t. 40. (*Eur:* omni, *Sibir:*, *Amer:* bor: In agro *Nicæensi* All: n. 996. ). Ann: Habitu facile a præcedentibus distinguitur, nec non floribus minoribus, pedicellis fructiferis siliquas fere æquantibus, stigmate parvo sessili; variat tamen caule subaphyllo ( *Cheiranthus scapigerus* W. ), et caule diffuso siliquisque longioribus stylo brevi terminatis ( *Cheiranthus aquaticus* Lejeun: ). Huc pertinet *E. ramiflorum* Bernh: ined: ex hb: Biroli, quod non differt nisi caule ramosissimo ramisque fere omnibus fructiferis.

✻ 9. *E. repandum* = L. sp: 923. = Spr: syst: II. 906. = Jacq: austr: t. 22. Ic: taur: vol. 9. t. 76. f. 1. (*Eur*: et *Asia* med: *Pedem*: in agris vallis *di Fenestrelle* ALL: n. 995.). Ann: Flores mediocres flavidi; petala oblonga; siliquæ sesqui-pollicares stigmate sessili vel quandoque stylo brevi coronatæ in eodem individuo; folia omnia etiam caulina runcinata in specim: meo spontaneo ex MOLINERIO.

✻ 10. *E. Cheiranthus* = Pers: Ench: II. p. 199. = Spr: syst: II. 907. = Jacq: austr: t. 74. sub *Cheirantho erisymoide* L. All: pedem: t. 20. f. 2. sub *Cheirantho alpino* (*Eur*: omni. *Pedem*: ubique in saxosis et rupestribus alpium ALL: n. 986. *All'Assiette* et *M. Cenisio* RE fl: segus: p. 56. In pascuis supra *Premosello* provinc: *Novariensis* unice et rarum sec: BIROLI fl: acon: II: p. 14. sub *Cheirantho erisymoide*). Bienn: Stirps admodum dubia ex synonymorum confusione; recte observaverat celeberrimus ALLIONIUS de suo *Cheirantho alpino*, mirum esse quantum foliis ludat pro locorum diversitate, ceu indicat etiam ico ab eo prædita, quæ valde differt a descriptionibus et iconibus Auctorum, et a speciminibus meis. Huc videtur quoque referendum *E. dubium* HOM: haud diversum ab *E. lanceolato* R. BR: sub quo nomine hanc plantam enumerat DC. syst: II. 502.

11. *E. ibericum* = DC. syst: II. 498. (*Caucaso*, *America*). Bienn: Calyx sub-gibbosus; flores parvi flavidi; siliquæ patentes graciles semipollicares; stigma sessile sub-2-lobum.

†† *Siliquis non exacte tetragonis*
(Desciscentia Spr:)

α Calyce patulo (*Alliariæ* genus DC.)

❀ 12. *E. Alliaria* = L. sp: 922. = Spr: syst: II. 908. = Oed. fl: dan: t. 935. Ic: taur: vol 9. t. 54. f. 1. (*Eur*: omni, *Asia* med: *Pedem*: in umbrosis et ad sepes præcipue in collibus frequens All: n. 994. Prope *Segusium* abunde in pratis *della Bretagna* et *di Croale* Re fl: segus: p. 56. In agro *Novariensi* ad colles Biroli fl: acon: II. p. 13.). Bienn: Flores albidi parvi; siliquæ tetrahedræ brevi pedicellatæ semipollicares; stigma sessile depressum.

β Glaberrimæ calyce clauso (*Coringia* DC.)

❀ 13. *E. perfoliatum* = Crantz: fl: austr: 27. = Spr: syst: II. 508. = Jacq: fl: austr: t. 282. sub *Brassica orientali*. Ic: taur: vol. 9. t. 36. f. 2. (*Eur*: omni, *Asia* med:, *Japon*: In agro *Nicæensi* All: n. n. 964.). Ann: Calyx sub-gibbosus; flores albi parvi; siliquæ subtetragonæ longe pedicellatæ 1-2-pollicares; stigma sessile subemarginatum.

γ Subsessiles stylo longo
(*Syreniæ* sp: Andr:; *Stylonema* et *Cuspidaria* DC.)

14. *E. sessiliflorum* = R. Br: in h: Kew: ed: 2. v. 4. p. 116. (*Tauria*, *Caucaso*, *Sibir*:). Perenn: vel bienn: Specimen sine flore ex Balbisio sub nomine *Cheiranthi quadranguli* valde dubium, siliquæ enim non *pedicellatæ* nec *sessiles* stylo *brevi* nec *longo* api-

culatæ; in ceteris quadrat. = 15. *E. angustifolium* = Ehr: beitr: 7. p. 155. (*Hungar:*, *Transylv:*, *Podolia*). Bienn: Calyx sub-gibbosus; flores mediocres flavi sessiles, siliquæ brevissime pedicellatæ tetragonæ semipollicares erectæ; stylus 3-lin: longus; stigma bifurcatum. = 16. *E. cuspidatum* = DC. syst: II. 493. (*Tauria*, *Caucaso*, *Asia* min:). Bienn: Calyx æqualis; flores parvi flavi sub-sessiles; siliquæ strictæ tetragono-ancipites vix semipollicares; stylus 3-lin: longus; stygma compresso-sub-2-lobum. Huc pertinet absque dubio *Syrenia Biebersteiniana* Andr: enumerata a DC. syst: II. 493., a Tenor: ind: sem: 1824. et a me in H. Ripul: app: III. p. 52. cum dubitationis signo, a Spr: omissa. An idem dicendum de *Syrenia Ehrbertiana* (Colla l. c.)? Valde dubito ex habitu elatiori, foliisque caulinis longioribus subcuspidatis; fructificatio tamen eadem; an ergo sola varietas? Cultæ in H. Ripul:

*Erysima dubia.*

17. *E. Fischerianum* = Prescolt? hab: *Altai.* = Ita in scheda speciminum a cl: Fischerio sine alia indicatione. *Herba* humilis; *caulis* angulatus adscendens simplicissimus; *folia* radicalia fasciculata longe petiolata, caulina alterna in petiolum breve attenuata, omnia lanceolata acuta subdentata pube adpressa subcanescentia; *racemus* terminalis ante anthesim subcorymbosus demum elongatus; *flores* brevi pedicellati; *calyx* clausus flavescens basi subgibbosus subpersistens; *ungues* petalorum calycem excedentes albidæ, *laminæ* obovatæ patentes flavæ; *siliquæ* tetragonæ ere-

ctæ glabriusculæ semipollicares stigmate sessili profunde 2-lobo coronatæ.

XLVIII. Brassica Lin: gen: n. 820. = Lam: ill: t. 565. (Inter *Brassiceas* DC.)

» *Cal*: erectus vel raro patens basi æqualis. *Pet*: » integra obovata. *Stam*: edentula. *Siliq*: teretiuscula » sessilis vel stipitata stylo distincto coronata vel ro- » strata. *Sem*: 1-serialia. *Cotyl*: conduplicatæ. »

*Obs*: Genus artificialiter divisum in 2. sectiones ex præsentia *styli distincti* vel *rostri* (stylus dilatatus in rostrum sæpius monospermum mutatus ex DC. male, stylus enim non gerit ovula, et mutari non potest in pericarpium: melius dixisset siliquam apice rostratam ibique sæpius monospermam), constans spec: 36. ex DC., 33. ex Spr: incluso *Erucæ* genere ex sola styli forma haud satis distincto.

† *Siliqua stylo distincto terminata.*

❀ 1. *Br. oleracea* = L. sp: 932. = Spr: syst: II. 909. = Icones plures pro varietatibus. Vern: *Coi* (*Anglia*, *Græcia*, *Eur*: austr: In agro *Nicæensi* inter *Villafranca* et *Monaco* in rupibus mari proximis All: auct: n. 967. p. 17.). Bienn: Varietates innumeræ tum spontaneæ cum præcipue ex cultura, pro quibus cons: DC. syst: II. 183. et seq: Ubique in hortis culta tamquam planta oleracea: huc etiam pertinet sec: Spr: *Br*: *Napus* L. a DC. distincta.

❀ 2. *Br*: *campestris* = L. sp: 931. = Spr: syst: II. 909. = Engl: bot: t. 2224. Ic: taur: vol. 9. t. 84. (*Eur*: omni. In agro *Taurin*: inter hortum regium

et viam publicam *Moncalieri*: in arvis *Sabaudiæ* frequens All: n. 965. In campis sabulosis *della Lomellina* Biroli fl: acon: II. p. 15. In *Sardin*: arvis et ad sepes Moris st: sard: I. p. 3. ). Bienn: Vix a priori diversa foliis inferioribus *hispidis*; varietates plures inter quas ob usum præest *oleifera* (*Colsat*). Cons: DC. l. c. p. 588.

3. *Br*: *Rapa* = L. sp: 931. Vern: *Rava* (Patria incerta; invenitur passim in *Eur*: sed forsan ex agris cultis migrata). Bienn: A præcedentibus distinguitur præsertim calyce *patenti*: variat etiam summopere, et ubique colitur in usum oleraceum = 4. *Br*: *cretica* = Lam: dict: I. 747. (*Creta*, *Græcia*; *Sardin*: inter rupium fessuras *Arcuentu*, *Castello di Medusa*, *Cartiera di Cagliari* Moris st: sard: I. p. 3. ). Suffrut: Calyx patens; fructus ignotos dicit DC. syst: II. 594. et Pr: I. 215. Specim: mea ex *Sardinia* referunt siliquas compressiusculas glabras sesquipollicares erecto-subpatentes stylo basi subdilatato 4-lin: longo apiculatas; stigma globoso-compressum; semina nigra orbiculata. = 5. *Br*: *chinensis* = L. am: ac: 4. p. 280. (*China*). Bienn: Planta gracilis; in specim: meis nulla adsunt folia *basi cordata* uti ex descriptione DC. syst: II. 594.; siliquæ autem sunt potius *longe* quam *brevi* rostratæ, stylus enim est 3-4-lin: longus; in ceteris quadrant. = 6. *Br*: *incana* = Tenor: fl: nap: prodr: p. 39. et fl: nap. t. 165. (*Neap*:, *Sicilia*). Suffrut: In specim: meis e plantis cultis in h. Ripul: enatis ex seminibus missis a cl: Tenore sepala sunt *subpatula* nec prorsus *erecta*, *viridescentia*, non *flavescentia*; petala *alba* nec *flava*; siliquæ

*subangulatæ*; in ceteris quadrant cum descript: DC. syst: II. 596.

❋ 7. *Br*: *Erucastrum* = L. sp: 932. = Spr: syst: II. 910. = Bull: herb: t. 331. Ic: taur: vol. 10. t. 29. et 46. (*German*: occid:, *Gallia*, *Helvet*:, *Italia*. *Pedem*: locis arenosis aridis collium calidiorum et in alveis torrentium et fluminum All: n. 969. Secus *Padum* et *Sturam* in arenosis, et prope *Venariam* ad fossas Re fl: torin: I. p. 347. In pascuis collium *Verbani* Biroli fl: acon: II. p. 15. *Sardin*: in montib: *Macomer*, *Bollotana*, *Petada* Moris st: sard: II. p. 1.). Ann: Species ex synonymia Auctorum valde obscura.

8. *Br*: *elongata* = Ehr: beitr: 7. p. 159. (*Hungar*:, *Transylv*:, *Tauria*, *Caucaso*). Bienn: Siliquæ supra torum stipitatæ stylo vix 2 - lin: longo apiculatæ; in specim: meis ex Bellardi folia caulina sunt omnia inæqualiter *dentata* nec *subintegerrima* uti in diagnosi Spr:

†† *Siliqua rostro dilatato terminata.*

9. *Br*: *Sabularia* = Brot: fl: lusit: I. p. 582. (*Lusitania*). Ann: Planta gracilis; flores flavi minimi; siliquæ substipitatæ rostro 3 - 4. longiores, uti in specim: ex Balbisio e plantis cultis in H. B. T. enatisque e seminibus missis a W.

❋ 10. *Br*: *Cheiranthus* = Vill: dauph: 3. p. 332. = Spr: syst: II. 911. = Vill: l. c. t. 36. All: pedem: t. 82. f. 1. sub *Sinapi recurvata* sine fructu. Ic: taur: vol. 28. t. 98. sub *Sinapi Tournefortii* (*Gallia* med: et austr:, *Italia*. *Pedem*: scilicet locis rupestribus

prope *la Madonna delle Finestre* in comit: *Nicæensi*; et supra atque infra *Rochemelon* eundo versus *Segusium* pro *Sinapi Tourneforti* ALL: n. 962. RE. fl: segus: p. 57. Ad thermas *Vinadii* locis sterilibus pro *Sinapi recurvata* ALL: n. 963.). Bienn: Citatæ ALLIONII stirpes ad eandem plantam scilicet *Br*: *Cheiranthum* VILL: esse referendas recentiores Botanici haud dubitant, atque illas sub *Brassica* potius quam sub *Sinapi* descripserunt ob calycem *erectum patentissimum*; ceterum nota ex *siliqua recurvata* deprompta ab ALL: nimis levis et inconstans in specim: meis.

11. *Br*: *cheiranthiflora* = DC. syst: II. 601. (*Hispan*:, *Gallia*). Ann: Planta gracilis; folia in specimin: ex BALBISIO *hispidula* pilis raris nec *glabra* ut in diagn: SPR: = 12. *Br*: *Tournefortii* = Gouan: ill: p. 44. (*Hispan*:, *Ægypt*:, *Persia*). Ann: Valde affinem priori dicit DC. syst: II. 61., sed in omnibus partibus longe major, habitus toto cœlo diversus; insuper pedicelli longissimi scilicet siliquis dimidio breviores, rostra semipollicaria. = 13. *Br*: *fruticulosa* = Cyr: pl: rar: 2. p. 7. (*Neapol*:, *Sicil*:, *Hispan*:, *Afr*: bor:). Basi suffruticosa. Calyx patens, unde melius forsan ad *Sinapis* quam ad *Brassicæ* genus referenda; pedicelli siliquis paullo breviores.

❋ 14. *Br*: *Richerii* = Vill: fl: delph: 71. = Spr: syst: II. 911. = Vill: dauph: 3. p. 331. t. 36. All: pedem: t. 58. f. 1. et 76. f. 2. Ic: taur: vol. 19. t. 75. et vol. 26. t. 81. (*Gallia* occid:, *Austria*. *Pedem*: in valle *Queiras* in descentu *M. Vesuli* et in parvo *M. Cenisio* loco dicto *la Combe d'Ambin* ALL: n. 967. In editissimis jugis *di Fossimagna* et *del*

*Vania* Re fl: segus: p. 57.). Perenn: Racemi elongati multiflori, pedicelli siliquis dimidio breviores, siliquæ pollicares et ultra torosæ nec superficie æquali uti indicant icones Allionii, stigma 2-lobum.

❄ 15. *Br: Eruca* = L. sp: 932. = Spr: syst: II. 912. = Lobel: ic: t. 204. f. 1. Ic: taur: vol. 9. t. 42. Vern: *Aruga* (*Eur*: austr:, *Afr*: bor:, *Græcia*, *Helvet*:, *Italia*. In incultis agri *Nicæensis* All: n. 970. In *Sardin*: ad vias et inter segetes Moris st: sard: I. p. 4. sub *Eruca sativa*). Ann: Variat multimode; in hortis ubique culta tamquam planta acetaria. Hæc et sequens ad *Erucæ* genus relatæ a DC. cum *E. hispida* Tenore quæ mihi differre non videtur a *Br: Eruca* nisi caule hispidiori.

16. *Br: vesicaria* = L. sp: 933. (*Hispan*: ). Ann: Priori affinis, sed foliis minus incisis, et calyce præsertim subinflato satis distincta. Specim: mea ex hb: Bellardi ab Ortega missa per totum hispida exceptis petalis et siliquæ rostro.

*Brassicæ dubiæ.*

❄? 17. *Br: balearica* = Pers: ench: 2. p. 206. = DC. syst: II. 596. = Deless: ic: sel: 2. t. 86. et Schr: h. mon: t. 10. sub *Br: sempervirenti* sec: DC. prodr: I. 215. (Insulis *Balearicis* et in rupe rubra *Nicææ* ex Risso.). Basi suffruticosa. Omissa a Spr: Duo specim: possideo, unum perfectum ex hb: Biroli ita inscriptum in scheda: *Br: sempervirens* Schr: *ined: ex h. Vindeb*: ; alterum ex Risso *Nicæa* lectum in quo desunt siliquæ, sed in ceteris perfectissime quadrant inter se et cum descriptione DC. l. c.; ex

rostro aspermo vix distincto a siliqua, collocanda videtur stirps hæc in prima sectione prope *Br: Erucastrum*. Racemi sunt semipedales, flores ampli.

18. *Br: hispanica?* H. B. T. Nullibi invenio enumeratam: planta gracilis; folia radicalia longe petiolata runcinato-pinnatifida hispida, caulina subnulla; racemi erecti; pedicelli flores subæquantes; calyx erectus basi subinflatus; petalorum ungues calycem superantes; siliquæ subtetragonæ pollicares rostro 3-lin: longo basi vix dilatato 1-spermo terminatæ.

XLIX. Sinapis Lin: gen: n. 821. = Lam: ill: t. 566. (Inter *Brassiceas* DC.)

» *Cal*: patentissimus. Cetera ut in *Brassica*. »

*Obs*: Genus nunc *Sisymbrii*, nunc *Brassicæ* habitum referens, a priori distinctum cotyledonibus conduplicatis, ab altero calyce patentissimo. Divisiones candolleanæ ex longitudine et structura styli artificiales, sæpius fallaces, exhaustæ e characteribus interdum microscopicis: melius igitur dividendum in duas solas sectiones ex siliquæ superficie.

† *Siliqua glabra.*

1. *S. lævigata* = L. amæn: ac: 4. p. 281. (*Hispan*:, *Lusitan*:). Ann: Siliquæ pedicello 2-3-longiores; stylus 2-lin: longus rostratus. Totam *glaberrimam* dicunt Auctores; in specim: meis ex hb: Biroli caulis est basi *hispidus*. = 2. *S. integrifolia* = W. h. berol: p. 14. (*Ind*: orient:, *China*). Ann: Siliquæ pedicello 3-4. longiores erectæ stylo sub-conico apiculatæ. Culta in H. B. T. ex quo specim: mea. = 3. *S. bras-*

*sicata* = L. syst: III. p. 231. (*China*). Ann: Siliquæ pedicellis vix longiores sub-patentes stylo 2 - 3 - lin: longo terminatæ; stigma crassum capitatum. Culta in H. Ripul: sub nomine *Br*: *auriculatæ* DC. ad quam Spr: *brassicatam* refert. = 4. *S. juncea* = L. sp: 934. (*China*). Ann: Affinem *S. brassicatæ* dicit DC. syst: II. 612.; sed magis accedit ad *S. integrifoliam* a qua vix differt pedicellis brevioribus, siliqua evidentius torulosa ac majori; folia non sunt *amplexicaulia* uti in diagn: Spr:, sed *petiolata* ac *plana*.

❄ 5. *S. nigra* = L. sp: 933. = Spr: syst: II. 912. = Engl: bot: t. 969. Ic: taur: vol. 9. t. 63. 83. vol. 22. t. 79. Vern: *Senevra* (*Eur*: fere tota, *Asia* med: *Pedem*: in locis ruderatis et collinis All: n. 959. Re fl: torin: I. 348. In arvis collium *Verbani* Biroli fl: acon: II. p. 16. In *Sardin*: ad margines agrorum Moris st: sard: I. p. 5.). Ann: Ubique culta ad usum officinarum et culinarem.

❄ 6. *S. arvensis* = L. sp: 935. = Spr: syst: II. 913. = Engl: bot: t. 1748. Ic: taur: vol. 9. t. 64. (*Eur*: fere omni. *Pedem*: in arvis vulgatissima All: n. 957. Re fl: segus: p. 57. et fl: torin: I. p. 348. In arvis *Lumellinæ* Biroli fl: acon: II. p. 17. *Sardin*: ad vias et in arvis Moris st: sard: I. p. 5. *Genuæ* in collibus supra *Oreggina* et *Lagazzo*, et in herbidis *all'Aquasola* Bertol: am: ital: p. 166.). Ann: Pedicelli 2-lin: longi, siliquæ multiangulares pollicares brevi rostratæ; stigma capitato-sub-2-lobum.

7. *S. Allionii* = Jacq: h: vindeb: 2. t. 168. (*Ægypt*:). Ann: Siliquæ pedicellis 2-3-longiores ovato-oblongæ

compressiusculæ; stigma capitatum; in specim: meis folia summa sunt *subintegra*.

✻ 8. *S. incana* = L. am: acad: 4. p. 281. = Spr: syst: II. 913. = Jacq: h. vindeb: t. 169. (*Eur*: austr: In rupibus mari proximis *del Lazaret*, *Villafrancæ Nicæensis* legit Risso sec: Balb: misc: bot: p. 34. In *Sardin*: ad vias frequens Moris st: sard: I. p. 5.). Bienn: Pedicelli brevissimi; siliquæ 2-3-lin: longæ, rostro 1-lin: longo; stigma minimum sub-capitatum.

†† *Siliqua pubescente* seu *hispida*.

✻ 9. *S. alba* = L. sp: 933. = Spr: syst: II. 913. = Lam: ill: t. 566. (*Eur*: med: et austr: *Pedem*: aggeres et ruderata inhabitat locis pinguibus præsertim in agro *Nicæensi* All: n. 958. *Sardin*: ad sepes *Iglesias*, *Sarrabus* Moris st: sard: I. p. 5.). Ann: Pedicelli patentes siliquam subæquantes; rostrum siliqua paullo longius *stigmate crassiusculo* terminatum quod deest in icon: Lam: ceterum optima. Culta in hortis ad usum culinarem uti *S. nigra* n. 5. Huc pertinet juxta opinionem cl: Spr: *S. foliosa* W., quam Candolleus distinxit quin fructus vidisset (syst: II. 622.); specim: mea ex plantis cultis in H. B. T. enatisque e seminibus missis a W. non distinguuntur a *S. alba* nisi habitu humiliori. Huc pariter referenda *S. chelidoniifolia* Mart: a Steud: enumerata cum dubitationis signo, et ab Auctoribus omissa, quam possideo ex hb: Bellardi a Pasqual missam, quamque non video differre nisi foliis profundius sectis.

10. *S. hispida* = Schoursb: maroc: p. 182. (*Mauritan*:, *Teneriffa*, *Hispan*:). Ann: Priori valde affinis; siliquæ angustiores; rostra breviora. Non confundenda cum *S. hispida* Balb: misc: quæ pertinet vel ad *S. arvensem* sec: eundem auctorem misc: alt:, vel ad *S. orientalem* sec: DC. syst: II. 616. = 11. *S. dissecta* = Lag: cat: h. madr: 1816. p. 20. (*Hispania*; *Sardin*: ad sepes et inter segetes Moris st: sard: I. p. 5.). Ann: Pedicelli fructiferi patuli siliquam subæquantes; rostrum siliqua paullo longius; stigma subsimplex. Variat sec: DC. siliquis *glabris* vel *hispidulis*; in specim: meis ex plantis cultis in H. Ripul: siliquæ omnes sunt *hispidæ*, rostrum *glabrum*; insuper foliorum laciniæ potius *ovato-oblongæ* quam *lineares* uti in descriptionibus Auctorum. = 12. *S. heterophylla* = Lag. l. c. (*Hispania* circa *Madritum*). Bienn: Pedicelli vix lin: longi cum siliquis teretibus semipollicaribus rachi adpressi; rostrum breve; stigma minimum sub-capitatum.

❀? 13. *S. orientalis* = L. am: acad: 4. p. 280. = Spr: syst: II. 616. = Schkuhr: haudb: I. p. 264. t. 186. (*Oriente*, *Eur*: med: et austr: In *Pedem*: circa *Breglio* loco dicto *Mauriana* Balbis: misc: p. 33. sub *S. hispida* sec: DC.). Ann: Planta mihi admodum dubia; habitu ad *S. arvensem* n. 6. accedere videtur uti existimavit Balbisius ipse in misc: alt:, sed folia evidentius *pinnatisecta*, siliquæ *hispidulæ* nec *glabræ*, et *ampliores*. Nec perfecte quadrat cum characteribus *S. orientali* ab Auctoribus tributis; siliquæ enim in specim: meis non prorsus *erectæ* sed *subpatulæ*, folia superiora etiam *pinnatisecta*, nec simpliciter *incisa*,

vel ad *lobum terminalem fere reducta*; ex rostro et stigmate nil certi statui potest, nam in diverso individuo eiusdem stirpis, immo quandoque in eodem variant longitudine et forma. Cons: Gussone pl: rar: p. 280. circa *S. arvensem.*

14. *S. pubescens* = L. mant: 95. (*Sicil*: et *Hispan*:). Perenn: Pedicelli 2-lin: longi; siliquæ teretes vix pedicellos superantes; rostrum siliqua paullo brevius stigmate evidenter capitato-bilobo terminatum.

*Sinapes dubiæ.*

15. *S. retrohirsuta* = Besser sec: Steud: ? Omissa a DC. et Spr: In specimine unico ex hb: Bellardi sine ulla indicatione a Balbisio inscripto sequentia observantur: *Caulis* pedalis parce ramosus glaber substriatus purpurascens. *Folia* glabra, inferiora petiolata sub-lyrata lobo supremo ovato sinuato dentato, superiora sessilia ovato-oblonga dentata. *Racemi* terminales erecti post anthesim fere palmares; pedicelli inferiores bracteati, superiores nudi filiformes 1-2-lin: longi, glabri. *Sepala* patentia flavida. *Petala* flava unguibus calycem superantibus. *Siliquæ* erectæ teretiusculæ tenues sub-torulosæ hispidiusculæ vix pollicares; rostrum 2-lin: longum, lineare, substriatum stigmate parvo capitato-compresso apiculatum. Patria?

L. Moricandia DC. syst: II. 626. = *Brassicæ* sp: L. = Desf: atl: II. t. 164. pro *M. teretifolia* sub *Brassica* (Inter *Brassiceas* DC.)

» *Cal*: clausus basi saccatus. *Pet:* integra obovata.

» *Stam*: edentula. *Siliq*: compresso - tetragona stylo » compresso-conico apiculata. *Sem*: 2-serialia subalata. » *Cotyl*: conduplicatæ. »

*Obs*: Genus hinc *Brassicæ* inde *Diplotaxidi* affine, a priori diversum *seminibus 2-serialibus*, ab altero *calyce clauso saccato*, floribusque *purpurescentibus*, constans 3. speciebus ex DC. et Spr:

✻ 1. *M. arvensis* = DC. syst: II. 626. = Spr: syst: II. 914. = Bocc: sic: p. 49. t. 25. f. 3. et 4. sub *Brassica*. Ic: taur: vol. 25. t. 33. (*Eur*: austr:, *Afr*: bor: *Pedem:* circa *Alassium* et *Nicæam* frequens sec: DC. Ad vias et muros hortorum circa *Ventimiglia* All: n. 966. sub *Brassica*). Bienn: vel perenn: basi suffruticosa. Flores violacei ampli; pedicelli fructiferi 3-lin: longi; siliquæ erectæ tenues 2-pollicares; stylus brevis crassiusculus stigmate subsimplici.

LI. Diplotaxis DC. syst: II. 628. = *Brassicæ*, *Sisymbrii*, et *Sinapis* sp: Auctor: (Inter *Brassiceas* DC.)

» *Cal*: patens basi æqualis. *Pet*: ovalia. *Stam*: eden- » tula. *Siliq:* compressa stylo conico apiculata. *Sem*: » 2-serialia ovata. *Cotyl*: conduplicatæ. »

*Obs*: Nomen generis ex duplici seminum ordine fallax; character enim communis cum aliis *Cruciferarum* generibus; species 14 - 15. ex DC. et Spr: in 2. sectiones divisæ respectu fructus *penduli* vel *erecti*.

✻ 1. *D. muralis* = DC. syst: II. 634. = Spr: syst: II. 914. = Engl: bot: t. 1090. sub *Sisymbrio*. Ic: taur: vol. 25. t. 58. sub *Sisymbrio* (*Anglia*, *Eur*: med: In agro *Nicæensi* secus arva frequens All: n.

1002. *Sardin*: in aridis apricis Moris st: sard: I. p. 4.). Ann: vel bienn: Pedicelli subpatentes siliquam erectam subæquantes; stylus vix 1-lin: longus stigmate capitato coronatus. Huc ne pertinet *Sisymbrium Barrelieri* All: 1005? Non videtur ex synonymia, sed in planta nullum inveni discrimen nisi statura minori: patria ab Allionio indicata eadem; ex quibus potius censeo speciem Auctoris nostri esse *S. Barrelieri* Thuill: non L. (*Diplotaxis muralis* var: γ minor).

❋ 2. *D. viminea* = DC. syst: II. 635. = Spr: syst: II. 915. = Bocc: sic: 19. t. 10. sub *Sisymbrio* (*Gallia*, *Italia*. *Pedem*: circa *Sospitellum* All: 1004. sub *Sisymbrio*). Ann: Pedicelli erecti, inferiores siliquam subæquantes, hinc gradatim breviores; siliqua latior, stylus brevior quam in priori.

❋ 3. *D. tenuifolia* = DC. syst: II. 632. = Spr: syst: II. 915. = Engl: bot: t. 525. sub *Sisymbrio*. Vern: *Aruga gentil* (*Eur*: passim. In *Pedem*: nihil frequentius ad muros collinis locis All: n. 1000. Re fl: torin: I. p. 343. In *Sardin*: ruderatis et ad vias Moris st: sard: I. p. 4.). Perenn: Pedicelli subpatentes 4-5-lin: longi, insuper siliquæ sæpius pedicellis propriis brevissimis instructæ, et cum iis erectæ, pollicares et ultra; stigma varium; planta polymorpha et facile cum aliis confundenda; habitus tamen proprius.

❋ 4. *D. erucoides* = DC. syst: II. 631. = Spr: syst: II. 915. = Jacq: h. vindeb: t. 170. sub *Sinapi* (*Eur*: austr:, *Afr*: bor:, *Mesopotamia*. In olivetis *Nicæensibus* primo vere frequens Balb: addit: p. 92. sub *Sinapi*. In *Sardin*: arvis et ad vias vulgatissima Moris

st: sard: I. p. 4.). Ann: Pedicelli semipollicares; siliquæ vix pollicares latiusculæ maturæ patentissimæ juniores suberectæ; stigma 2-lobum.

5. *D. hispida* = DC. syst: II. 630. (*Ægypt*:). Ann: Undique hispida; siliquæ pedicellis longiores; sessiles dicit DC., breviter pedicellatas Spr: Specim: mea ex *Ægypto* pedicellos gerunt siliquis duplo breviores.

LII. Erucaria Gaertn: fr: II. p. 298. t. 143. f. 9. = *Buniadis*, *Sinapis*, *Brassicæ* etc. sp: Auctor: (Inter *Erucarieas* DC.)

» *Cal*: erectus basi æqualis. *Pet*: obovata. *Stam*: » edentula. *Siliq*: teres 2-articulata, articulo inferiori » 2-valvi seminibus pendulis, superiori 2-valvi se- » minibus erectis stylo filiformi vel stigmate sessili » apiculata. *Cotyl*: spiratim convolutæ. »

*Obs*: Genus constans spec: 5. ex DC., 7. ex Spr: a variis generibus ademptis; habitus tamen proprius.

1. *E. aleppica* = Gaertn: l. c. (Insul: maris *Ægei*, *Asia* min:, *Syria*, *Ægypt*:). Ann: Siliquæ articulus inferior 3-4-spermus, superior monospermus stylo filiformi erecto 1-2-lin: longo terminatus; in ic: Gaertn: stylus est arcuatus; ego erectum semper observavi.

LIII. Morisia Colla H. Ripul: app: IV. p. 50. ex Gay in litt: = *Sisymbrii*, *Rapistri*, et *Erucariæ* sp: Auctor: (Inter *Anchonieas* DC. sec: Gay.)

» *Cal*: eretiusculus basi 2-gibbosus. *Pet*: spathulata » emarginata. *Stam*: edentula. *Siliq*: (*Silicula* Gay) » 2-articulata, articulo inferiori depresso polyspermo » tardius dehiscente seminibus subpendulis; supe-

» riore ovoideo 1-spermo indehiscente semine erecto.
» *Stylus* subulatus. *Cotyl*: incumbentes ovato-oblongæ,
» altera utrinque plana, altera crassior hinc plana,
» illinc convexa. »

*Obs*: Genus a cl: Gay illustri Morisio nostro dicatum, modo constans unica specie ab *Erucariis* rite adempta præsertim ob calycem 2-*gibbosum* nec *æqualem*, et *cotyledonum* formam: habitus etiam prima facie distinguitur a ceteris hujusce familiæ generibus.

1. *M. hypogæa* = Colla l. c. (*Corsic*: circa *Bonifacium* Seraphino in litt: sec: Gay. In pascuis *Sardin*: med: Moris st: sard: I. p. 4. sub *Erucaria*). Ann: Cons: Colla l. c.

LIV. Heliophila Lin: gen: n. 816. = Lam: ill: t. 563. (Inter *Heliophileas* DC.)

» *Cal*: erectiusculus basi subæqualis. *Pet*: obovata.
» *Stam*: sæpe dentata. *Siliq*: compressa linearis vel
» moniliformis. *Sem*: 1-serialia pendula sub-alata.
» *Cotyl*: bis transverse plicatæ. »

*Obs*: Genus multiforme constans 47. spec: ex DC. inter quas 34. tantummodo a Spr: admissæ, omnes *Africam* australem colentes et admodum raræ in calidariis europæis; herbæ annuæ vel suffrutices facile dividendæ ex forma siliquæ.

† *Siliquæ moniliformes.*

1. *H. amplexicaulis* = L. fil: supp: 296. (*C. B. S.*). Ann: pusilla. Flores parvi violacei; stamina edentula; desunt siliquæ in specim: meis. = 2. *H. pendula* = W. sp: III. 529. (*C. B. S.*). Ann:

Gracilis 2-pedalis; flores mediocres flavescentes; stamina edentula; siliquæ sesquipedales, monilibus 10-12. monospermis. = 3. *H. lepidioides* = Link: enum: 2. p. 174. (*C. B. S.*). Ann: Ramosissima; racemi terminales vel oppositifolii 10-12-flori; flores minimi ex sicco albidi; pedicelli filiformes 1-lin: longi; siliquæ valde compressæ ovato-oblongæ (nec moniliformes) 2-3-lin: longæ, 1-latæ, subdiaphanæ 5-6-spermæ stylo brevissimo apiculatæ: semina minutissima orbiculata compressa haud marginata.

†† *Siliquæ lineares.*

4. *H. crithmifolia* = W. en: II. p. 682. (*Afr*: austr:). Ann: Vix palmaris; flores minimi violacei; pedicelli filiformes siliquam semipollicarem stylo brevi terminatam subæquantes: in specim: meis siliquæ non sunt revera *nutantes* sed vix *subcernuæ*.

Obs: geographica circa *Cruciferas*.

*Cruciferarum* species per orbem sparsæ sec: DC. sistunt numero . . . . . . . . . . . . . 1013

*Cruciferæ* pedemontanæ.

| | |
|---|---|
| *Neslia* | 1 |
| *Calepina* | 1 |
| *Myagrum* | 1 |
| *Crambe* | 1 |
| *Cakile* | 3 |
| *Coronopus* | 1 |
| *Bunias* | 1 |
| | 9 |

| | |
|---|---|
| N. R. | 9 |
| *Raphanus* | 2 |
| *Clypeola* | 1 |
| *Isatis* | 2 |
| *Biscutella* | 7 |
| *Peltaria* | 1 |
| *Lunaria* | 1 |
| *Alyssum* | 6 |
| *Petrocollis* | 1 |
| *Hutchinsia* | 4 |
| *Iberis* | 8 |
| *Tecsdalia* | 1 |
| *Lepidium* | 6 |
| *Æthionema* | 1 |
| *Farsetia* | 2 |
| *Vesicaria* | 1 |
| *Draba* | 5 |
| *Cochlearia* | 4 |
| *Thlaspis* | 6 |
| *Camelina* | 1 |
| *Nasturtium* | 5 |
| *Dentaria* | 3 |
| *Cardamine* | 9 |
| *Arabis* | 2 |
| *Turritis* | 2 |
| *Barbarea* | 2 |
| *Cheiranthus* | 1 |
| *Mathiola* | 5 |
| *Malcolmia* | 2 |
| *Hesperis* | 2 |
| | 102 |

| | |
|---|---|
| N. R. . . . | 102 |
| *Sisymbrium* . . . . . . . . . | 11 |
| *Erysimum* . . . . . . . | 6 |
| *Brassica* . . . . . . . | 7 |
| *Sinapis* . . . . . . . | 5 |
| *Moricandia* . . . . . . . | 1 |
| *Diplotaxis* . . . . . . . | 4 |
| | 136 |

Et sic *Cruciferæ* pedemontanæ decimam partem et ultra constituunt.

## Ordo XII.

### CAPPARIDEÆ

(Juss: gen: 242. = DC. Prodr: I. 237. = J. S. Hill: fam: nat: II. p. 1. t. 71.)

*Char: essent:*

» *Cal:* 4 - sepalus vel rarius profunde 4 - partitus.
» *Pet:* 4. cruciata. *Stam:* imo calyci inserta definita
» aut indefinita sæpius ordine quaternario multiplici
» disposita. *Ovar:* supra thecaphorum e toro ortum
» rarius sessile. *Styl:* 0. aut filiformis. *Fructus* sili-
» quosus vel baccatus 1-locularis rarissime 1-sæpius-
» polyspermus 2-valvis. *Sem:* intervalvaria exalbumi-
» nosa. *Embr:* incurvus. *Cotyl:* subincumbentes. »

*Obs*: Ordo hinc *Cruciferis* accedens staminum numero et fructu siliquæformi non tamen biloculari, inde *Rosaceis*, *Passifloræis* aliisque familiis, unde non admodum naturalis, exceptis *Cleomeis*, divisus in 2. Tribus sc: fructibus siliquæformibus valvis dehiscentibus (*Cleomeæ* DC.), fructibus subcarnosis indehiscentibus (*Cappareæ* DC.). Cons: A. S. Hill: et A. Moquin Taridon *Mém: sur la symétrie des Capparidés* in bull: univ: 1831. mai p. 179.

### Trib: I. (*Cleomeæ*)

I. Cleome Lin: gen: n. 1099. = Lam: ill: t. 567.

» *Cal*: 4-sepalus patens deciduus. *Pet*: 4. subscan-
» dentia basi nectarifera. *Stam*: 6. rarius indetermi-
» nata submonadelpha subinæqualia. *Capsula* sili-
» quæformis 1-locularis 2-valvis stipitata vel sessilis. »

*Obs*: Genus constans 53. spec: ex DC., 59. ex Spr:, inclusis tamen *Gynandropsidis* et *Polanisiæ* generibus habitu haud dissimilibus: divisiones ab Auctoribus statutæ ex staminum numero et insertione, forma tori, et stipitis præsentia, vel defectu in fructibus, nimis artificiales et sæpe fallaces. Plantæ omnes exoticæ, fruticosæ vel herbaceæ sæpe graveolentes, inter quas plures non satis determinatæ. Cons: tamen insigne opus Schultesii in R. et S. VII. p. 23. ad 51. ubi *Cleomes* species 88. definit.

† Hexandræ fructibus stipitatis.
(*Gynandropsis* et *Pedicellaria* DC.)

1. *Cl*: *triphylla* = L. sp: 938. (*Ind*: occid:, *Seneg*:).

Ann: Sub *Gynandropside* DC. = 2. *Cl: pentaphylla* = L. sp: 938. (*Ægypt:*, *Arab:*, *Indiis*). Ann: Priori affinis, sed differt præsertim foliis inferioribus et mediis quinatis, siliquis latiusculis. = 3. *Cl. gigantea* = L. mant: 430. (*Amer:* austr:). Frutesc: In H. Ripul: flores constanter *albos* nec *virides* refert. = 4. *Cl: spinosa* = L. sp: 939. (*Ind:* occid., *Brasil:*). Ann: Flores albidi magni: = 5. *Cl: flexuosa* = Dictr: Gartr: lexic: sec: R. et S. VII. 27. (Patria?). Herbacea. Omissa a DC. et Spr: concinne descripta fuit a Schult: l. c.: addendum tantum ex specim: meis a cl: Horn: missis siliquam esse compressam tecophoro duplo longiorem stylo 1-lin: longo et stigmate crassiusculo apiculatam.

†† Hexandræ siliquis subsessilibus.
(*Siliquaria* DC.)

6. *Cl: arabica* = L. sp: 939. (*Arabia*, *Afr:* bor:). Ann: Flores parvi albidi; siliqua compressa stylo 1-lin: longo apiculata. = 7. *Cl: violacea* = L. sp: 940. (*Lusitania*, *Amer:* austr: pro *Cl: deflexa* DC. sec: Spr:?). Ann: Flores parvi violacei; siliqua teres longissima. = 8. *Cl: aculeata* = L. syst: III. p. 232. (*Amer:* calid:). Ann: In specim: meis ex H. B. T. desunt flores; siliquæ maturæ sunt evidenter stipitatæ tecophoro 2-3-lin: longo, immaturæ autem subsessiles: ceterum quadrant cum descript: Auctorum.

††† Staminibus numero variis.
(*Cleomes*, et *Polanisiæ* sp: DC.)

9. *Cl: droseræfolia* = Delil: fl: ægypt: t. 36. f. 2.

(*Ægypt*:). Suffrut: Flores parvi tetrandri; siliquæ in specim: meis ex hb: Bellardi a Delil: missis sunt ovatæ 5-6-lin: longæ 2-3-latæ, hispidissimæ. = 10. *Cl*: *dodecandra* = L. sp: 932. excl: Sloan: syn: (*Ind*: orient:). Ann: Flores mediocres albidi 8-12-andri; siliquæ prorsus sessiles; jam culta in H. B. T. ex quo specim: mea. = 11. *Cl*: *viscosa* = L. sp: 938. (*Ind*: orient:). Ann: Flores mediocres luteoli 8-16-andri; siliqua sessilis in specim: meis non exacte *striata hirsuta*, sed pilis mollissimis glanduloso-viscosis tecta. Huc pertinet *Cl*: *icosandra* L. quæ sola varietas floribus icosandris. = 12. *Cl*: *uniglandulosa* = Cav: ic: 4. t. 306. (*Nov*: *Hispan*: ). Ann: Flores magni albi 8-16-andri in racemum terminalem laxum dispositi; desunt siliquæ in specimin: meis.

Trib: II. (*Cappareæ*)

II. Cratæva Lin: gen: n. 599. = Lam: ill: t. 395.

» *Cal*: 4-sepalus deciduus. *Pet*: 4. secunda rarius » nulla. *Stam*: dodecandra germinis tecophoro vel » toro inserta. *Bacca* stipitata corticata 1 - locularis » polysperma. »

*Obs*: Genus constans 12. spec: ex DC., 10. ex Spr: inclusa *Niebularia* non satis distincta ob solum petalorum defectum. Frutices exotici foliis sæpius trifoliatis.

1. *Cr*: *Tapia* = L. sp: 637. (Utraque *India*). In specim: meo ex Martio *Rio d'oro* in *Brasilia* lecto foliola sunt *ovata* nec tantum *acuta* sed *cuspidata*; stamina petala longe *superantia* nec iis *breviora* ut

in diagn: DC. Pr: I. 243. = 2. *Cr*: *fragrans* = Sims: bot: mag: t. 596. (*Sierra Leona*). Planta scandens; flores sub-corymbosi; petala albo-viridia longissima apice crispa stamina subæquantia. Cult: in H. Ripul: ubi floret 8.bre, 9.bre in calid.

III. Sodada Forsk: descr: 81. = Delil: fl: eg: 74. t. 26. = *Capparidis* spec: R. Br:

» *Cal:* 4-sepalus, sepalo superiore maximo conca-
» vo. *Pet:* 4. *Stam*: 8. *Bacca* stipitata 8-sperma. »

*Obs*: Genus vix a *Capparide* distinctum, immo cum ea nuper conjunctum a R. Br: et Spr: c. p. 147. 204., constans unica stirpe (*S. decidua* Forsk: l. c.) ægyptiaca, fruticosa, subaphylla, spinis stipularibus subuncinatis rubescentibus, pedicellis plurimis axillaribus nutantibus, floribus rubris. Specim: ex Savi sine fructu.

IV. Capparis Lin: gen: n. 567. = Lam: ill: t. 446.

» *Cal*: 4-partitus sepalis æqualibus vel inæqualibus
» aut basi gibbosis. *Pet*: 4. *Stam:* polyandra. *Siliq*:
» sub-baccata stipitata raro dehiscens. »

*Obs*: Genus constans 116. spec: ex DC., 85. tantum ex Spr: fere omnibus exoticis, forsan in 2 genera, interim in 2 sectiones dividendum ex forma fructus. Frutices spinosi vel inermes foliis simplicibus integris.

† *Fructibus oblongis sub-baccatis indehiscentibus.*

❉ 1. *C. spinosa* = L. sp: 720. = Spr: syst: II.

572. = Blackw: herb: t. 417. Ic: taur: vol. 8. t. 31. (*Eur*: austr:, *Afr*: bor: In *Pedem*: colitur; ad vetustos muros, et spontanea crescit *Nicææ* All: n. 1069. In insula *Matre* ex *Borromæis* sponte crescit sec: Biroli fl: acon: I. p. 178. In rupestribus *Cagliari* Moris st: sard: I. p. 6. ). Variat stipulis abortivis, ex quo fit inermis: an varietas hæc quæ magis frequens penes nos eadem ac *C. rupestris* Sm: ? Ita opinor cum cl: Spr:; nam specim: mea sub hoc nomine accepta non differunt a nostra *C. inermi*; immo quadrant etiam cum planta nicæensi, quam cl: Risso pro *C. ovata* Desf: ( *C. Fontainesii* DC. ) habuit; folia enim non *cordato-ovata acutiuscula*, sed *subrotunda retusa*.

2. *C. ægyptia* = Lam: dict: I. p. 605. ( *Ægypt*:, *Creta*). Spinæ stipulares uncinatæ reflexæ rubescentes; folia subretusa sæpius mucronata cinarescentia ut tota planta. = 3. *C. frondosa* = Spr: syst: II. 574. ex Jacq: (*Ind*: occid:, *Amer*: austr:). In specim: meo ex Balbisio folia sunt potius *elliptica* quam *lanceolata* uti in diagnosi DC.; in ceteris quadrant.

†† *Fructibus siliquæformibus sæpe dehiscentibus.*

4. *C. cynophællophora* = L. sp: 721. (*Caribæis* et *Amer*: calid:). Specim: ex Bertero habet caulem flexuosum, folia superne *lucida*, inferne *sub-rubiginosa*, apice evidenter *retusa*, quæ omissa in phras: DC. et Spr: = 5. *C. Breynia* = L. sp: 721. ( *Ind*: occid: ). Specim: ex H. Ripul:

*Capparides dubiæ.*

6. *C. Goo* = Mart: hb: ? ( *Brasilia*). Specim: sub

hoc nomine communicatum a cl: Martio habet *caulem* tetragonum glabrum; *folia* elliptica brevi petiolata, 2-3-poll: longa 1-lata, basi inæqualiter subcordata, apice mucronulo crassiusculo terminata, integerrima, coriacea, superne nitida, inferne ramosque juniores albido-tomentosos, nervosa nervis subtus valde prominulis, reticulato-venosa. *Inflorescentia* non apparet, unicum enim extat alabastrum e planta disjunctum; hoc autem est brevi pedicellatum, undique tomentosum, subquadratum, ac refert sepala 2-lin: longa acutiuscula concava per æstivationem valvata marginibus subrevolutis. An igitur collocanda in sect: IV. (*Quadrella* DC. Pr: I. 251.) prope *C. furfuracam* R. et P. cui ex descriptione affinis videtur?

Obs: geographica circa *Capparideas*.

*Capparidearum* species per orbem sparsæ ex DC. sistunt numero . . . . . . . 231

*Capparideæ* pedemontanæ.

*Capparis* . . . . . . . . 1

## Ordo XIII.

### FLACOURTIANEÆ

(Rich: in mem: mus: I. p. 366. = DC. Prodr: I. 255.
= *Tiliaceæ* Juss: pro *Flacourtia*,
*Euphorbiaceæ* pro *Kigellaria*, *incertæ sedis*
pro *Melycitis* generibus.)

*Char: essent:*

» *Cal*: 4-7-sepalus vel 4-7-profunde partitus. *Pet*: » numero æquali sepalis alterna, rarius o. *Stam*: thalamo inserta petalis numero æqualia aut multiplicia » quandoque in squamulas mutata. *Ovar*: liberum » sessile vel substipitatum. *Styl*: o aut filiformes tot » quot ovarii valvulæ. *Fructus* 1-locularis carnosus » indehiscens vel capsularis 4-5-valvis pulposus. *Sem*: » fructus valvis adfixa. *Album*: carnosum. *Embr*: re- » ctus. *Flores* hermaphroditi vel 1-sexuales. »

*Obs*: Ordo parum naturalis constans generibus ad varias classes Linnæanas et varios Jussieui ordines pertinentibus, pluribus novis, omnibus æquatorialibus et in calidariis europæis rarissimis; characteres incerti et fallaces, si excipias *semina areolatim parietalia*, qua nota, monente DC., ab omnibus dicotyledoneis distinguitur.

I. Flacourtia L'Herit: stirp: 59. = Lam: ill: t. 826.

» Flores dioici. Masculi. *Cal*: sub-5-partitus deci- » duus; *cor*: o; *stam*: plurima supra torum hemis- » phæricum dense congesta. Foeminei. *Cal*: et *cor*:

» masculi; *stigm*: sessile radiatum; *bacca* multilocu-
» laris, loculis 2-spermis; *sem*: ossea. »

*Obs*: Genus modo constans 7. spec: omnibus fruticosis.

1. *Fl: Ramontshi* = L'Herit: stirp: 59. (*Madagascar*). Cult: in H. Ripul: ubi læte floret; sed sola individua mascula possideo; baccam non vidi, quæ dicitur rubro-violacea figura et sapore *Pruni domesticæ*. = 2. *Fl*: *rhamnoides* = Burch: cat: afr: austr: n. 4012. (*C. B. S.*). Cult: in H. Littæ; specim: ex Tagliabue sine fructu non videtur differre a priori nisi foliis subserratis, et floribus dimidio minoribus.

II. Kiggelaria Lin: gen: n. 1128. = Lam: ill: t. 821.

» Flores dioici. Masculi. *Cal*: 5-partitus; *pet*: 5.
» ad unguem glandulas 3-lobas gerentia; *stam*: 10-20.
» antheris apice perforatis. Foeminei. *Cal*: et *cor*: ma-
» sculi; *styli* 2-5; *caps*: 1-locularis, 5-valvis, po-
» lysperma. »

*Obs*: Genus ad *Terebinthaceas* amandatum a Spr:, constans spec: 2. ex DC.

1. *K. africana*. = L. sp: 1466. (*Afr*: austr:). Cult: in H. Ripul: Huc refert cl: Spr: *K. integrifoliam* Jacq: quam habet pro sola varietate; sed præsentia staminum 20. non 10., stylorum 2. tantum nec 5., demum margò foliorum *integerrima* nec *serrata*, characteres sat validi videntur, ut pro distincta specie admittatur.

Obs: geographica circa *Flacourtianeas*.

*Flacourtianearum* species per orbem sparsæ sistunt ex DC. numero . . . . . . . 25

*Flacourtianeæ* pedemontanæ . . . . . 0

## Ordo XIV.

### BIXINEÆ

(Kunth: malv: p. 17. = DC. Prodr: I. 259.
= *Tiliacearum* et *Rosacearum* genera Juss: )

*Char: essent:*

» *Cal*: 4-7-sepalus vel 4-7-partitus. *Pet*: 5. vel 0.
» *Stam*: polyandra. *Ovar*: superum sessile 1-loculare.
» *Styl*: 1. simplex aut 2-4-fidus. *Fructus* capsularis
» vel baccatus 1-locularis polyspermus. *Sem*: placen-
» tis parietalibus adfixa. *Album*: carnosum aut te-
» nuissimum. *Embr*: inclusus suberectus *radicula* hi-
» lum spectante. »

*Obs*: Ordo paucis generibus exoticis constans inter se valde dissimilibus fructificatione et habitu. Arbores aut frutices.

I. Bixa Lin: gen: n. 654. = Lam: ill: t. 469.

» *Cal*: 5-partitus coloratus laciniis extus basi glan-
» dulosis. *Pet*: 5. obovata. *Caps*: 1-locularis 2-valvis
» extus setoso-hispida. *Sem*: 8-10. farina colorata in-
» volutis. »

*Obs*: Genus *Tiliæ* valde affine etiam habitu, a qua differt præsertim receptaculo in mediis valvis non prominulo, et fructu 1-loculari.

1. *B. Orellana* = L. sp: 830. (*Amer*: calid.). Cult: in H. Ripul:

II. Azara R. et P. fl: per: prodr: 79. t. 36.

» *Cal*: 4-6-partitus. *Pet*: o. *Stam*: multa abortiva.
» *Antheræ* 2-loculares. *Bacca* stylo apiculata 1-locu-
» laris polysperma. »

*Obs*: Genus constans 3. spec: fruticosis in *Chili* detectis; folia in omnibus geminata inæqualia; flores fragrantes.

1. *A. dentata* = R. et P. syst: p. 138. (*Chili*). Specim: perfectum ex Bertero in *Rancagua* lectum folia habet omnia elliptica interrupte dentata subtus tomentosa; flores in axillis umbellatos; umbellas multifloras; pedicellos 2-lin: longos, calycesque tomentosos; stamina numerosissima quorum nonnulla tantum abortiva.

Obs: geographica circa *Bixineas*.

*Bixinearum* species per orbem sparsæ ex DC. sistunt numero . . . . . . . . 22

*Bixineæ* pedemontanæ . . . . . . 0

## Ordo XV.

### CISTINEÆ

( Juss: gen: 294. = DC. Prodr: I. 294.
= S. Hill: fam: nat: II. p. 98. t. 89.)

*Char: essent:*

» *Cal*: 5-sepalus sæpius inæqualis. *Pet*: 5. fugacia.
» *Stam*: polyandra. *Ovar*: liberum. *Styl*: 1. *Stigm*:
» simplex. *Caps*: 3-5-rarius 10-valvis 1-vel-multi-
» locularis. *Sem*: parietalia plurima. *Album*: farino-
» sum. *Embr*: spiralis vel curvus. »

*Obs*: Ordo *Tiliaceis* affinis pro *Cisto* et *Helianthemo* ad Polyandriam monogyniam pertinentibus, satis naturalis; pro aliis generibus valde artificialis. Suffrutices aut herbæ foliis simplicibus.

I. Cistus Lin: gen: n. 913. = Lam: ill: t. 477. f. 2. 3.

» *Cal*: sepalis 2. externis inæqualibus vel nullis.
» *Pet*: æqualia. *Stam*: sæpe e disco glanduloso ex-
» serta. *Caps*: calyce obtecta 5-10-locularis, 5-10-
» valvis ( embryo spiralis Gaert: ). »

*Obs*: Genus constans 28. spec: ex DC., 26. ex Spr: in 2 sectiones commode divisum inspecta magnitudine sepalorum exteriorum, colore petalorum, et loculorum numero. Frutices vel suffrutices.

† *Sepala externa angustiora, petala plus minusve interne purpurea, capsulæ 5-loculares* (Erythrocistus *DC.*)

1. *C. heterophyllus* = Desf: fl: atl: I. p. 411. t. 104. (*Afr*: bor:). Sepala externa vix minora, omnia villosissima: petala magna, rosea sec: Desf:, ex sicco atropurpurea; folia rugoso-venosa venis subtus valde prominulis, quod non refert ico Fontainesii ceterum optima.

✻ ? 2. *C. parviflorus* = Lam: dict: II. p. 14. = Spr: syst: II. 584. = Ico? (*Creta*. Agro *Nicæensi*?). Sepala externa vix minora, omnia villosa; petala calyce paullo longiora ovato-lanceolata rosea; in scheda specim: mei ex Balbisio ita inscripsit cl: Bellardi « similia specimina legi in monte *Albano* inter *Nicæam* et *Villafrancam*. »

3. *C. creticus* = L. sp: I. 738. (*Creta*, *Asia* min:, *Tauria*). Sepala externa vix minora, omnia villosiuscula acuminata; petala amplissima ex purpureo rosea. Variat foliis planis nec undulatis (*C. tauricus* γ DC.); specim: meum ad hunc pertinet.

✻ 4. *C. incanus* = L. sp: 737. = Spr: syst: II. 585. = Clus: hist: I. p. 69. c. icon: Ic: taur: vol. 7. t. 38. (*Eur*: austr: In comit: *Nicæensi* non infrequens All: n. 1656.). Sepala villoso-rugosa sub-cordata acuta subæqualia; petala ampla obcordata concava purpurea.

✻ 5. *C. crispus* = L. sp: 738. = Spr: syst: II. 585. = Cav: ic: 2. p. 57. t. 174. (*Eur*: austr: In comit: *Nicæensi* All: n. 1659.). Sepala lanuginosa

lanceolata subæqualia; petala purpurea obovata calycem paullum superantia.

✻ 6. *C. albidus* = L. sp: 737. = Spr: syst: II. 585. = Clus: hist: I. p. 68. c. icon: Ic: taur: vol. 16. t. 105. (*Gallia narbonensi, Hispan:, Lusitan:* In agro *Nicæensi* ad rupes aridas et in incultis maritimis *Uneliæ* All: n. 1658. Prope *Broglio* invenit Re. In *Sardin:* sylvis Moris st: sard: I. p. 6.). Sepala exteriora sub-tomentosa longiora (an ideo ad sectionem sequentem referendus? sed petala haud albida), interiora acuminata. Petala purpurea subcrenata ovata calyce duplo ampliora.

7. *C. vaginatus* = Ait: h. Kew: 3. p. 304. (*Teneriffa*). Sepala exteriora minora villosiuscula; petala purpurea basi lutescentia amplissima apice sub-emarginata.

†† *Sepala externa majora vel nulla, petala albida; capsulæ* 5-10-*loculares* (Ledonia *DC.*)

8. *C. ladaniferus* = L. sp: 737. (*Hispan:, Lusitan:*). Sepala 3.; corolla magnitudine *Papaveri somniferi*; ovarium torulis 10.

✻ 9. *C. monspeliensis* = L. sp: 737. = Spr: syst: II. 585. = Jacq: coll: 2. t. 8. Ic: taur: vol. 17. t. 90. (Ad litor: maris *mediterranei.* Frequens in aridis incultis et saxosis comitatus *Nicæensis* circa *Villafrancam* et *Berra* All: n. 1654. In *Sardinia* vulgatissimus ubique Moris st: sard: I. p. 6.). Sepala 5.

✻ 10. *C. laurifolius* = L. sp: 736. = Spr: syst: II. 585. = Clus: hist: I. p. 78. f. 1. Ic: taur: vol. 16. t. 18. (*Gallia* austr:, *Hispan: Pedem:* in collibus

circa *Bistagno* unde in H. B. T. illatus est All: n. 1653.). Sepala 3.; capsulæ 5-loculares.

11. *C. laxus* = Ait: h. Kew: 3. p. 305. (*Hispan:*, *Lusitan:*). Sepala 5. Huc referunt DC. et Spr: *C. capensem* L. quem W. dixerat affinem, at floribus rubris; specim: possideo utriusque stirpis et nullum discrimen invenio, nisi in flore *C. capensis* paullo minori et ex sicco rubescenti; capsulas maturas non vidi.

✻ 12. *C. salvifolius* = L. sp: 738. = Spr: syst: II. 586. = Clus: hist: I. p. 70. c. icon: Ic: taur: vol. 28. t. 80. (*Eur:* austr: In agro *Nicæensi* ad rupes aridas, nec non in provincia *Aquensi* et *Astensi* circa *Canale* et *la Montà* All: n. 1655. Copiosissime in aridis rupibus *di Condove* Re fl: segus: p. 44. In sylvis et pascuis *Sardin:* frequens Moris st: sard: I. p. 6.). Sepala 5.; capsulæ 5-loculares. Huc pertinere videtur *C. medius* All: fl: pedem: n. 1657. ex Pourr:, in agro *Nicæensi* lectus ceu liquet ex synon: et floribus quos All: dicit ochroleucos. Plantam non vidi; an *C. salvifolius* var: γ DC. Prodr: I. 265. n. 16?

13. *C. hirsutus* = Lam: dict: II. p. 17. (*Armoracia*, *Hispan:*). Sepala 5.; capsulæ desunt in specim:

= 14. *C. populifolius* = L. sp: 736. (*Mauritania* var: α, *Gallia* austr:, *Hispan:*, *Lusitan:* var: β). Sepala 5.; petala alba margine purpurascentia; stamina lutea; folia juniora albido-tomentosa, dein viridia glabra; in var: α pedunculi et calyces sunt hirsuti, in β sub-glabri; specim: meum pertinet ad primam.

II. Helianthemum Tourn: instit: 248. = Gaertn: fruct: I. p. 371. t. 76. = Lam: ill: t. 477. f. 1. = *Cisti* sp: L.

» *Cal*:, *pet*: et *stam*: *Cisti*. *Stylus* nunc rectus sub-
» nullus vel stamina æquans vel iis longior, nunc
» basi inflexus. *Caps*: 1-locularis 3-valvis. *Sem*: val-
» vis plerumque adfixa (*Embryo* uncinato-inflexus
» Gaertn: ). »

*Obs*: Habitus *Cisti*, a quo differt præsertim fructus structura; species numerosissimæ sc: 124. ex DC., 105. ex Spr: in plures sectiones haud naturales divisæ; commodior videtur illa, quæ a longitudine et directione styli deprompta fuit. Herbæ, frutices, vel suffrutices.

† Stylo recto abbreviato
(*Halimium*, *Lecheoides* et *Tuberaria* DC.)

1. *H. umbellatum* = Mill: dict: n. 5. (*Sicil*:, *Gallia* austr:, *Hispan*:, *Lusitan*:). Suffrut: Flores parvi luteoli; calyx 3-sepalus; stylus staminibus dimidio brevior. = 2. *H. alyssoides* = Vent: choix t. 20. (*Hispan*:, *Gallia* occid:). Suffrut: Flores mediocres lutei; calyx 3-sepalus; stylus subnullus; stigma magnum. = 3. *H. halimifolium* = W. en: 569. (*Hispan*:, *Lusitan*: *Sardin*: in arenosis maritimis *Sulcis* Moris st: sard: I. p. 6.). Frutic: Flores mediocres lutei sæpius atro-sanguineo maculati; calyx 5-sepalus, 2. externis angustissimis; rami superni in specim: meis ex plantis in H. B. T. cultis *leproso-rubri*, non *leproso-albidi* uti in diagn: DC.

✱ 4. *H. Tuberaria* = Mill: dict: 10. = Spr: syst:

II. 587. = Cav: ic: I. p. 65. t. 67. sub *Cisto* (*Eur*: austr: In comit: *Nicæensi* locis sterilibus et rupestribus quandoque occurrit; frequentius circa *Nicæam* All: n. 1666. *Sardin*: in collibus aridis *Oliastra* Moris st: sard: I. p. 6.). Perenn: Flores mediocres lutei; calyx 5-sepalus, 2. externis majoribus nitidis; stylus subnullus.

❋ 5. *H. guttatum* = Mill: dict: n. 18. = Spr: syst: II. 587. = Cav: ic: 2. p. 57. t. 57. f. 1. pro var: *β serrato*. Viv: fragm: 13. t. 14. f. 1. pro var: *acuminato*. Ic: taur: vol. 20. t. 45. pro var: *α Columnæ* (*Eur*: med: In pascuis siccis sterilibus *Nicæensibus*, *Liguriæ*, *Montisferrati*, *Canapiciensibus*, similibusque locis secus flumen *Ticinum* copiosissime All: n. 1667., Biroli fl: acon: I. p. 181. In aridis prope *la Molinetta*, *Venariam*, inter *Alpinianum* et *Ripulas* Re fl: torin: I. 279. In *Sardin*: pascuis et ad vias Moris st: sard: I. p. 6.). Ann: Flores mediocres; calyx 5-sepalus 2. externis dimidio brevioribus; petala lutea sub-integra plus minusve basi maculata; stylus subnullus. Varr: plurimæ ex DC. Prodr: I. 271.

6. *H. punctatum* = W. en: 570. (*Gallia* occid:). Ann: Priori valde affine, et vix diversum foliis *stellato-pubescentibus*, nec reapse *hirsutis*. Ceteri characteres ab Auctoribus laudati occurrunt sæpe in varr: *guttati*. = 7. *H. rosmarinifolium* = Pursh fl: bor: am: 2. p. 364. non *Cistus rosmarinifolius* All: (*Amer*: bor:). Herbac:, tomentosum. Flores parvuli; calyx 5-sepalus 2. externis linearibus angustis; petala diluto-lutea; stylus subnullus.

†† Stylo recto staminibus æquali vel longiore (*Macularia*, et *Brachypetalum* DC.)

❀ 8. *H. lunulatum* = DC. fl: fr: 4. p. 816. = Spr: syst: II. 588. = All: auct: p. 30. t. 2. f. 3. sub *Cisto* (Abunde in montibus supra *Ormea*, in jugis *la Raschiera*, extrema valle *di Pesio*, uti etiam in montibus supra *Limone* All: l. c.). Suffrut: humile. Flores mediocres pulchelli; calyx 5-sepalus 2. externis linearibus; petala lutea lunata croceo versus unguem notata.

9. *H. niloticum* = Pers: ench: II. p. 78. (*Eur*: austr:, *Ægypt*: In *Sardin*: pascuis collinis Moris st: sard: I. p. 6.). Ann: Flores parvi; calyx 5-sepalus 2. externis minutis; petala lutea calyce breviora.

❀ 10. *H. ledifolium* = W. en: 571. = Spr: syst: II. 589. = Lob: ic: 2. p. 118. Ic: taur: vol. 17. t. 91. f. 1. et vol. 18. t. 73. (*Gall*: austr:, *Lusitan*: In comit: *Nicæensi* All: n. 1668. sub *Cisto*). Ann: Priori valde affine.

❀ 11. *H. salicifolium* = Pers: ench: II. p. 78. = Spr: syst: II. 589. = Seg: ver: 3. t. 6. f. 3. (*Hispan*:, *Gall*: austr: In comit: *Nicæensi* All: n. 1669. sub *Cisto*. In ericetis *Ticini* Biroli hb: non fl: acon:? In *Sardin*: apricis collinis Moris st: sard: I. p. 6.). Ann: Flores mediocres lutei; calyx 5-sepalus sepalis externis minutis.

12. *H. ægyptiacum* = Mill: dict: n. 23. (*Afr*: bor:, *Hispan*: In *Sardin*: mediæ collinis aridis Moris st: sard: I. p. 6.). Ann: Calyx 5-sepalus sepalis externis angustissimis brevissimis, internis inflatis petala lutea lanceolata brevissima includentibus.

††† Stylo basi inflexo (*Heriocarpium*, *Fumana*, *Pseudocistus*, et *Euchelianthemum* DC.)

13. *H. Lippii* = Pers: ench: II. p. 78. (*Ægypt*:). Suffrut: Calyx 5-sepalus pubescens costatus, 2. externis minutis linearibus; petala flava calycem vix excedentia = 14. *H*: *cairicum* = Delil: fl: eg: 93. t. 31. f. 2. (*Ægypt*: ). Differt a priori, cui affine, caule tortuoso ramosiore, foliis obovatis margine revolutis, floribus pedicellatis. = 15. *H. canariense* = W. en: 571. (Ins: *Canar*:). Suffrut: Calyx 5-sepalus glaber.

* 16. *H. ericoides* = Dunal ined: = Spr: syst: II. 590. = Cav: ic: II. p. 56. t. 172. sub *Cisto*. (*Hispan*:, *Neapol*: *Pedem*: in apricis montanis et collinis atque alveis fluminum locis sabulosis All: n. 1662 sub *Cisto calycino*?). Frutic: Sepala 5 ante anthesim apice torta, 2 extremis angustis; petala lutea paria; pedunculi 1-flori. Huius vel sequentis var: videtur esse *Cistus calycinus* All: ab Auctoribus omissus in synonymia.

* 17. *H. Fumana* = Mill: dict: n. 6. = Spr: syst: II. 590. = Desf: atl: I. p. 414. t. 105. pro var: *α majori*. Barr: ic: 286. et 446. pro var: *β minori*. Ic: taur: vol: 23. t. 27. sub *Cisto*. (*Eur*: In *Pedem*: aridis apricis collium calidiorum All: n. 1661. Supra *Pecetto* et *Revigliasco* et in monte *Musinè* Re fl: torin. I. p. 278. In apricis collibus *di Invori superiore* et *Cercogno* non frequens Biroli fl: acon: I. p. 181. *Genuæ* in mæniis *Feritorem* versus et in collibus *al Lagazzo* Bertol: am: ital: p. 155. 156. In rupestribus *Cagliari*, *Dorgali* Moris

st: sard: II. p. 1.). Suffrut: Valde priori affine, sed folia *scabra*, petala *maiora*.

18. *H. origanifolium* = Pers. ench. II. p. 76. (*Hispania*). Suffrut: Calyx 5-sepalus 2 externis angustis: flores parvi; petala lutea vix calyce longiora.

❀ 19. *H. alpestre* = Dunal ined: = Spr: syst: II: 590. = Crantz austr: p. 103. t. 6. f. 1. sub *Cisto* (Alpib: *Eur*: med: *Pedem*: ubique in pascuis et ad rupes locis montanis et subalpinis, immo ad alpes ascendit All: n. 1663. Ad planitiem quoque descendit et ubertim ob viam venit ad orientem *della Brunetta* et in vineis *di Mompantero* Re fl: segus: p. 44. In *Cenisio* inveni cum Bertero). Suffrut: Calyx 5-sepalus 2 externis minutis; petala lutea *integerrima* calycem *duplo* superantia, qua nota distinguitur ab *H. oelandico* DC. petala *emarginata* calycem *subæquantia* gerente; hoc non confundendum cum *Cisto oelandico* Jacq: eodem ac *H. alpestre*.

❀ 20. *H. canum* = Dunal ined: = Spr: syst: II. 590. = All: Pedem: t. 45. f. 3. sub *Cisto*. (*Eur*: med: et austr: In Comit: *Nicæensi* All: n. 1664. In glareosis calidioribus prope *Giambava* in valle *Augustæ Prætoriæ* Balbis:). Suffrut: Calyx 5-sepalus 2 externis minoribus; petala lutea calycem longe superantia; plantula tota canescens.

❀ 21. *H. italicum* = Pers: ench: II. p. 76. = Spr: syst. II: 591. = Barr: ic: rar: 510. t. 366. (*Hispan*:, *Italia*. *Pedem*: in rupibus circa *Lacerame* All: n. 1665.). Suffrut: Priori valde affine, cuius forsan var: ex observatione cl: Allionii l. c.

22. *H. marifolium* = DC. fl. fr: 4. p. 817. (*Eur*:

austr: , *Tauria*, *Caucaso*. In *Sardin*: editis jugis montis *Oliena* Moris st: sard: II. p. 1. ). Suffrut: humile, cæspitosum; ceterum præcedentibus n. 20 et 21. etiam valde affine, a quibus differt præcipue petalis calycem vix superantibus. = 23. *H. arabicum* = Pers: ench: II. p. 80. ( *Arabia*, *Italia*, *Hispania*). Suffrut: Calyx ante anthesim apice tortus 5-sepalus, 2 extremis angustis. Missum sub nomine *Cisti Savi* a cl: Bertol: qui consulendus in am: ital: p. 5.

❋ 24. *H. lævipes* = W. en. 570. = Spr: syst: II. 591. = Jacq: h. vindeb: t. 158. sub *Cisto*. ( *Eur*: austr: In agro *Nicæensi* All: n. 1660. In *Liguriæ* promontorio *di Portofino* Viv: fragm: fl: ital: In *Sardin*: apricis rupestribus Moris st: sard: I. p. 6. ). Frutic: Folia minima in fasciculos alternos disposita.

25. *H. viride* = Tenor: fl: nap. I. p. 299. t. 47. (In collibus aridis *Taranto*, *Avetrana*, *Sicilia*. In aridis *Sardin*: collinis Moris st: sard: I. p. 6. ). Suffrut: subcæspitosum. Calyx 5-sepalus 2 extremis paullo minoribus ovato-lanceolatis; petala lutea calice vix longiora; folia fere ut in priori, sed læte virentia. = 26. *H. Barrelieri* = Tenor: prodr: fl: neap: p. 31. ( *Neapol*:, *Sicilia* ). Suffrut: Calyx 5-sepalus 2 externis linearibus duplo minoribus; petala lutea calyce duplo longiora. Cl: Gussone affine dicit priori, et citat ic: Barrelieri 443. ( Guss. fl: sic: prodr: II. p. 21. ): sane hoc valde quadrat cum *H. viridi*; sed specim: mea ex plantis in h. Ripul: cultis enatisque a seminibus missis a Tenoreo toto cælo differunt foliis *oppositis* nec *fasciculatis*, *lanceolatis*, *semipollica-*

*ribus* nec *linearibus minimis*, stipulis *subulatis brevissimis*, petalis calyce valde *longioribus*, aliisque notis: has substantiales differentias culturæ tribuendas esse non puto; forsan planta mea pertinet ad var: *β foliis elongatis* a laudato auctore citatam, sed rami et pedunculi *glabri* adparent nec *villosiusculi*.

❋ 27. *H. thymifolium* = Pers: ench: II. p. 79. = Spr: syst: II. 591. = Barr: ic: 416. Ic: taur: vol: 18. t. 73. f. 3. (*Hispania*. In collibus maritimis agri *Nicæensis* frequens All: n. 1671. In collinis apricis *Cagliari* Moris st: sard: II. p. 1.). Suffrut: *H. lævipedi* n. 24. valde affine; folia tamen paullo maiora, fasciculi magis distantes; pedunculi villoso-glutinosi.

❋ 28. *H. glutinosum* = Pers: ench: II. p. 79. = Spr: syst: II. 591. = Barr: ic: t. 328. Ic: taur: vol: 28. t. 53. (*Hispania*, *Gallia* austr: In rupibus agri *Nicæensis* non infrequens All: n. 1677. In *Sardiniæ* pascuis aridis Moris st: sard: I. p. 6.). Suffrut: Totum villoso-glutinosum; racemi sub-umbellati pauciflori.

29. *H. lavandulæfolium* = DC. fl: fr: 4. p. 820. (*Gallia* austr:, *Barbaria*, *Syria*, *Hispania*). Suffrut: Totum canescens; calyx 5-sepalus 2 externis minutissimis; racemi confertissimi multiflori. = 30. *H. stoechadifolium* = Pers: ench: II. p. 79. (*Lusitan*:, *Corsica*). Suffrut: Priori affine, sed minus canescens, folia breviora, racemi laxi pauciflori = 31. *H. croceum* = Pers: ench. II. p. 79. (*Barbaria*, *Hispan*:, *Sicilia*. In *Sardin*: aridis *di Oliena*, *Galtelli*, *Baunei* Moris st: sard: II. p. 1.). Frutic: Cæspi-

tosum; calyx subcoloratus; petala crocea. = 32. *H. glaucum* = Pers: ench: II. p. 78. (*Hispan:*, *Italia*). Suffrut: Sepalis externis linearibus brevissimis, internis sub-hispidis, foliis acutiusculis in var: α, vel obtusiusculis in var: β, ad quam pertinent specim: mea ex plantis in H. Ripul: cultis.

* 33. *H. vulgare* = Gaertn: fruct: I. p. 371. t. 76. = Spr: syst: II. 592. = Fl: dan: t. 101. sub *Cisto Helianthemo.* Ic: taur: vol. 8. t. 40. 41. 42. (*Eur:* fere omni. *Pedem*: ad vias in montanis, et sylvis apricis et pascuis; in montanis pascuis *Taurinensibus* invenitur var: fl: albo All: n. 1673. In pascuis collium *Ticini* maxime variat flore albo et rubro Biroli fl: acon: I. p. 181. qui perperam citat icon: All: fl: pedem: t. 55. f. 4. ad *Cistum roseum* referendam. Vide infra n. 40. Circa *Venariam* occurrit var: α ramis tomentosiusculis, stipulis petiolis vix longioribus Re fl: torin: I. p. 280. *Ligur*: occid: in summis montibus *della Scaggia* Bertol: amœn: ital: p. 31. 32.). Suffrut: multimode varians. Huc pertinet sec: Spr: *Cistus barbatus* Lam: dict: n. 50. Exemplar quod possideo sub hoc nomine ex hb: Bellardi non quadrat omnino cum descriptione Lam: præsertim foliis quæ cl: Auctor dicit *latiora* quam in *C. Helianthemo*; in specim: meo sunt dimidio angustiora, margine magis revoluta, pilisque longis setaceis, ut tota planta, adspersa. An *Helianthemi vulgaris* var: altera? An planta Lam: *Galliæ* meridionalis incola eadem ac *H: obscurum* Pers: sec: DC. Prodr: I. 280., quod invenitur etiam in *Pedemont*: ad colles apricos *Albæ* (Berter:), nec non *nella Praglia di Pianezza*, et in

pascuo *Alpiniani* (Re fl: torin: I. p. 280.) ad stirpem diversam referenda? Idem dicendum de *H. grandifloro* DC. quod frequens occurrit in *Pedemontii* pascuis saxosis montanis et subalpinis (All: n. 1674. sub *Cisto*), quodque non videtur differre nisi habitu omnium partium majore.

34. *H. nummularium* = Mill: dict: n. 11. (*Gallia* austr:, *Italia*). Suffrut: Planta admodum obscura, priori valde affinis, et cum aliis confusa. Cons: Steud: et DC. Prodr: I. 281. Specim: mea quadrant cum diagnosi Candolleana, nec omnino cum descriptione Desf: fl: atl: I. p. 423.

❋ 35. *H. acuminatum* = Pers: ench: II. p. 79. non *Cistus acuminatus* Viv: = Spr: syst: II. 593. = Ic..? (In agro *Nicæensi* Balb: el: st: rec: p. 5.). Suffrut: Planta valde dubia et diversa sec: DC. Prodr: I. 280. n. 83. a *C. acuminato* Viv:

❋ 36. *H. serpyllifolium* = Mill: dict: n. 8. = Spr: syst: II. 593. = Crantz fasc: 2. ed: 2. p. 101. t. 15. f. 3. sec: All: n. 1670. (Alpib: *Eur*: med: et austr: *Pedem*: circa thermas *Vinadii*, et prope *S. Vincent* in valle *Augustæ Prætoriæ* All: l. c.). Suffrut: Priori valde affine et forsan ambo *H. vulgaris* varietates.

❋ 37. *H. hirtum* = Pers: ench: II. p. 79. = Spr: syst: II. 593. = Cav: ic: 2. p. 37. t. 146. (*Hispan*:, *Gallia* austr: In aridis circa *Villamfrancam Nicæensem* All: n. 1676. In monte *Musiné* atque inter *Venariam* et *Sturam* Re fl: torin: I. p. 281.). Suffrut: Enumeratum ab Allionio sub *Cisto rosmarinifolio* synonymo ab Auctoribus omisso.

38. *H. racemosum* = Dunal ined: (*Hispania*,

*Barbaria*, *Teneriffa*). Frut: Affine potius *H. lavandulæfolio* n. 29. quam *H. hirto* n. 37.; sed planta in omnibus partibus angustior, nec tam canescens; petala *alba* non *flava*; folia fere ut in *Roremarino*; ico Barrelieri 293. quam W. citat, et DC. excludit perfecte quadrat cum specim: meis. = 39. *H. strictum* = Pers: ench: II. p. 79. (*Hispania*). Suffrut: Priori affine, sed folia angustiora et ita reflexa ut subulata adpareant; racemi erecti subsecundi; petala alba calyce glabro longiora.

❋ 40. *H. pilosum* = Pers: ench: II. p. 79. = Spr: syst: II. 593. = All: pedem: t. 45. f. 1. 2. sub *Cisto*. Ic: taur: vol. 21. t. 94. f. 1. (*Hispan:*, *Gallia* austr: In *Pedem*: abunde circa *Segusium*, in valle *Macræ*, in *Ligurum* montibus, inter *Garetium* et *Ormeam*, atque in comit: *Nicæensi* All: n. 1672. In collibus sole præustis *Segusii* usque ad *Borgone* Re fl: segus: p. 45.). Suffrut: Flores sæpius albi; Allionius tamen asserit plantas nicæenses solere roseum colorem ostendere; in hortis cultas exhibere flores albos, sulphureos et roseos.

41. *H. lineare* = Pers: ench: II. p. 78. (*Hispan:*, *Gallia* austr:). Suffrut: Sepala violaceo-striata; petala alba.

❋ 42. *H. appenninum* = DC. fl: fr: 4. p: 824. = Spr: syst: II. 594. = Tabern: icon: 1062. sec: W. All: pedem: t. 45. f. 4. sub *Cisto roseo* (*Eur*: med: In comit: *Nicæensi* et *Uneliæ* All: n. 1675.). Suffrut: varians floribus albis et roseis, foliisque latioribus vel angustioribus. Ico Allionii de suo *Cisto roseo* ita quadrat cum specim: meis *H. appennini* et

*H. rosei*, ut dubitari non possit, monente etiam SPRENGELIO, plantam ejusdem ALLIONII meram esse *H. appennini* varietatem floribus roseis: adde cl: Auctorem jam suspicatum fuisse an ad *Cistum Helianthemum* esset referenda, uti censuit etiam W. et dubitavit DC. Prodr: I. 283.: sed in hoc folia magis revoluta adparent: ceterum differentiæ tam leves sunt, ut credendum sit ipsum *H. appenninum* esse *vulgaris* var: Idem dicendum de *H. rhodantho* DUNAL quod *Albæ* secus *Tanarum* invenit BERTERUS, quodque ludere videtur inter *H. roseum* et *H. pulverulentum*.

* 43. *H. pulverulentum* = DC. fl: fr: 4. p. 823. = Spr: syst: II. 594. = Ic: ? (In collibus sterilibus *Galliæ*. In pascuis editioribus supra *Eza* inter *Spotorno* et *Finale* BALB: misc: alt: p. 18. sub *Cisto polyfolio* LAM: non L.). Suffrut: Totum cinereo-canescens; racemi subsecundi; sepala externa brevissima subovata, interna vix striata; petala albida calyce paullo longiora.

* 44. *H. mutabile* = Pers: ench: II. p. 79. = Spr: syst: II. 594. = Jacq: ic: I. t. 99. sub *Cisto* (*Hispan*: In pascuis *Ticini* inter *Campolatum* et *Viglebanum* non infrequens BIROLI fl: acon: I. p. 181.). Suffrut: Priori proximum sec: DC. Prodr: I. p. 283. n. 106. Sepala lanceolata; flores albi, rosei vel rubri, minores vel majores, quandoque pleni; in specim: meo petala sunt pallide-rosea calyce duplo longiora.

45. *H. ciliatum* = Pers: ench: II. p. 79. (*Hispan*:, *Afr*: bor:, *Italia*. In *Sardin*: pascuis aridis *di Arcidano* MORIS st: sard: I. p. 6.). Suffrut: Petala rosea

calyce 1/3 longiora; specim: sardoa habent folia dimidio breviora ac minus ciliata quam in ic: Desf: fl: atl: t. 109.; ceterum perfecte quadrant: his forsan rationibus ductus speciem distinctam esse existimavit cl: Badarò quam *H. semiglabri* nomine salutavit.

Observatio geographica circa *Cistineas.*

*Cistineæ* per orbem sparsæ ex DC. sistunt numero . . . . . . . . . 161

*Cistineæ* pedemontanæ.

| | |
|---|---|
| *Cistus* . . . . . . . . . | 7 |
| *Helianthemum* . . . . . . . . | 22 |
| | 29 |

Et sic sextam circiter partem constituunt.

# Ordo XVI.

## VIOLARIEÆ

( DC. Prodr: I. 287. = *Genera Cistis affinia* Juss: gen: 294. = *Jonidia* Spr: ).

*Char*: *essent*:

» *Cal*: 5-sepalus interdum basi coalitus, sepalis
» sub-inæqualibus. *Pet*: 5 iis alterna modo æqualia,
» modo inæqualia sc: inferius labelliforme aut basi
» calcaratum vel cucullatum. *Stam*. totidem petalis
» alterna vel opposita, interdum appendicibus inter-
» mixtis. *Styl*: 1. persistens. *Caps*: 1-locularis, 3-
» valvis polysperma aut raro (abortu?) monosperma,
» quandoque elastice dehiscens. *Sem*: placentis parie-
» talibus adfixa 3. integumentis instructa. *Album*: car-
» nosum. *Embr*: rectus. »

*Obs*: Ordo divisus in 3. tribus, sc. *Violeas*, *Alsidineas* et *Sauvageas*; valde naturalis pro *Violeis* quamdam affinitatem cum *Cistineis* habentibus; habitus insuper et organa floralia propria, ac singulari modo disposita. Herbæ, suffrutices, aut frutices mediocres omnes *Pentandriæ monogyniæ*, foliis stipulaceis simplicibus.

## Trib. I. *Violeæ*.

( Sepala et petala inæqualia. Stamina petalis alterna ).

I. Glossarrhen Martius ined:

» *Cal*: sepalis duobus interioribus angustissimis. » *Pet*: 2 superiora breviora, 2 lateralia longiora, in- » fimum maximum calcaratum basi 2-callosum. *Fi-* » *lam*: dilatata dorso antheras conniventes gerentia, » quorum 2 anteriora appendices nectariferas in cal- » car producunt. *Caps:* valvis medio placentiferis » elasticis. »

*Obs*: Genus prorsus novum medium inter *Noiset-tiam* et *Violam*, constans 2-3 fruticulis brasiliensibus a cl: Martio detectis. Capsula dicitur a Spr: 3-locularis: at mihi visa est non differre a capsula *Violæ* quæ omnium Botanicorum consensu est 1-locularis, 3-valvis. Huc pertinet *Schweiggeria* a DC. Prodr: III: 39. inter *Vochysias* dubias relata. Cf. Spr: c. p. 99.

1. *Gl*: *pauciflorus* = Spr: syst: I. 806. ex Mart: (*Brasilia*). Specim: meum a cl: Martio communicatum sub allato nomine non quadrat cum diagn: Spr:, folia enim sunt *lanceolato-elliptica*, basi in petiolum *attenuata*, apice *acuta*, nec *obovata obtusa*. Forsan planta a Spr: enumerata eadem est ac *Gl*: *parviflorus* a DC. citatus Prodr: I. 291, et nominis differentia provenit ab errore typographico? Forsan error in schedis, et planta mea ad *Gl*: *floribundum* perti-

net, cum quo conveniunt diagnoses Spr: et DC. Interim phrasis hæc erit:

» *Gl*: foliis subæqualibus lanceolato-ellipticis in » petiolum longum attenuatis subserratis, pedunculis » axillaribus flore longioribus (floribus mediocribus).» Nob:

2. *Gl*: *parviflorus* = Mart: ined: DC: Prodr: I. 291 ? (*Brasilia*). Specim: e cl: Martio cum priori communicatum sic definiendum:

» *Gl*: foliis inæqualibus, maioribus ovatis obtusis » in petiolum breve attenuatis crenulatis, minoribus » sub-orbiculatis, pedunculis axillaribus florem sub- » æquantibus (floribus parvis). » Nob:

II. Viola Lin: gen: n. 1364. = Lam: ill: t. 725.

» *Cal*: 5-partitus, laciniis plus minusve in appen- » dices auriculæformes productis. *Pet*: inæqualia, » altero majori calcarato. *Stigma* varium. Cetera ut » in *Glossarrhene*. »

*Obs*: Genus modo constans spec: 105 ex DC., 95 ex Spr: a cl: De-Gingis in 5 sectiones divisum præsertim ex stigmatis forma, scilicet *Nomimium* stigmate rostrato; *Dischidium* stigmate erostrato 2-lobo; *Chamæmelanium* stigmate sphæroideo-capitato piloso; *Melanium* stigmate urceolato piloso; *Leptidium* stigmate proboscideo. Divisiones reapse speciosæ sed valde fallaces ob organorum tenuitatem. Herbæ acaules vel caulescentes raro fruticulosæ, foliis stipulisque divisis vel indivisis, ex quibus proniores fluunt generis sectiones.

## Sect. I. *Acaules.*

### † Foliis divisis.

❀ 1. *V. pinnata* = L. sp: 1323. = Spr: syst: I. 796. = All: misc: 3. p. 181. t. 5. f. 2. Ic: taur: vol: 23. t. 16. f. 3. (In *Sibiria* pro var: α *sibirica*. Alpib: *Cottiis penninis*, præsertim in iugo *Assietta*, inter montes *Ginevra* et *Cesana* ad rupes, et in valle *di Tigna*, supra *Termignon* et in *M. Cenisio* prope *l'Ospitaletto* All: n. 1636. Re fl: segus: p. 73. pro var: β *europæa*). Perenn: Stigma rostratum triangulare marginatum; flores parvi.

2. *V. palmata* = L. sp: 1323. (*Amer*: bor: ). Perenn: Variat foliis plus minusve sectis sec: DC: Prodr: I. 292. ex Elliot. Specim: mea e plantis in H. Ripul: cultis pertinent ad var: β *fragrantem*; stigma rostratum triangulare marginatum; flores ampli.

### †† Foliis indivisis.

❀ 3. *V. odorata* = L. sp: 1324. = Spr: syst: I. 797. = Lam: ill: t. 725. f. 1. Ic: taur: vol: 6. t. 90. 91. 92. 93. 94. Vern: *Violeta*, quo nomine veniunt ceteræ species indigenæ. (*Eur*: fere tota, *Sibir*:, *China*, *Afr*: bor: In agro *Pedemont*: ubique All: 1639. Re, Biroli etc: *Sardin*: umbrosis *Iglesias* Moris st: sard: I. p. 6.). Perenn: Stigma rostratum uncinatum nudum; flores mediocres suaveolentes variantes ex intense-violaceo ad album, e simplicibus ad plenissimos. Colitur in hortis. Flores petaloidei sæpe

abortivi: alii serius succedunt apetali fere hypogei constanter fæcundi et fructus perficientes; idem observasse in aliis stirpibus acaulibus affirmat cl: Monnier in Arch: bot: tom: I. p. 412.

❋ 4. *V. palustris* = L. sp: 1324. = Spr: syst: I. 797. = Moris: hist: II. p. 475. s. 5. t. 35. f. 5. (*Eur*:, *Sibir*:, *Amer*: bor: pro var: *β pensylvanica* DC. In *Pedem*: alpinis irriguis et humentibus non frequens, copiose ad fontium scaturigines circa *Tendam*, in pratis spongiosis *Canapiciensibus*, in monte *du grand S. Bernard* All: n. 1638. Secus *Sturam* versus *la Madonna di campagna*, prope *Venariam* ac in sylvis umbrosis *Stupinixii* ad arborum caudices Re fl: tor: I. p. 146. Locis irriguis collium et sepium Biroli fl: acon: I. p. 80.) Perenn: Stigma rostratum marginatum, flores mediocres.

❋ 5. *V. hirta* = L. sp: 1324. = Spr: syst: II. 797. = Engl: bot: t. 894. Ic: taur: vol: 6. t. 101. 102. 103. f. 1. (*Eur*:, *Caucaso*. *Pedem*: secus sylvas, sepes et ad vias, et secus pascua primo vere non infrequens All. n. 1637. Frequens in pratis macilentis Re fl: segus: p. 73. Speciatim in arenosis sec: *Sturam* Re fl: torin: I. p. 145. Passim circa *Taurinum* Pio. In collibus et alpibus provinciæ *Novariensis* Biroli fl: acon: I. p. 80.). Perenn: Stigma rostratum uncinatum nudum: flores mediocres a cæruleo ad album; variat etiam foliis plus minusve cordatis et eorum magnitudine. Cons: DC. Prodr: I. 295. Inter specim: mea unum habeo ex hb: Biroli foliis fere prorsus *glabris* inscriptum in scheda

*var: glabriuscula*, quam non memorat DC.

6. *V. cucullata* = Ait: h: Kew: III. p. 288. = Pio de *Viola* t. 3. f. 1. sub *V. obliqua* (*Amer*: bor:). Perenn: Stigma rostratum 3-angulare marginatum, flores fere ut in *V. odorata*; variat modis a DC. indicatis Prodr: I. 292. Specim: mea ex plantis cultis perfecte quadrant cum citata icone Pioi, quæ pertinet ad var: *β glaberrimam*. = 7. *V. patrinii* = DC. Prodr: I. 293. (*Asia* med: et austr:, *Dahuria*). Stigma 3-angulare marginatum, flores parvi, petala ex sicco luteola. Specim: meum a cl: Fischerio communicatum refert plantam humillimam foliis longe petiolatis, petalis 2-barbatis, et quadrat cum typo DC. nec cum varr: *β* et *γ*.

## Sect. II. *Caulescentes.*

### † Stipulis indivisis subserratis.

8. *V. stipularis* = Swartz fl: ind: occid: III. p. 1956. (Ins: *Carib*:). Herbac: ex Spr:, suffrut: ex DC. Stigma proboscideum, flores parvi cærulescentes. = 9. *V. uniflora* = L. sp: 1327. (*Sibiria*). Perenn. Stigma sphæroideo-capitatum, flores magni lutei.

❋ 10. *V. biflora* = L. sp: 1326. = Spr: syst: I. 799. = Bauh: hist: III. p. 545. f. 1. pro var: *caule unifloro*. Pluck: t. 233. f. 7. et 234. f. 1. pro var: *caule bifloro*. Ic: taur: vol: 6. t. 105. 106. (Alpib: *Eur*: et *Asiæ*. Alpib: *Pedemontanis* ubique ad nivem deliquescentem et rivulorum margines All: n. 1643.

Re fl: segus: p. 74. In saxosis irriguis montium *Novariensis* provinciæ Biroli fl: acon: I. p. 81.). Perenn: Stigma erostratum 2-lobum; flores parvi lutei; variat caulibus 1-floris, sed toto cælo diversa a *V. uniflora*.

❀ 11. *V. nummularifolia* = All: Pedem: n. 1640. = Spr: syst: II. 799. = All: l. c. t. 9. f. 3. et spec: ped: t. 2. f. 2. Ic: taur: vol: 14. t. 99. f. 2. (Alpib: *Pedem*: inter diffractos lapides ad alpes *Valderianas* All: l. c.; nec non abunde locis summis ad alpes *d' Entraive*, *Lantosca*, *Tenda* et *Madonna delle finestre* All: auct: In alpib: siccis *della Balma* et *al Campello* Biroli fl: acon: I. p. 81. In *Corsicæ* alpib: pro var: β *minima* Bocc: ) Perenn: Stigma urceolatum; flores mediocres dilute cærulei vel subflavidi.

❀ 12. *V. arenaria* = DC. fl: fr: 4. p. 806. = Spr: syst: I. 799. = Pio de *Viola* t. 1. f. 2. sub *V. Allionii* (*Eur*: med: et austr:, *Tauria*, *Caucaso*. *Pedem*: in *M. Cenisio* prius inventa ab Allionio auct: n. 1645.; hinc raram vidit Re eodem loco, et *V. Balbis* appellavit fl: segus: p. 73. c. descript: Reperta quoque in locis argillosis in valle *Augustæ Prætoriæ* et prope *Segusium* a Piottaz. In locis sabulosis prope *Montaldu monregalensem* abunde a Molinerio; alibique sat frequens Pio). Perenn: Stigma convexum nudum: flores mediocres cærulescentes.

❀ ? 13. *V. pumila* = Vill: dauph: II. p. 266. = Spr: syst: I. 800. = Vill: cat: strasb: t. 5. (*Delphinatu*. In ericetis siccioribus *Pedem*: secus DC. Prodr: I. 299.). Perenn: nana. Stigma rostratum, papillosum, subreflexum; flores parvi dilute cærulei. *Pede-*

*montii* incolam non dicunt nostri, nec ego unquam inveni.

❋ 14. *V. canina* = L. sp: 1324. = Spr: syst: I. 800. = Engl. bot: t. 620. Ic: taur: vol: 6. t. 109. (*Eur:*, *Asia*, *Amer:* bor: *Pedem:* in sylvis apricis et cæduis collium et montium All: n. 1645. Re fl: segus: p. 73. et flor: torin: I. p. 147. In collibus et alpibus provinciæ *Novariensis* vulgatissima Biroli fl: acon: I. p. 80. *Sardin:* ad sepes et in sylvis locis montanis Moris st: sard: I. p. 6.). Perenn: Stigma rostratum papillosum subreflexum; variat colore et magnitudine florum, caulis altitudine, nec non foliorum lobis plus minusve acutis. Cons: Pio de *Viola* p. 18. et 19.

15. *V. lactea* = Sims: fl: brit: I. p. 247. (*Anglia*, *Helvet:*, *Gallia*). Perenn: Stigma papillosum subreflexum; flores albi mediocres. Cl: DC. (Prodr: I. 299.) refert hanc stirpem ad *V. montanam* L., quam diversam existimo etiam Sprengelii auctoritate ductus: non ita de *V. Ruppii* All: quæ non distinguitur a *V. lactea* nisi foliis *cordatis* lanceolatisque, in *lactea* omnibus lanceolatis, qua nota ad var: tantum illam refero.

❋ *V. lactea* var: β. *V. Ruppii* All: ped: n. 1646. = All: l. c. t. 26. = Spr: syst: I. 800. = Lodd: bot: cab: t. 686. Ic: taur: vol: 6. t. 105. et 106. f. 2. (*Pedem:* in argillosis prope *la Morra* similibusque locis inter *Pinerolium* et *Lucerna*; in montibus *Monregalensibus* prope *Maioro* et *Moncrivello* in ericetorum spongiosis All: l. c. In collibus *Taurinensibus* Pio. In collibus provinciæ *Novariensis* non rara Biroli sub *V.*

*montana* fl: acon: I. 81. Ubertim in pratis *Planiciæ* prope ædem *S. Pancratii* atque in sterilibus *della Praglia* Re fl: torin: I. 148. *Genuæ* in monte *Ramagno* in alpib: *della Scappa* et in collibus *al Boschetto in Polcevera* Bertol: am: ital: p. 133.).

❈ 16. *V. montana* = L. sp. 1325. = Spr: syst: I. 800. = Garid: Aix t. 97. (*Eur*: temperata, *Sibir*: *Pedem*: secus vias circa *Albam Pompeiam* All: n. 1647. In sylvis collium *Taurinensium* Balb:, Pio; *della Mandria* Re fl: torin: I. p. 147.) Valde priori affinis cum qua confusa pro var: *Ruppii* a cll: DC., Re et Biroli, neutiquam a Balbisio et Pio; sed differt caulibus simplicibus *erectis*, foliis modo *lanceolatis*, modo *ovatis*, modo *cordatis*, omnibus constanter minoribus et profundius serratis, floribus amplioribus albis demum cærulescentibus. Huc pertinere videtur sec: Pio l. c. p. 24. *V. persicifolia* Roth: et Spr: syst: II. 800. a DC. omissa, cuius multa specim: possideo ex Bellardi et Balbisio, quæ perfecte quadrant cum aliis specimin: indigenis *V. montanæ*.

❈ 17. *V. mirabilis* = L. sp: 1326. = Spr: syst: I. 801. = Jacq: fl: austr: t. 19. Ic: taur: vol: 6. t. 104. (*Eur*:, *Caucaso*, *Sabaud*: prope *Martigny*, atque in sylvis proximorum collium *Taurinensium* All: n. 1648. In sylvis *Segusianis* Re fl: segus: p. 74. In nemoribus vineæ *d'Aigueblanche* et secus *Sturam* ac generatim in editioribus collibus Re fl: torin: I. p. 148.) Perenn: Stigma rostratum subreflexum nudum; flores mediocres cæruleo-violacei sæpe apetali; variat pedunculis omnibus radicalibus.

❈ 18. *V. cenisia* = All: pedem: n. 1641. = Spr:

syst: I. 801. = All: l. c. t. 22. f. 6. et sp: pedem: p. 14. t. 3. f. 4. Ic: taur: vol: 14. t. 99. f. 3. (Alpib: *Cott*: *pennin*: Abunde oritur ad iugum *Rouche* dictum in *M. Cenisio* et in jugis *di Sestieres* et valli *Queiras* imminentibus All: l. c., Re fl: segus: p. 74. In summis alpib: *di Rima*, *Rimella*, ad montem *Morum*, *Crestesem* etc: abundat Biroli fl: acon: I. p. 81.). Perenn: Stigma urceolatum, flores mediocres (non *magni* ut ex W.), cærulei; variat foliis omnibus *ovatis*, vel superioribus *oblongis*.

✽ 19. *V. valderia* = All: pedem: n. 1644. = Spr: syst: I. 801. = All: l. c. t. 24. f. 3. (Alpib: *Penninis*, *Grai*:, *Delphinatu*, *Pyren*:, *Corsica*. Circa *Valdesii* thermas in saxosis torrentis ad radices montis *S. Joannis*; copiose circa *la Madonna delle finestre* All: l. c.). Perenn: Priori valde affinis, cuius varietas tantum a DC. Prodr: I. 302. habetur, sed differt præsertim foliis omnibus *oblongis* nec *ovatis*, *hispidulo-ciliatis* nec *glabris*, petiolis folium *æquantibus* non *brevioribus*. Cl: Biroli observavit numquam hanc invenisse in alpib: *Novariensibus*, ubi abundat *V. cenisia*. Ad hanc speciem refert cl: DC. fl: fr: sup: 617. *V. alpinam* All: n. 1642.?

†† Stipulis pinnatifidis.

✽ 20. *V. tricolor* = L. sp. 1326. = Spr: syst: I. 802. = Fl: dan: t. 623. Ic. taur: vol: 6. t. 111. 113. Vern: *Pensè* (*Eur*:, *Sibir*:, *Amer*: bor. In montanis arvis nascitur var: *tricolor*, et in arvis *Pedemontanis* et *Sabaudia* abunde var: *bicolor* All: n. 1649. Re

fl: segus: p. 74. et fl: torin: p. 149. sub *V. arvensi*. *Sardin*: inter segetes *Arizzo* Moris st: sard: I. p. 6.). Ann: Stigma urceolatum; flores variantes magnitudine et colore. Cons: Pio de *Viola* p. 30. 31.

21. *V. rothomagensis* = Desf: cat: h. Paris: 153. (A *Rothomago* ad *Meldam*). Perenn: Priori valde affinis, cujus var: tantum consideratur a Spr:, sed differt præsertim foliis *hirtis* nec *glabris*, radicibus *perennibus* nec *annuis*.

✽ 22. *V. calcarata* = L. Sp: 1325. = Spr: Syst: I. 802. = Barr: ic: t. 691. Ic. taur: vol: 23. t. 16. f. 2. (Alpib: *Eur*: mediæ. In saxosis pascuis summarum alpium *Pedem*: All: n. 1650. Re fl: segus: p. 74. In *Sardin*: pascuis montanis Moris st: sard: I. p. 6. In alpibus *di Vedro* Biroli fl: acon: I. p. 81.). Perenn: varians fere ut *V. tricolor*. Huc inter alias pertinet *V. Zoysii* Wulff quæ caulem habet humillimum, flores autem luteos amplissimos; observavi tamen in hac aliisque stirpibus huiusce divisionis ad *tricolores* veterum Auctorum pertinentibus, quando occurrunt flores unicolores, in petalis quæ discoloria esse deberent, colorem esse magis minusque intensum.

✽ 23. *V. Bertolonii* = Pio de *Viola* p. 34. t. 3. f. 2. *V. heterophylla* Bertol: *V. gracilis* Smit: sec: Spr: *V. calcarata* var: δ DC. prodr: I. 302. (Summis alpib: *della Scaggia* in occidentali plaga *Liguriæ* Bertol: amœn: ital: p. 3.). Perenn: Speciem hanc differre a priori, præsertim foliis superioribus linearibus, jam probaverat cl: ejus inventor Bertolonius in rar: ital: plant: dec: 3. p. 53., et am: ital: l. c.,

nec cum *V. gracili* quadrare videtur comparatis Sm: , et Bertol: descriptionibus, maxime si consulas Gussone Prodr: fl: sic: I. p. 255., ubi amplam hujusce plantæ synonymiam tradens, *V. heterophyllam* satis ei notam haud memorat.

24. *V. cornuta* = L. sp: 1325. (*Pyrenæis* et monte *Atlante*). Perenn: Stigma urceolatum; flores mediocres dilute cærulei; calcar longissimum; petala oblonga.

❀? 25. *V. lutea* = Huds: angl: ed: I. 331. = Spr: syst: I. 802. = Engl: bot: t. 721. (*Angl*:, *Eur*: med:). Perenn: Stigma urceolatum; flores amplissimi lutei fere ut in *V. calcarata*, vel raro cærulescentes in var: γ *nudia*. Sub *V. suderica* DC. prodr: I. 302. 303. Specim: possideo sub nomine *V. grandifloræ* a D. Bonjean communicata et lecta in *M. Cenisio*, quæ a *V. lutea* non videntur differre. Hic monendum nomen *V. grandifloræ* diversis stirpibus fuisse ab Auctoribus tributum; inter alios cl. Pio (de *Viola* p. 32.) indicat *V. grandifloram* L. tanquam plantam indigenam, et ei tribuit synonymum *V. calcaratæ* All:, quæ toto cælo diversa. *V. grandiflora* L. crescit in montibus *Altaicis* et ad confusionem vitandam rite existimarunt recentiores Botanici sub *V. altaica* Pall: eam referre (DC. prodr: I. 302., Spr: syst: I. 803.). Censeo igitur *V. grandifloram* Pio n. 51. esse *V. luteæ* n. 52. varietatem caule humiliori foliisque brevioribus, et veram *V. grandifloram* L. delendam a plantis pedemontanis. Vid. infra n. 28.

*Violæ dubiæ.*

26. *V. bicolor* = Pursh ex Spr: syst: I. 803. Spec: meum missum sub hoc nomine a Perret differre non videtur a *V. tricolori* var: *bicolori*, sive *V. arvensi* *x* DC. prodr: I. 303. = 27. *V. anomala* = Kit: indescr: = Ita in scheda specim: unici ex hb: Biroli; planta acaulis, foliis indivisis longe petiolatis sub-cordato-ovatis lanceolatisve minutissime serratis glabris; flores mediocres, sepala ovato-oblonga, petala ovata sepalis duplo majora, calcar abbreviatum obtusum. Affinis *V. campestri* M. B., et *hirtæ* L.; differt a prima foliis nonnullis *lanceolatis*, nec omnibus *cordatis*, lobis haud *cucullatis*; ab altera petalis *integris*, nec *emarginatis*, foliisque haud *profunde cordatis*; ab utraque foliis petiolisque *glabris*. = 28. *V. Pallasii* = Fisch: in litt: ? Perfecta specim: a cl: Fischerio lecta in *Altai*, et humaniter communicata sub allato nomine mihi differre non videntur a *V. altaica* Ker: bot: reg: t. 54. (DC. prodr: I. 302., Spr: syst: I. 803.), et sic ad veram *V. grandifloram* L. esse referenda. Variat floribus violaceis et ochroleucis: vid: supra observ: ad n. 25.

III. Solea Spr: pug: rar: I. p. 22. = *Violæ* et *Jonidii* sp: Auctorum.

» *Cal*: 5-sepalus inappendiculatus basi truncatus.
» *Pet*: 4 subæqualia, quinto majori basi in formam
» labelli plus minusve elongato sæpius gibboso. *Anth*:
» distinctæ. *Caps*: *Violæ*.»

*Obs*: Genus constans ex variis *Violæ* speciebus et ab ipsa vix diversum calycis et petali majoris structura, comprehendens ex DC. unicam stirpem sc: *S. concolorem*, ex Spr: 37. circiter inclusis *Pombaliæ* Vand:, *Pigeæ* DC. et *Jonidii* Vent: generibus nimis leviter statutis characteribus e labelli forma depromptis. Herbæ vel rarius suffrutices exotici.

1. *S. verticillata* = Spr: in Schrad: journ: bot: 1800. p. 190. t. 6. et syst: I. 803. *Jonidium polygalæfolium* DC. prodr: I. 309. ex Ventn: (*Mexico*). Suffrut: Specim: ex Bertero optime quadrat cum diagnosi DC. = 2. *S. parviflora* = Spr: syst: I. 804. Sub *Jonidio* Vent: H. et B. et DC. prodr: I. 310. (*Santa Fè di Bogota*). Suffrut: Specim: ex Bertero convenit cum descript: W: sp: I. 2171. Species hæc radices habitu virtuteque *Ipecacuanhæ* simillimas habet ex W.

*Species dubia.*

3. *S. Martii.* » Caule herbaceo pubescente, foliis » alternis ovato-ellipticis crenatis glabriusculis, sti- » pulis linearibus petiolum æquantibus calycibusque » glabris, pedunculis folio multoties brevioribus, » labello elliptico basi 1-gibbo. » Nob.

*Obs*: Specimen missum a cl: Martio sub nomine *Jonidii* sine alia indicatione, atque in *Brasilia* lectum videtur optimam novam speciem constituere valde affinem *S. verbenaceæ* ( *Jonidium* H. et B. ), et *polygalæfoliæ* ( *Jonidium* DC. ). Differt autem a priori foliis *glabriusculis* nec utrinque *pilosis*, stipulis petiolum *æquantibus*, nec *longioribus*, labello

*elliptico* 1-*gibboso*, nec *subrotundo* 2-*gibbo*; a posteriori foliis *ellipticis concoloribus*, non *lanceolatis discoloribus*, calycibus *glabris* non *ciliatis*, atque labelli forma.

## Trib: III.

### *Sauvageæ* DC.

I. Sauvagesia Jacq: pl: amer: p. 77. = Lam: ill: t: 140.

» *Cal*: 5-sepalus inæqualis. *Corona* ciliata inter » sepala et petala ciliis clavæformibus (*Nectaria* » Spr:). *Pet*: 10. sc: 5 exteriora sepalis alterna ma- » iora, 5 interna (*Squamula* Juss:, *stamina sterilia* » Gaertn: fil:) minora. *Antheræ* distinctæ subsessiles » lineares extus dehiscentes. *Ovarium* 1. sub-stipita- » tum, *stylo* et *stigmate* simplicibus. *Caps*: margi- » nibus valvarum involutis. »

*Obs*: Genus fructificationis organis prorsus singulare, hinc ad diversos ordines in methodo naturali ab Auctoribus relatum, sc: a Juss: inter plantas incertæ sedis, a Gingins et DC. inter *Violarieas* 3. sectionis, a Spr: inter *Drosereas*; modo constans 5-7. stirpibus æquinoxialibus herbaceis tenellis raro suffruticosis.

1. *S. Adyma* = Aubl: Guian: t. 100. f. A. DC. Prodr: I. 315. sub *S. erecta*. (*Caienna*, *Guyana*). Ann: Flores flavi. Communicata a cl: Balbisio sub nomine *S. erectæ* L. perfecte quadrat cum icone Aubletii supra citata, quæ a DC. tamquam eius varietas tantum consideratur; convenit etiam cum diagnosi Spr: Hic tamen notandum *S. erectam* hujus

auctoris ex diagnosi ad aliam distinctissimam stirpem pertinere; refert enim flores habere *racemosos terminales*, qui in *S. Adyma* Aubl: et *S. erecta* L. sunt *axillares solitarii* raro *bini*. Nec planta Spr: quadrare videtur cum stirpibus racemosis a DC. in §. 2. enumeratis, sed potius cum sequenti, ad quam Spr: ipse suam plantam refert in c: p. pag. 95.

= 2. *S. serpillifolia* = Mart: in litt: Habui sub hoc nomine a cl. Martio perfectissima specim: plantulæ, quæ videtur eadem ac *S. Sprengelii* S. Hill:, cui Spr: tribuit synonyma *S. serpillifolia* Mart: et *S. erecta* Spr: non L. Nomen a Martio impositum præferendum censui ceu aptius ad indicandum stirpis habitum; diagnosis autem nimis brevis nec satis exacta, et forsan ad aliam plantam referenda, mutanda ut sequitur.

» *S.* caule suffruticoso ramoso glaberrimo, foliis » ovato-oblongis sessilibus subserratis margine revo» lutis sub-imbricatis, stipulis plumoso-ciliatis, flori» bus axillaribus terminalibusque subracemosis, pe» talis (rubescentibus) sepalis acutiusculis paullo » longioribus. » Nob:

Accedit ad *S. ericoideam* DC. Prodr: I. 316., sed differt caule *suffruticoso-ramoso*, nec *herbaceo-simplici*, foliis *sub-serratis* non *integerrimis*, sepalis petala *subæquantibus* nec *triplo brevioribus*.

Obs: geographica circa *Violarieas*

*Violarieæ* ex DC. sistunt num: . . . 181
*Violarieæ* pedemontanæ
*Viola* . . . . . . . 18
et sic decimam circiter partem constituunt.

---

## Ordo XVII.

### DROSERACEÆ

( DC. théor: 214. et Prodr: I. 317. = Genera ex Juss: partim *Capparideis* affinia, partim *incertæ sedis.*).

*Char: essent:*

» *Cal:* 5-sepalus vel 5-partitus. *Pet:* totidem.
» *Stam:* petalorum numero æqualia vel dupla, tripla
» aut quadrupla. *Styl:* 3-5. *Caps:* 1-3-locularis 3-5-
» valvis, valvulis margine introflexis ab apice dehi-
» scentibus. *Sem:* biseriata, vel ad basim capsulæ
» congesta. *Album:* cartilagineum vel carnosum. *Embr:*
» rectus. »

*Obs:* Ordo satis naturalis plantarum habitu inspecto, ceterum ad diversas classes et ordines methodi sexualis pertinentium; herbæ parvulæ plerumque glandulosæ foliis radicalibus vel alternis.

I. Drosera Lin: gen: n. 391. = Lam: ill: t. 220.

» *Cal*: 5-partitus persistens. *Stam*: 5 petalis alterna » antheris 2-locularibus loculis distantibus. *Styli* 5 » 4-partiti aut multifidi. *Caps*: 3-5-valvis, valvis pla- » centiferis polyspermis. »

*Obs*: Genus sec: Juss: *Resedæ* affine, constans 32 speciebus ex DC., 28 ex Spr: *acaulibus* vel *caulescentibus* stylum 2-*partitum* (*Rorella* DC.), vel *multifidum* (*Ergalejum* DC.), omnibus folia piloso-glandulosa gerentibus.

❉ 1. *Dr*: *rotundifolia* = L: sp: 402. = Spr: syst: I. 955. = Drev: et Hayn: pl: cur: III. p. 40. t. 74. Ic: taur: vol: 21. t. 8. sub *Rorella* (*Eur*:, *Amer*: bor: pro var: *β distachya*. *Pedem*: in pratis spongiosis atque ad fontium scaturigines, ad radices Alpium, ac in montibus *Bugellensibus* All: n. 1601. In spongiosis collium *Novariensium*, et ad lacum *Cusii* vulgaris Biroli fl: acon: I. p. 107.) Ann: Acaulis, stylis 2-fidis sub-capitatis.

❉ 2. *Dr*: *longifolia* = L. sp: 403. non Hayn: = Spr: syst: I. 955. = Engl: bot: t. 868. (*Eur*: *Amer*. bor: pro var: *γ americana*. *Pedem*: cum priori All: n. 1600. sub *Rorella*. Biroli fl: acon: I. p. 107.). Ann: Priori affinis, sed folia *orbiculata* nec *spathulata*, petioli *glabri* non *pilosi*. Cl: Re (fl: torin: I. p. 187.) asserit, uberrime in pratis humidis *di Valle della Torre* invenisse *Dr*: *anglicam* Huds:, quæ est *Dr*: *longifolia* Hayn: non L., et vix differt petiolis limbum subæquantibus; at specim: mea pedemontana omnia referunt petiolos longissimos, et sic ad veram

*Dr: longifoliam* sunt referenda: ceterum character desumptus a *scapi* longitudine variat in duabus hisce stirpibus, quæ forsan pro una tantum habendæ.

3. *Dr: indica* = L. sp: 403. (*Ind:* orient:). Caulescens. Styli 2-fidi sub-capitati; foliorum limbus apice circinatus petiolo glabro vix latior. Specim: optimum ex hb: Bellardi a cl: Labill: missum.

II. Aldrovanda Lin: gen: 390. = Lam: ill: t. 220.

» *Styl:* 5 indivisi. *Stigmata* obtusa. *Caps:* 5-val-
» vis 10-sperma. Cetera fere ut in *Drosera.* »

*Obs:* Genus *Droseræ* valde affine etiam sec: Juss:, qui illud refert inter plantas incertæ sedis, constans sola specie sequenti.

❀ 1. *A. vesiculosa* = L. sp: 402. = Spr: syst: I. 956. = Lam: l. c. (*Italiæ* et *Galliæ* austr: aquis. *Pedem:* aquis innatat secus lacus *di Candia* et *Viverone*, in fossis profundioribus *di Viverone*, et signatim loco dicto *Morigna* All. n. 1599. In *Sardin:* aquis stagnantibus Moris st: sard: I. p. 6.). Perenn: Flores minimi; petala ovata sordide alba vix calyce majora.

III. Parnassia Lin: gen. n. 384. = Lam: ill: t. 216.

» *Cal:* 5-sepalus. *Pet:* 5 sepalis alterna. *Squamæ*
» 5 unguibus petalorum oppositæ apice 3-vel multi-
» setæ. *Stam:* 5. *Stigm:* 4. sessilia. *Caps:* 1-locula-
» ris 4-valvis, valvis medio septiferis. »

*Obs:* Genus habitu *Violæ* valde accedens, inter *Capparideis* affinia a Juss: relatum, constans 6-7 stirpibus herbaceis humilibus.

❀ 1. *P. palustris* = L. sp: 391. = Spr: syst: I. 950. = Lam: ill: t. 216. Ic: taur: vol: 7. t. 107. f. 1. et vol. 19. t. 25. f. 7. ( *Eur*: paludibus submontanis. In *Pedem*: ubique ad rivulos et fontium scaturigines atque etiam in pratis humectis locis montanis et subalpinis All: n. 1635. Prope *Cerundam* non procul a *Druent*, in pratis spongiosis *Stupinixii*, et prope *S. Egidium* Bertola sec: Re fl: torin: I. p. 182. In pratis spongiosis collium *Novariensium* Biroli fl: acon: I. p. 106. ). Perenn: Petala ampla; squamæ multisetæ.

Obs: geographica circa *Droseraceas*.

*Droseraceæ* ex DC. sistunt num: . . 45

*Droseraceæ* pedemontanæ.

| | |
|---|---|
| *Drosera* . . . . . . . | 2 |
| *Aldrovanda* . . . . . . | 1 |
| *Parnassia* . . . . . . | 1 |
| | 4 |

Et sic undecimam circiter partem constituunt.

# Ordo XVIII.

## POLYGALEÆ

( Juss: ann: mus: = DC. Prodr: I. 321. ).

*Char: essent:*

» *Cal:* 5-sepalus, sepalis 2 interioribus sæpius pe-
» taloideis, 3 exterioribus minoribus, quorum 2
» anteriora interdum coalita. *Pet:* 3-5 libera vel basi
» mediante tubo stamineo connata et tunc corollam
» monopetalam irregularem æmulantia. *Stam:* basi
» mono-apice di-adelpha. *Styl:* 1: incurvus. *Fructus*
» capsularis vel drupaceus 1-2 locularis, valvis medio
» septigeris. *Sem:* in loculis solitaria. *Embr:* rectus
» in albumine carnoso axilis, rarius exalbuminosus. »

*Obs:* Ordo valde naturalis, habitu præsertim inspecto, ludens inter *Leguminosas* et *Fumariaceas*, constans 10-12 generibus, quorum typus (*Polygala*) male ad *Pediculares* a Juss: gen: 99 relatus, nonnulla (*Soulanea*, *Krameria*) ad incertam sedem amandata, unum (*Securidaca*) inter *Leguminosis* affinia enumeratum, cetera nova; fere omnia in systemate sexuali ad Diadelpham octandram pertinentia, excepta *Salomonia* quæ monadelpha tetrandra, et *Krameria* quæ didynama angiosperma.

I. Polygala Lin: gen: 761. = Lam. ill: t. 598.

» *Cal:* persistens; sepala 2 interiora longe majora
» alæformia sæpe colorata. *Pet:* 3-5 tubo stamineo

» connexa, superius vexillum, inferius carinam si-
» stentia. *Caps*: compressa. *Sem*: pubescentia. »

*Obs*: Genus constans 163 specieb: ex DC., inter quas plurimæ dubiæ, 119 ex Spr:, in 2 sectiones facile dividendum ex carina *cristata* vel *imberbe*. Frutices aut herbæ.

Sect: I. Cristatæ.

( *Psychanthus*, *Polygalon*, *Blepheoridium*, *Clinelinia*, *Timutua*, et *Chamæbuxus* DC. )

† *Fruticosæ*.

1. *P. myrtifolia* = L. am: II. p. 138. (*C. B. S.*). Flores magni; alæ viridescentes, petala rosea. Culta in H. Ripul: = 2. *P. virgata* = Thb: sec: Spr: syst: III. 163. *P. speciosa* DC. Prodr: I. 323. (*C. B. S.*). Flores maximi; alæ albo-roseæ; petala rubra. Culta cum priori. = 3. *P. saxatilis* = Desf: fl: atl: II. p. 128. t. 175. (*Atlante*, *Hispan*:, *Gallia* austr:). Flores parvi, petala albo-rosea. Specim: mea ex Balbisio et Huguenin lecta in agro *Marsiliensi* perfecte quadrant cum icone Fontainesii. = 4. *P. supina*. = Schreb: dec: t. 10. (*Asia* min:, *Armen*:, *Tauria*). Flores minimi in specim: meo ex Perret purpurascentes; folia subretusa non sunt, sed omnia obtusa.

5. ❄ *P. Chamæbuxus* = L. sp: 989. = Spr: syst: III. 164. = Jacq: fl: austr: t. 233. Ic: taur: vol: 18. t. 66. f. 2. (In montanis sylvaticis *Eur*: In *Pedem*:

frequens locis saxosis Alpium præsertim ad oras sylvarum All: n. 1090. Passim in sylvis circa *Segusium*, et in regione *di Fossimagna* Re fl: segus. p. 59. Copiose inter *Borgosesia* et *Varallo* Biroli fl: acon: II. p. 24. ). Flores mediocres sub-albidi, carina vix cristata.

6. *P. thesioides* = W. sp: III. 877. (*Chili, Peruvia, Brasil*: ). Flores parvi, alæ albo-viridescentes petala cærulea subæquantes. Specim: ex Bertero.

†† *Herbaceæ.*

❀ ? 7. *P. major* = Jacq: austr: t. 413. = Spr: syst: III. 105. ( *Italia*, *Austria*, *Græcia*, *Orient*: sec: DC. *Liguria* orientali sec: Bertolonium ). Flores magni; alæ roseæ petala purpurea subæquantes; in scheda specim: missi a cl: Bertolonio spontanea dicitur *Liguriæ* orientalis etsi enumeratam non videam in insigni amæn: ital: eius opere.

8. *P. flavescens* = DC. cat: h. monsp: p. 134. ( Agro *Romano* ). Pumila, floribus parvis flavescentibus.

❀ 9. *P. vulgaris* = L. sp. 986. = Spr: syst: III. 166. = Oed: fl: dan: t. 516. Ic: taur: vol: 5. t. 119. 122. Vern: *Brouttairole rousse* (*Eur*: omni. Abunde in *Pedem*: pratis non pinguibus et montanis All: n. 1088. Re fl: segus: p. 59. et fl: torin: II. p. 4. Biroli fl: acon: II: p. 24. In pascuis montanis, sylvisque *Sardin*: vulgatissima Moris st: sard: I. p. 7. *Genuæ* in collibus supra *Oreggina* Bertol: am: ital: p. 169. ). Perenn: Flores mediocres, colore varii;

alæ ovatæ obtusæ corolla vix longiores. Huc pertinet sec: DC. Prodr: I. 325. *P. monspeliaca* All: n. 1089. non L. ceu existimavit cl: Allionius ipse, sed male appellata a DC. *grandiflora*, nam in specim: meis ex Molinerio *Nicææ* lectis flores sunt minores quam in nostra *vulgari*, immo tota planta humilior; an potius *P. monspeliaca* Vill: dauph: III. p. 388. quæ folia habet angustiora? *P. cæspitosa* Pers: ad *vulgarem* quoque pertinere arbitror sec: Stev: Specim: ex Perret non differt nisi caulibus humilioribus, et valde cæspitosis.

10. *P. monspeliaca* = L. sp: 987. non All: (*Gallia* austr: in sterilibus circuitis maris *Mediterr*: In *Sardin*: collibus aridis Moris st: sard. I. p. 6.). Priori affinis, sed differt præsertim radice *annua*, et alis oblongis striatis corolla sesquilongioribus, quod constanter observavi in omnibus specim: a Morisio communicatis ex *Sardinia* = 11. *P. austriaca* = Crantz aust: t. 2. f. 4. *P. amara* var: α DC. Prodr: I. 325. (*Germania*, *Gallia* med:, *Volynia*). Flores parvi, alæ corollam subæquantes.

❀ 12. *P. amara* = L. sp: 987. = Spr: syst: III. 166. = Jacq: fl: austr: t. 412. (*Svecia*, *German*: med:, *Ital*: bor: *Pedem*: in valle *Ulciensi*, alpibus *di Fenestrelle* et *Exilles*; in sterilibus alp: *Cottiarum* non tamen summarum non infrequens All: n. 1087. In monte *Cenisio* Re fl: segus: p. 59. In pascuis *di Scopello*, *Rima*, *Scopa* et *Allagna* sæpe observavit Biroli fl: acon: II. p. 24.). Priori valde affinis, sed alæ corolla *longiores*, *latioresque*, folia superiora *latiora*.

13. *P. tenuifolia* = W: sp: III. 879. (*Sibiria*). Flores parvi; alæ oblongæ acutæ disco virides margine albidæ petalis roseis breviores. Specimen optimum ex FISCHERIO in *Dahuria* lectum. = 14. *P. exilis* = DC. cat: h. monsp: p. 133. (*Gallia* austr:, *Hispania*). Ann: Nana, ramosissima; flores mediocres, alæ corolla latiores. Huc pertinet sec: SPR: *P. parviflora* LOISL: a DC. omissa; at specim: mea ex PERRET humiliora sunt, et flores gerunt dimidio minores alis *sub-orbiculatis* nec *oblongis* ut in *P. exili*. An igitur species distincta?

Sect: II. Imberbes.
(*Senega* et *Brachytropis* DC.).

15. *P. sanguinea* = L. sp: 991. (*Amer*: bor:). Ann: Pumila; flores minimi spicati rubescentes.

II. MURALTIA Neck: elem: n. 1382. = *Polygalæ* sp: L.

» *Cal*: 5-sepalus glumaceus sub-æqualis. *Pet*: 3.
» coalita, medio 2-lobo. *Capsula* 4-cornuta vel 4-
» tuberculata. Cetera ut in *Polygala*. »

*Obs*: Genus constans 37 speciebus ex DC., quarum multæ dubiæ, 19 ex SPR: omnibus *Africæ* australis incolis ac suffruticosis, habitum *Polygalæ* referentibus.

1. *M. alopecuroides* = DC. Prodr: I. 335. (*Afr*: austr: (*C. B. S.*). Specimen optimum ex hb: BELLARDI a VAHL communicatum. = 2. *M. mixta* = DC. Prodr: I. 336. (Cum priori). Culta in H. Ripul:

Obs: geographica circa *Polygaleas*.

*Polygaleæ* ex DC. sistunt numero . . 115

*Polygaleæ* pedemontanæ

*Polygala* . . . . . . . 4

Et sic vigesimam nonam partem circiter constituunt.

---

## Ordo XIX.

### TREMANDREÆ

( R. Brown: gen: rem: p. 12. = DC. Prodr: I. 343.)

*Char*: *essentialis*.

» *Cal*: 4-5-sepalus inæqualis basi sub-coalitus de-
» ciduus. *Pet*: totidem æqualia. *Stam*: petalorum nu-
» mero dupla iisque opposita, antheris 2-4-locula-
» ribus. *Styl*: 1. *Caps*: 2-locularis 2-valvis, valvis
» medio septiferis. *Sem*: appendiculata. *Embr*: rectus
» axilis in *album*: carnoso. »

*Obs*: Ordo parum naturalis hactenus 2 tantum generibus constans sc: *Tetratheca* et *Tremandra* quorum prius octandrum, alterum decandrum, staminibus liberis; hinc ludentia inter *Polygaleas* et *Ericaceas* quibus habitu magis accedunt. Fruticuli ex *N. Holl*:

I. Tetratheca Smith N. Holl: I. t. 2.

» *Cal*: 5-sepalus. *Antheræ* 4-loculares. »

*Obs*: Species 5 a Smith et Labill: detectæ.

1. *T. pilosa* = Labill: n. holl: I. p. 95. (*Terra Diemen*). Fruticulus totus piloso-glandulosus, ramis virgatis, floribus parvis axillaribus solitariis uti in ceteris congeneribus. Specim: optima ex hb: Bellardi a cl: Labill: missa. = 2. *T. glandulosa* = Labill: l. c. t. 123. non Smith (*Terra-Diemen*). Priori valde affinis, sed differt foliis omnibus *ovato-oblongis dentatis*, *linearibus* nullis, calycibus *ovato-lanceolatis*, nec *subor-biculatis*, floribus paullo maioribus. *T. glandulosa* Smith pertinet ad *pilosam*. Specim: ut supra.

Obs: geographica circa *Tremandreas*.

| | |
|---|---|
| *Tremandreæ* ex DC. sistunt numero . . | 7 |
| Pedemontanæ . . . . . . . | 0 |

# Ordo XX.

## PITTOSPOREÆ

( R. Brown: gen: rem: terr: aust: p. 10. = DC. Prodr: I. 345. ).

*Char: essentialis.*

» *Cal*: 5-sepalus ad medium quandoque sub-coali-
» tus. *Pet*: totidem unguibus conniventibus vel coa-
» litis. *Stam*: totidem petala alternantia. *Ovar*: libe-
» rum placentis 2-5. *Styl*: 1. *Stigm*: tot quot placen-
» tæ. *Capsula* vel *bacca* loculis polyspermis quando-
» que abortivis. *Sem*: sæpius pulpa glutinosa obdu-
» cta. *Embr*: minimus in *albumine* carnoso.

*Obs*: Ordo satis naturalis, excepto *Senaciæ* genere, quod potius ad *Rhamneas* accedit, constans arbusculis africanis, asiaticis, plerisque australasicis, foliis simplicibus sempervirentibus, floribus terminalibus axillaribusve raro polygamis.

I. Billardiera Smith exot: bot: t. I. non Vahl, nec Moench:

» *Sepala* acuminata colorata decidua. *Pet*: ungui-
» bus approximatis. *Stigm*: 2-lobum. *Bacca* ellypsoi-
» dea stylo apiculata. *Sem*: pulpa glutinosa obdu-
» cta. »

*Obs*: Genus modo constans 8 stirpibus sæpius scandentibus omnibus australasicis fructus edules gerentibus.

1. *B. scandens* = Smith exot: bot: t. 1. (*N. Holland:*). Scandens, villosa, exceptis ramis adultis, floribus solitariis ochroleucis. Culta in H. Ripul: = 2. *B. fusiformis* = Labill: n. holl: t. 90. (Insul: *Van Diemen*). Vix scandens, subvillosa, floribus paniculatis. In specim: ceterum perfectis ex hb: Bellardi a cl: Billardiero missis, color floris non apparet.

II. Pittosporum Banks: in Gaertn: fr: I. p. 286. t. 59. = Lam: ill: t. 143.

» *Sepala* non colorata. *Pet:* unguibus in tubum » conniventibus. *Caps:* 2-3-valvis mucronata. *Sem:* » pulpa resinosa obducta. »

*Obs:* Genus constans 15 speciebus ex DC., quarum multæ valde dubiæ, 7 tantum ex Spr:, omnibus fruticosis exoticis folia integra plus minusve coriacea, ac flores umbellatos vel aggregatos raro solitarios sæpe suaveolentes gerentibus.

1. *P. coriaceum* = Ait: h. Kew: ed: 1. vol: 3. p. 488. (*Madera*). Pedunculi umbellati terminales, non *pauciflori axillares* ut in diagn: Spr:, flores noctu præsertim suaveolentes albi. Cult: in H. Ripul: ubi sub diu non periit hyeme 1833. = 2. *P. Tobira* = Ait: h. Kew: ed. 2. vol: 2. p. 27. (*China*, *Japonia*). Priori valde affine, sed differt calycibus acuminatis glabriusculis; in specim: meo ex Spinio folia sunt inferne sub-ferruginea. = 3. *P. undulatum* = Andr: bot: rep: t. 393. (*N. Holl:*). Flores albi suaveolentes; petala longiora quam in præcedentibus. Cult: in H: Ripul: = 4. *P. revolutum* = Ait: h: Kew: ed: 2. vol. 2. p. 27. (*N. Holl:*). Unicum possideo specimen

ex hb: BIROLI s: fl: in quo folia adparent margine *plana* nec *revoluta*, subtus ramique ferrugineo-tomentosi.

*Pittospora dubia.*

» 5. *P. Billardieri* = Foliis sparsis sub-fasciculatis » lanceolatis utrinque acutis coriaceis superne nitidis » subtus ferrugineo-tomentosis margine revolutis, » pedunculis solitariis unifloris, capsula sub-carnosa » glabra. » NOB:

*Obs*: Specim: ex hb: BELLARDI missum a cl: BILLARDIERIO cum scheda ita inscripta = *Pittosporum* ... *e capite Van-Diemen.* = Species optima a ceteris distincta præsertim dispositione, et figura foliorum, quæ in nostra prorsus *lanceolata*; in aliis plus minusve *ovata*; accedit ad *P. phillirœoideum* DC. Prodr: I. 347., ceterum dubium, sed differt foliis *revolutis subtus ferrugineis*, nec *planis glaberrimis*.

III. BURSARIA Cav: ic: IV. t. 350.

» *Cal*: 5-dentatus. *Pet*: basi distincta. *Caps*: ex » coccis 2-connatis compressa obcordata 2-locularis » polysperma. *Sem*: resinosa. »

*Obs*: Genus *Pittosporo* proximum, sed calyce monophyllo petalorum unguibus liberis, et forma fructus rite distinctum, constans hactenus sola specie sequenti.

1. *B: spinosa* = Cav: l. c. (*N. Holl*: ). Arbor ramis spinosis (vel inermibus ex DC. Prodr: I. 347), foliis sparsis sub-confertis sub-emarginatis crenulatis

( non *integerrimis* uti in obs: DC. l. c. ), racemis terminalibus; flores parvi ex sicco luteoli ( albi DC.). Specimen perfectum ex hb: BELLARDI a BILLARDIERIO missum.

Obs: geographica circa *Pittosporeas*.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Pittosporeæ* ex DC. sistunt num: | . | . | 28 |
| *Pittosporeæ* pedemontanæ | . | . | 0 |

---

## ORDO XXI.

### FRANKENIACEÆ

( S. Hill: mem: plac: cent: n. 39. = DC. Prodr: I. 349. )

*Char*: *essentialis*.

» *Cal*: 5-sepalus basi coalitus æqualis persistens.
» *Pet*: 5 sessilia alterna unguiculata libera fauce squa-
» mulis sub-coronata. *Stam*: petalorum numero æquali
» vel duplo uno quandoque adsito. *Ovar*: liberum.
» *Stylus* 1-2-3-fidus. *Caps*: calyce persistente stipata
» 1-locularis 1-4-valvis, valvulis ad marginem pla-
» centiferis polyspermis. *Sem*: minuta. *Embr*: rectus
» in medio albuminis.»

*Obs*: Ordo *Caryophylleis* affinis 2 tantum ge-

neribus constans, *Frankenia* sc: et *Luxemburgia* (*Beatronia* enim ad *Frankeniam* amandanda).

I. Frankenia Lin: gen: n. 445. = Lam: ill: t. 262.

» *Stam*: 6, quorum 5 petalis alterna, 1 opposi-
» tum. *Stigm*: oblongum 3-fidum. *Caps*: 3-4-valvis. »

*Obs*: Genus constans speciebus 17 circiter, inclusa *Beatsonia*: herbæ vel suffrutices humiles ericoidei.

1. *Fr*: *lævis* = L. sp: 473. (Litorib: maris *Mediter*: Ad vias in *Sardin*: maritimis Moris st: sard. I. p. 7.). Suffrutex. = 2. *Fr*: *thymifolia* = Desf: fl: atl: I. 316. (*Barbariæ* desertis, *Hispania* circa *Aranjuez*.). Suffrutex. = 3. *Fr*: *hirsuta* = W. sp: II. 242. (*Afr*: bor:, *Ægypt*:, *Calabria*. In maritimis *Cagliari* Moris st: sard: I. p. 7. sub *Fr*: *intermedia*). Suffrutex.

❀ 4. *Fr*: *pulverulenta* = L. sp: 474. = Spr: syst: II. 134. = Lam: ill: t. 262. f. 3. Ic: taur: vol: 16. t. 103. (In arenosis maritimis *Eur*:, *Afr*: bor: In agris *Nicæensibus* arenosis All: n. 1609. *Genuæ* inter saxa *al Molo vecchio* Bertol: am: ital: p. 146. In *Sardin*: maritimis Moris st: sard: I. p. 7.). Ann:

5. *Fr*: *corymbosa* = Desf: atl: I. p. 315. (*Barbariæ* maritimis, ins: *Canariis*). Suffrutex. Accepta sub nomine *Fr*: *fruticosæ* perfecte quadrat cum descript: et ic: Desf: l. c. t. 93.

Obs: geographica circa *Frankeniaceas*.

| | |
|---|---|
| *Frankeniaceæ* ex DC. sistunt num: . . | 19 |
| *Frankeniaceæ* pedemontanæ . . | 1 |

## Ordo XXII.

### CARYOPHYLLEÆ

( Juss: gen: 299. = DC. Prodr: I. 351. = J. S. Hill: II. p. 109. t. 91. 92. ).

*Char: essentialis.*

» *Cal*: 4-5-sepalus sepalis liberis vel in tubum 4-
» 5-dentatum coalitis, quandoque basi squamis ca-
» lyculatus. *Pet*: tot quot sepala iisque alterna toro
» ( *anthophorum* ) inserta, unguiculata, ad faucem
» interdum squamulis petaloideis aucta. *Stam*: peta-
» lorum numero æqualia vel sæpius dupla et tunc 5
» opposita basi petalorum coalita. *Styl*: 2-3-5. *Caps*:
» 1-2-3-5- locularis apice dentibus dehiscens, raro
» fructus baccatus indehiscens. *Sem*: sæpius plurima
» secus placentam centralem seriatim disposita. *Album*:
» farinosum. *Embr*: periphæricus incurvus, rarissime
» rectus centralis. »

*Obs*: Ordo naturalissimus habitu præsertim inspecto, etsi plurima comprehendens genera in syst: sexuali ad diversas classes pertinentia; observandum enim calycem semper esse 4-5-phyllum, vel 4-5-dentatum, petala numero æquali; stamina autem, paucissimis casibus exceptis, forsan per abortum, esse quoque constanter numero æquali vel duplo; ceteri præcipui characteres tum fructificationis, cum herbæ conveniunt. Caules in singulis stirpibus nodosi

folia semper opposita integra, flores terminales. Divisio a Jussieu statuta in septem sectiones ex staminum et stylorum numero nimis systematica; simplicior et magis naturalis videtur illa a DC. excerpta ex sola calycis forma qui vel gamosepalus 4-5-dentatus (in *Sileneis*), vel distincte 4-5-sepalus (in *Alsineis*).

Trib: I. (*Sileneæ.*)

1. Gypsophila Lin: gen: n. 678. = Lam: ill: t. 375.

» *Cal*: campanulatus angulatus 5-fidus interdum » basi 2-4 squamis instructus. *Pet*: 5 vix unguiculata. *Stam*: 10. *Styli* 2. *Caps*: 1-locularis 5-valvis. »

*Obs*: Genus constans 36 speciebus ex DC., 32 ex Spr: melius in 2. sectiones dividendum ex squamarum calycinarum defectu vel præsentia sec: DC. quam ex inflorescentia sec: Spr: Herbæ perennes vel annuæ in *G. Struthio* basi fruticosæ, floribus plerumque paniculatis parvis hermaphroditis, in sola *G. paniculata* dioicis; paniculæ structura et florum magnitudo optimos præbent characteres specificos, qui plerumque omissi a Spr:

† Calyx squamis destitutus (*Struthium* Ser:, DC.).

1. *G. Struthium* = L. sp: 582. (*Hispan*:, *Tauria*). Perenn: basi frutescens. Flores in paniculæ ramis confertim sub-umbellati mediocres. = 2. *G. fastigiata*

= L. amæn: III. p. 23. (*Gallia*, *Helvet:*, *German: med:*, *Borussia*, *Suecia*). Perenn: Flores corymbosi parvi, foliis obsolete triquetris vel planis in *G. arenaria* Kit:, quæ nonnisi varietas sec: Spr:; admittitur tamen a DC. Prodr: II. 352. Specim: mea ex hb: Biroli non differunt. = 3. *G. viscosa* = Murr: in comm: gott: 1783. p. 9. (*Asia* minori). Ann: Flores parvi in corymbum laxum. = 4. *G. altissima* = L. sp: 582. non Bieb: (*Sibiria*). Perenn: Flores numerosissimi minimi in paniculam maximam. = 5. *G. perfoliata* = L. sp: 583. (*Oriente*, *Hispan:*). Perenn: Flores minimi in paniculam magnam laxam; folia in specim: meo punctata. = 6. *G. acutifolia* = Fisch: cat: h. gor: 1812. p. 59. (*Caucaso*). Perenn: Flores parvi in paniculam trichotomam paucifloram; calyx in specim: meo ex hb: Biroli 5-partitus laciniis lanceolato-linearibus. = 7. *G. paniculata* = L. amæn: III. p. 23. (*Sicil:*, *Sibir:*). Perenn: Flores numerosissimi minimi in paniculam maximam: vix differt a *G. altissima* n. 4. floribus dioicis, et paullo maioribus. Cl: Spr: asserit ramos paniculæ esse 1-floros, quod silet DC., nec occurrit in specimin: meis, immo rami sub-corymbosi, ramuli 3-4-flori. = 8. *G. adscendens* = Jacq: h. vindeb: 2. t. 138. (*Oriente*). Perenn: Flores parvi in paniculam paucifloram. = 9. *G. glauca* = Stev: in litt: sec: DC. Prodr: I. 353. n. 17. (*Caucaso*, *Armenia*, *Asia min:*). Perenn: Flores mediocres in paniculam laxam vix ramosam, ramis paucifloris. Ex hb: Biroli habeo sub nomine *G. Steveni* Fisch: quam *G. glaucæ* tradit synonymam cl: Spr:, etsi a DC. distincta;

observo tamen in nostra folia esse *graminea acuta*, nec *sub-carnosa obtusa*, uti in diagn: Auctorum de *G. glauca*; an igitur species Fisch: et Schrank diversa a *G. glauca*? Adde cl: Fischerium neutram enumerasse inter plantas caucasicas in recentissima scriptura, cui titulus *Enum: plant: in mont: caucasicis etc. S. Petersb*: 1831. = 10. *G. elegans* = Bieb: fl: taur: I. p. 319. (*Caucaso*). Ann: Flores mediocres in paniculam ramosissimam, rami 2-3-chotomi. = 11. *G. Rokeika* = Delil: fl: eg: 87. t. 29. f. 1. (*Ægypt*:). Ann:? Erecta, ramosissima, divaricata; pedunculi capillares 1-flori, flores majusculi lineato-picti.

* 12. *G. repens* = L. amæn: III. p. 33. sp: 581. = Spr. syst: II. 372. = Lam: ill: 375. Ic: taur: vol: 3. t. 48. et vol: 13. t. 5. 6. sub *G. prostrata* (*Eur*: med: et austr:, *Sibir*: In *Pedem*: ubique ad semitas saxosas nostrarum *Alpium*; etiam circa *Taurinum* in sabulosis *Sturæ* ob viam venit semine ex *Alpibus* allato; in *M. Cenisio* multa est All: n. 1561. Secus *Duriam* prope *Lucengo*, alibique Re fl: torin: I. p. 229. Ad montem *Rosa*, ad rupes vallis *Sessitis* supra *Scopa* Biroli sub *G. prostrata* fl: acon: I. p. 142. 143.). Perenn: Flores mediocres in paniculam pauci-ramosam apice 3-chotomam. Possideo plura specim:, alia lecta in *M. Blanc* a Bertero, alia passim in *Alpibus* sub nomine *G. prostratæ* All:, alia demum communicata a cl: Bertolonio sub nomine *G. repentis*; omnia conveniunt inter se, et cum iconib: supra citatis. Vera *G. prostrata* L. pistillos habet petalis longiores, in *repenti* genitalia omnia in-

serta; illa crescit in *Asia* min: sec: Spr:; hinc censeo errore ductum fuisse cl: Birolium dum hanc speciem quoque inter indigenas enumeravit; nostra communis est in *Alpibus*. Ceterum hæ duæ stirpes sunt valde affines.

✻ 12. *G. muralis* = L. amœn: III. p. 24. sp: 583. = Spr: syst: II. 373. = Lam: ill: t. 375. f. 1. (*Eur*: fere tota. *Pedem*: secus arva, ad vias, inter stipulas autumno tempore in agro *Canapiciensi* et *Taurinensi* occurrit All: n. 1562. Re fl: segus: p. 36. et fl: torin: p. 229. In agri *Novariensis* cerealibus locis argillosis Biroli fl: acon: I. p. 143.). Ann: Flores parvi in axillis paniculæ laxæ ramosæ foliosæ sub-solitarii.

†† Calyx squamosus (*Petrorhagia* Ser:, DC.).

✻ 13. *G. Saxifraga* = L. sp: 584. = Spr: syst: II. 373. = Barr: ic: t. 998. Ic: taur: vol: 3. t. 24. sub *Diantho* (*Eur*: med: et aust: In *Pedem*: pascuis saxosis ubique All: n. 1554. sub *Diantho*; Balb:, Re, Biroli sub *Gypsophila*; in *Sardin*: saxosis aridis Moris st: sard: I. p. 7.). Perenn: Flores parvi in paniculam elongatam laxam terminales; squamæ calycinæ 4.; folia capillaria in var: *β capillacea*. Huc pertinet sec: DC. Prodr: I. 354. *G. rigida* L., quæ ad *repentem* refertur a Spr:, quamque non possideo.

*Gypsophilæ dubiæ.*

14. *G. scabra* = Schult: sec: Steud: Habui plantam hanc ex hb: Biroli sub allato nomine, quod

enumeratum non vidi nisi a STEUDELIO cum sola indicatione auctoris; a *G. Saxifraga* mihi non videtur differre, nisi caule foliisque scabriusculis; an var: γ *hispidula* a DC. relata sub *G. Saxifraga*?

II. DIANTHUS Lin: gen: n. 770. = Lam: ill: t. 376. Cons: Koch: observat: in *Bull: univ*: 1831. *Mars* p. 337.

» *Cal*: tubulosus 5-dentatus basi squamis 2-4 raro » pluribus cruciatim imbricatis, quandoque foliis in- » volucralibus (*bracteæ* DC.) cinctus. *Pet*: 5. longe » unguiculata apice secta. *Stam*: 10. *Styl*: 2. *Caps*: » 1-locularis.

*Obs*: Pulcherrimum genus constans 113 speciebus ex DC., 77 ex SPR: qui plurimas vel omittit, vel tamquam solas varietates considerat, ab Auctoribus divisum ex inflorescentia et petalorum lamina plus minusve secta, sed stirpium determinatio intricata; unde recte cl: BERTOLONIUS clamabat: » quidnam in- » ter Floræ delicias jucundius et familiarius *Rosa* et » *Diantho*? At quid *Diantho* et *Rosa* difficilius in » speciebus dirimendis? (BERTOL: am: ital: p. 364.). Suffrutices, aut herbæ, quarum nonnullæ multimode variantes magnitudine, plenitudine, et colore petalorum:

† *Floribus aggregatis.*

1. *D. arboreus* = L. sp: 590. (*Creta*). Frutescens. Facile confunditur cum *D. fruticoso* a quo tamen distinguitur præsertim unguibus petalorum calycem superantibus, ac foliis *subulatis*, nec *lanceolatis*

*obtusis*. Cult: in H. Ripul:; petala ex albo rubescentia. = 2. *D. rupicola* = Bivon: Bern: cent: I. p. 31, t. 1. *D. Bisignani* Tenor: fl: nap: I. p. 228. t. 37. (*Calabr:*, *Lucan*: Tenor: ; *Sicilia* in rupium calcarearum fissuris Guss: Prodr: fl. sic: p. 494. ). Frutescens. Flores 8-10 fasciculati sub-sessiles ; petala ex sicco rubescentia.

✻ 3. *D. collinus* = Waldst et Kit: pl: rar: I. p. 36. = Spr: syst: II. 375. = Waldst et Kit: l. c. t. 38. (*Eur*: austr: *Liguria* inter *Savona* et *Arbissola* locis rupestribus Balbis: misc: bot: p. 21.). Perenn: Huc referuntur a cl: Spr: *D. scaber* Schleich, *D. asper* W., *D. umbellatus* DC., *D. patens* Horn:, et *D. discolor* Sims quos omnes possideo : in ipsis sequentes differentias observavi.

*D. scaber* Schleich idem ac *D. asper* W. en: 466. differt a *D. collino* floribus non reapse *fasciculatis*, sed potius *laxe paniculatis*, squamis calycinis duplo *brevioribus*, foliis *lineari-acutis*, nec *lanceolatis*.

*D. umbellatus* DC. fl: fr: est verus *D. collinus*, quem cl: Auctor in Prodr: l. c. refert ad var: β *D. asperi*: flores sunt reapse *fasciculati* sub-sessiles, squamæ calycinæ tubum *subæquantes* acutissimæ fere *cuspidatæ*, folia prorsus *lanceolata*.

*D. patens* Horn: quem habeo ex hb: Biroli, magis accedit ad *D. collinum*, sed flores non prorsus *fasciculati sub-sessiles*, sed potius *corymbosi* et *pedunculati*, squamæ calycinæ etiam *breviores*, folia *angustiora*, ita ut medium teneat inter *D. collinum* et *D. scabrum*.

*D. discolor* Sims in H. B. T. cultus, ex quo spe-

cim: mea, ab omnibus supra enumeratis differt caule *paucifloro*, squamis calycinis tubo *quadruplo* brevioribus *ovatis* acuminatis, foliis *linearibus* strictis scabriusculis margine *sub-revolutis*.

An igitur species istæ a *D. collino* sejungendæ, excepto *D. umbellato*? Tunc phrases ita propono:

» *D. collinus* = Kit: floribus fasciculatis sub-ses-
» silibus, calycis squamis ovato-lanceolatis cuspidatis
» tubum subæquantibus, foliis lanceolatis acutis sub-
» 5-nerviis cauleque sub-tetragono scabriusculis =
» Nob: » *D. asper* var: *β collinus* DC. l. c.

» 4. *D. patens* = Hornm: floribus sub-corymbosis
» pedunculatis, calycis squamis lanceolato-linearibus
» acutis tubo paullo brevioribus, foliis lanceolato-
» linearibus acutis 3-nerviis cauleque teretiusculo
» scabris. » Nob:

» 5. *D. asper* = W. floribus laxe paniculatis, ra-
» mis dichotomis, calycis squamis ovato-lanceolatis
» acuminatis tubo duplo brevioribus, foliis lineari-
» lanceolatis acutissimis sub-3-nerviis cauleque tereti
» scabris. » Nob: *D. scaber* Schleich non Thb:, *D. asper* var: *α angustifolia* DC. Prodr: I. 357.

» 6. *D. discolor* = Sims caule paucifloro, calycis
» squamis ovatis acuminatis tubo quadruplo brevio-
» ribus, foliis linearibus strictis 1-nerviis margine
» sub-revolutis cauleque tereti glabris. » Nob:

❋ 7. *D. Armeria* = L. sp. 586. = Spr: syst: II. 375. = Oed: fl: dan: I. 230. Ic: taur: vol. 14. t. 7. f. 1. (*Eur*: med: *Pedem*: vulgatissimus in argillaceo-sabulosis sterilibusque torrentium stipis All: n.

1546. Re fl: segus: p. 36. Abunde in agro *Novariensi* ad vias collium et secus *Padum* Biroli fl: acon: I. p. 145. In sylvis *della Mandria* sed rarus Re fl: torin: I. p. 232. In *Sardin*: sterilibus montanis *Arizzo* Moris st: sard: I. p. 7.). Ann: Flores sessiles; bracteæ lanceolatæ acutæ tubi calycini striati villosi longitudine.

8. *D. Pseudarmeria* = Bieb: fl: taur: I. p. 323. (*Tauria*). Perenn: Flores sub-sessiles; bracteæ subulatæ tubum calycinum striatum villosum superantes.

❄ 9. *D. barbatus* = L. sp: 586. = Spr: syst: II. 376. = Ic: taur: vol: 14. t. 5. et 6. (*German*:, *Gallia* austr: *Pedem*: in valle *Fenestrellarum* All: n. 1543.). Perenn: Flores sub-sessiles, bracteæ lanceolatæ calycem glabrum superantes; colitur in hortis ornamenti gratia; variat colore florum ex albo ad rubrum.

10. *D. chinensis* = L. sp: 588. (*China*). Ann: Flores potius paniculati, vix aggregati, pedunculati, variantes colore et plenitudine. Colitur in hortis ubique. Hunc hortulani nostri *Mignardise* appellant, non *D. plumarium* uti de Hortulanis gallicis asserit DC. Prodr: I. 363. n. 97. = 11. *D. Fischerii* = Spr: cat: sem: h: hal: 1810. (*Russia* austr:). Perenn: Flores vix aggregati sc: 1-3-axillares et terminales, bracteæ lineares tubo calycis striato glabro apice colorato breviores; cl: Spr: addit folia esse serrulata. Possideo specim: spontanea ex Fischerio, aliaque e plantis cultis in H. Ripul: enatisque a seminibus missis ab eodem; in omnibus folia sunt integerrima, in plantis cultis fere duplo angustiora.

❀ 12. *D. Carthusianorum* = L. sp: 586. = Spr: syst: II. 376. = Seg: veron: I. 434. t. 8. f. 2. Ic: taur: vol. 9. t. 67. et vol: 20. t. 21. ( *Europ*: In *Pedem*: pascuis collium siccorum et in montibus sæpe obviam venit All: n. 1544. Prope *Segusium* in rupibus *delle Blaccie* Re fl: segus: p. 36. Frequens in sylvis *della Mandria* Balbis:, Re fl: torin: I. p. 231. In collinis *Novariensibus* frequens Biroli fl: acon: I. p. 144. ). Perenn: Flores sub-aggregati pedunculati: involucrum aristatum capitulo brevius; folia 3-nervia. Huc pertinet sec: Steud: *D. Seguieri* quem cl: Bellardi non infrequentem dixit in ericetis *Ciliani*, *Moncrivelli*, locisque sylvaticis agri *Canapiciensis* ( Bell: app: p. 22. ).

❀ 13. *D. Allionii* = Nob: *D. atrorubens* All: n. 1545. non M. B. = W. sp: II. 672. = Seg: veron: I. 434. t. 7. f. 2. (*Ital*: *Pedem*: locis aridis collinis ad vias sylvarum All: l. c. Re fl: segus: p. 37. In sylvis *di Campagnola* prope *Alpinianum*; ad oras sylvarum *della Mandria* Re fl: torin: I. p. 281. In *Ticini* ericetis Biroli fl: acon: I. p. 144. ). Perenn: Priori valde affinis, cuius varietas tantum habetur a DC. Prodr: I. 357. et Spr: syst: II. 376; sed differt præsertim floribus *dense capitatis sessilibus*, foliis enerviis, aliisque levioribus notis. Cons: All: et W. ll. cc. Nomen specificum mutavi ne confundatur cum sequenti.

14. *D. atrorubens* = M. B. fl: taur: I. p. 324. non All:, Fisch: en: pl: caucas: p. 215. excl: syn: All: (*Tauria*, *Caucaso*). Perenn: Habitu priori affinis, a quo differt statura in omnibus partibus valde *maiori*

involucro capitulum æquante, foliis 3-nerviis striatis patentibus, internodiis longioribus. Specim: mea ex hb: Biroli veniunt nomine *D. corymbosi* H. Paris:, quem non possideo, sed manu Balbisii scriptum in scheda » *D. capitatus DC. idem ac atrorubens M: B.* », cum quo perfecte quadrant. = 15. *D. polymorphus* = M. B. fl: taur: I. p. 324. (*Hungar:*, *Transylv:*, *Russia* austr:). Perenn: Flores in capitulum sessiles; calyx glaber vix striatus. Cult: in H. B. T.

❄ 16. *D. prolifer* = L. sp: 587. = Spr: syst: II. 376. = Oed: fl: dan: t. 221. (*Eur:*, *Asia* med: *Pedem:* frequens in saxosis declivibus, et pascuis siccis All: n. 1547. Re, Biroli etc: In collibus montibusque *Sardin:* Moris st: sard: I. p. 7.). Ann:

17. *D. velutinus* = Guss: pl: rar: p. 166. t. 32. (Regn: *Neapolit:*). Ann: Priori affinis, sed differt caule *simplicissimo*, squamis calycinis exterioribus *2-mucronatis* non *muticis*, floribus inter bracteas *pedunculatis*, seminibus *tuberculatis* non *lævibus*, florendi tempore *præcociore*. Specim: ex Gussone in collibus *Calabriæ* lecta.

### ✝✝ *Floribus sparsis.*

#### α Petalis dentatis crenatis.

18. *D. Poiretianus* = DC. Prodr: I. 360. ex Ser: (Patria?). Planta elegantissima valde sequenti affinis, cujus forsan varietas a Spr: omissa. Cultus sub nomine *D. corymbosi* in H. Paris:, ex quo selecta possideo specim: Nomen a cl: Seringio recte muta-

tum ne confundatur cum *D. corymboso* Sm: toto cœlo diverso.

❋ ? 19. *D. Caryophyllus* = L. sp: 587. = Spr: syst: II. 376. = Engl: bot: t. 214. Ic: taur: vol. 8. t. 16. f. 3. 4. Vern: *Garofo* (*Gallia* merid:, *Anglia*, *Italia*. *Pedem:* in sterilibus montanis ad oras sylvarum non rarus, frequentior in montibus *Alp*: *Cottiarum* All: n. 1548. In rupibus *della Brunetta* Re fl: segus: p. 36. In montanis provinc: *Novar*: Biroli fl: acon: I. p. 145. In *Sardin*: pascuis collinis et montanis Moris st: sard: I. p. 7.). Perenn: Ex hoc innumeræ varr: hortenses. Planta admodum dubia pro *Pedemontio*. Cl: Balbisius putat *D. Caryophyllum* ab All: enumeratum spectare cum *D. virginico* ad *D. sylvestrem* Vulff: Cl: Re addidit in fl: Tor: I. p. 233. *D. Caryophyllum* forsan deesse in *Pedem:* Demum DC. Prodr: I. 359. dubitavit *D. sylvestrem* esse typum *D. Caryophylli*. Specim: mea spontanea sub utroque nomine satis non differunt ut quid certi asseri possit, et magis ad *sylvestrem* quam ad *Caryophyllum* accedunt juxta descriptiones Auctorum.

❋ 20. *D. longiflorus* = Lam: dict: IV. p. 522. = Spr: syst: II. 377. = Brot: fl: lusit: II. p. 173. t. 73. sub *D. lusitanico* (*Gall*: austr:, *Orient*:, *Hispan*:, *Lusitan*: *Pedem*: in monte *Pessimalta* vulgo *Bessimauda* supra *Bovisium* locis sterilibus Bellardi app: p. 22. sub *D. hirto* Vill:). Perenn: basi suffruticosus. Flores sub-solitarii; calycis squamæ sub-senæ.

❋ 21. *D. deltoides* = L. sp: 588. = Spr: syst: II. 377. = Dill: elth: 400. t. 298. f. 384. Ic: taur: vol. 22. t. 10. sub *D. glauco* (*Eur*:, *Japon*: In *Pedem*:

pratis *Montisregalis*, et in pascuis apricis et alpestribus *di Tenda* et *Madonna delle Finestre* All: n. 1550. et auctar: p. 28. sub *D. deltoideo* et *D. glauco*. In agro *Albensi* invenit Berterus). Perenn: Flores sub-solitarii; calycis squamæ sub-binæ. *D. glaucus* L. et All: est mera varietas.

22. *D. rigidus* = M. B. fl: taur: I. p. 325. (*Tauria* ad *Volgam*.). Perenn: basi suffruticosus. Flores sub-solitarii; calycis squamæ brevissimæ. = 23. *D. campestris* = M. B. fl: taur: I. p. 326. (*Podolia*, *Tauria*.). Perenn: Flores non semper solitarii in ramis paniculæ, sed sæpius bini. Specim: optimum ex hb: Bellardi. = 24. *D. caucasicus* = M. B. fl: taur: I. p. 327. (*Caucaso* occid:, et in monte *Beschtan* ex Fisch: en: pl: caucas: p. 211.). Perenn: Flores sub-solitarii; calycis squamæ in specim: meo tubo triplo breviores; petala inciso-serrata. Valde affinis *D. plumario*, sed ab *iberico* W. cum quo cl: Spr: *caucasicum* junxit valde differt sec: diagn: DC. Prodr: I. 363. = 25. *D. versicolor* = Fisch: in Link en: I. p. 420. *D. pratensis* M. B. sec: Spr: non sec: DC. (Imp: *Ruthenico*, *Dahuria*.). Perenn: Præter characteres a cl: DC. et Spr: allatos observavi in specim: communicatis a cl: Fischerio ex *Dahuria* caulem esse valde ramosum, ramos strictos sæpius 1-floros, quandoque 2-3-floros et tunc flores aggregatos; squamas calycinas exteriores equidem lanceolatas, sed tubo 1/4. breviores; folia lineari-lanceolata sub-3-nervia. *D. pratensem* quem Spr: *versicolori* tribuit synonimum non vidi.

❊ 26. *D. furcatus* = Balb: act: Acad: Taur: vol. VII.

p. 12. non Hornm: = Spr: syst: II. 378. = Balb: l. c. f. 2. (*Pedem*: sec: arva in montibus *Tendæ* Balbis:). Perenn:

27. *D. nitidus* = Waldst et Kit: pl: rar: 2. p. 209. (*Carpath*: alp: *Dinar*:). Perenn: Cult: in H. Ripul: =

28. *D. bicolor* = M. B. fl: taur: I. p. 329. non Adans: nec Hornm: (*Thracia*, *Asia* min:, *Pelopones*:; in mont: *Taliisch* ex Fisch: l. c. n. 1836.). Perenn: Specim: mea perfectissima ex Marchall folia gerunt *lineari-lanceolata acuta* non reapse *subulata*, uti in diagn: Auctorum, ceterum quadrant.

❋? 29. *D. virgineus* = L. sp: 590. = Spr: syst: II. 379. = Dill: elth: 401. t. 385. ? Jacq: fl: austr: app: t. 15. (*Eur*: austr: In *Pedem:* pascuis sterilibus et saxosis frequens All: n. 1549. Re fl: segus: p. 36. In pascuis *Sessitis* præsertim in valle *del Mastalone* non rarus Biroli fl: acon: I. p. 145.). Perenn: Planta pro *Pedemontio* dubia, ut *D. Caryophyllus* n. 19.; in *D. virgineo* fide omnium Auctorum squamæ calycinæ sunt *obtusissimæ*; plantæ pedemontanæ illas gerunt *acutas*. Huc pertinet sec: DC. Prodr: I. 361. *D. sub-acaulis* Vill: et Loisl: not: p. 66. t. 6. f. 1. a Spr: omissus, varietas notabilis, pygmæa, ac valde cæspitosa; subvarietates possideo caulibus subnullis, vel 1-2-pollicaribus.

β Petalis multifido-laciniatis.

❋ 30. *D. superbus* = L. amæn: IV. p. 272. = Spr: syst: II. 379. = Delaun: hb: amat: t. 21. (*Eur*: austr: et arctica. *Pedem*: loco dicto *Col dl mul*; in pratis a *Ronco* ad *Cimam*; in sylvis *Sabaudiæ* All: n. 1553.

In provincia *Novarienſi* ad montem *Turlo* Biroli fl: acon: I. p. 145.). Perenn: Variat petalis *albis* vel *purpureis* plus minusve fimbriatis. Cult: in H. Ripul: ubi luxuriat paniculis amplissimis, ramis multifloris.

31. *D. fimbriatus* = M. B. fl: taur: I. p. 332. (*Iberia, Sibiria*. In mont: *Taliisch* ex Fisch: l. c. n. 1838.). Suffrutic: Ungues petalorum tubo calycis valde longiores.

⁂? 32. *D. monſpeſſulanus* = L. sp: 588. = Spr: syst: II. 379. = Ic: ? (*Gall*: austr:, *Pyrenæis*, Alpib: *Apuanis*. *Pedemont*: indigena planta est sec: All: n. 1551., sed quo loco crescat nec indicat, nec scio.). Perenn: Specim: possideo ex Molinerio et ex Bertolonio; hæc perfecte quadrant cum optima insignis Auctoris descriptione in am: ital: p. 364.; illa nullam præseferunt indicationem loci natalis, et folia gerunt duplo latiora et breviora; ceterum conveniunt inflorescentia et floralibus organis; an ad var: *β brevifolium* DC. Prodr: I. 365. referenda ?

⁂ 33. *D. plumarius* = L. sp: 589. = Spr: syst: II. 379. = Ic: taur: vol. 8. t. 17. 18. (*Helvet*:, *Hungar*:, *Transylv*: , *Podolia*. *Pedem*: in alpibus *Cenisii* ex quibus in hortum adductus. In montibus *Javenensibus* et *Bugellensibus* frequens All: n. 1552. In alpibus *Mocchiarum* Re fl: segus: p. 36. In sylvis collium *di Maggiora*, *Ameno*, et *della Vesca* Biroli fl: acon: I. p. 145.). Perenn: Variat plenitudine, colore et odore florum, nec non petalis plus minusve incisis. Cult: ubique ornamenti gratia.

### ††† *Caule* 1-*floro.*

α Petalis dentatis.

34. *D. sylvaticus* = Hopp: in W. en. 467. (*German*: med:). Perenn: Sub hac sectione relatus a Spr:; sed flores sunt potius sparsi sub-corymbosi: folia autem melius *lineari-lanceolata glabra* uti in diagn: DC. Prodr: I. 360., quam *linearia margine scabra* uti ex Spr: l. c.: saltem ita video in specim: meis ex Balbisio.

❀ 35. *D. sylvestris* = Wulf: in Jacq: coll: I. p. 237. = Spr: syst: II. 380. = Jacq: ic: rar: I. t. 82. (Alpib: *Noric:*, *Carn:*, *Dinar:* In omnibus alpibus *Pedemontanis* Balb: misc: alt: ). Perenn: Huc spectant *D. Caryophyllus* et *virgineus* All: sec: Balb: Vid: sup: n. 19. et 29.

36. *D. cæsius* = Sm: act: soc: linn: 2. p. 302. (*Angl:*, *Germ*: med:). Perenn: Squamæ calycinæ *subrotundæ*; ungues petalorum tubum calycis *valde superantes*; folia *lineari-lanceolata obtusiuscula sub-erecta*. = 37. *D. suavis* = W. en: suppl: p. 24. (Patria?). Perenn: Confusus a Spr: syst: II. 380. cum priori; sed differt squamis calycinis *acutis*; unguibus petalorum tubum calycinum *æquantibus*; foliis *linearibus acutissimis patentibus*. Cult: in H. Ripul: ex quo specim: mea; collata cum specimin: ad Birolium missis ex h. Berolin: perfecte conveniunt, nec cultura variant: flores odoratissimi.

❀ 38. *D. alpinus* = L. sp: 590. = Spr: syst: II. 380. = Clus: hist: I. p. 283. f. 1. Ic: taur: vol. 8.

t. 19. 20. f. 2. 3. 4. vol. 14. t. 7. f. 2. (Alpib: *Europ:*, *Sibiria*. *Pedem:* in pratis editioribus *Alpium*, et pascuis montanis, tum etiam ad rupes All: n. 1556. Re fl: segus: p. 36. Provincia *Novariensi* in cacuminibus *del Campello* unice observavit Biroli fl: acon: I. p. 146. ). Perenn: Huc pertinet sec: Spr: *D. glacialis* Haenk a DC. distinctus Prodr: I. 362. , qui crescit etiam in alpibus *Pedemontanis* et idem est ac *D. neglectus* Loisl: a Spr: omissus in synonymia. Cons: Balbis: misc: alt: et *obs: sur les Oeuillets*, nec non Re app: alt: p. 197.

* 39. *D. alpestris* = Balb: act: Acad: Taur: vol. VII. p. 11. t. 1. non Sternb: ? = DC. Prodr: I. 358. ( In pascuis *Alpium* maritimarum et in illis *de notre Dame des fenêtres* frequens Balb: l. c. ). Perenn: A *D. alpestri* Sternb: ex Spr: syst: II. 381. quem non possideo diversum puto ex diagn: Spr: ; in nostro enim petala *emarginata* vix *dentata*, in altero *fimbriata:* cl: Spr: *D. alpestri* Sternb: addidit synonymum *D. siculum* Presl: ; hic autem habet squamas calycinas *senas* non *quaternas* uti in nostro. Cons: Guss: fl: sic: Prodr: I. p. 494.

β Petalis fimbriatis.

40. *D. petræus* = Valdst: et Kit: pl: rar: 3. t. 222. (*Hungar:*, *Transylv:*). Perenn: Squamæ calycinæ tubo elongato glaberrimo quadruplo breviores; petala alba: habitus *D. plumarii*. = 41. *D. squarrosus* = M. B. fl: taur: I. p. 331. (Ad *Volgam*). Perenn: Cultus in H. B. T. ex quo specim: mea, a *D. plumario* vix difſert ſoliis duplo *latioribus* nec *glaucis* : an cum priori

ei jungendum? = 42. *D. serotinus* = Waldst: et Kit: pl: rar: 2. p. 188. (*Hungar:, Transylv:*). Perenn: Caulis ramosus, rami 1-flori, folia ramea basi nodos cingentia acuta vix 1-lin: longa, internodia brevissima. A vero *D. arenario* L. vix diversus. *D. hungaricus* Towns sec: Biroli sub quo nomine habui ex ejus hb:; *D. arenarius* Towns it: hung: 3. t. 16. sec: DC. Prodr: I. 364.

❀ 43. *D. arenarius* = L. sp: 589. = Spr: syst: II. 381. = Bot: mag: t. 2038. (*Eur*: med: et frigid: *Pedem*: abunde locis arenosis et siccis circa *Fenestrellas* et *Exilles* All: n. 1555.). Perenn: Huc pertinent sec: Spr: *D. dubius* Horn:, *gallicus* Pers: et *præcox* W., quos omnes possideo; in prioribus differentias non vidi, sed *præcox* differt floribus *sub-aggregatis*, squamis calycinis *acutiusculis*, foliis *lanceolatis nervosis scabriusculis*. An igitur species hæc a DC. omissa admittenda?

❀ 44. *D. tener* = Balb: act: Acad: Taur: vol. VII. p. 13. t. 3. = DC. Prodr: II. 362. (*Pedem*: secus arva in alpinis *di Tenda* Balb:). Perenn: Pumilus gracillimus; folia lineari-lanceolata rigidiuscula. Omissus a Spr:

*Dianthi dubii.*

45. *D. hispanicus*? Enatus e seminibus missis sub hoc nomine sine alia indicatione, differt a *D. hispanico* Asso eodem ac *D. pungens* L. foliis *lineari-lanceolatis* nervosis striatis internodiis longioribus, nec *cæspitosis subulatis*; habitu accedit ad *D. Poiretianum* n. 18., sed differt inflorescentia non in *corymbum*, ac calyce *gibbo* nec *elongato æquali*. An *D. pungen-*

*tis* cum quo quadrat organis floralibus var: altera? Cult: in H. Ripul: = 46. *D. volgensis*? Easdem plantas possideo ex hb: Biroli sub nomine *D. volgensis* h. Erfurt: ined: et *D. guttati* sine alia indicatione. Priorem enumerat DC. tamquam synonymum *D. deltoidei* (Prodr: I. 361.), sed nonnullis differt notis; at *D. guttatus* M. B. fl: taur: I. p. 328. toto cœlo diversus a nostra planta præsertim habitu, inflorescentia, squamis calycinis tubo *triplo brevioribus* nec illum *æquantibus*, foliis *lineari-lanceolatis obtusiusculis*, nec *linearibus subulatis*. Diagnosis ex sicco hæc est:

» *D.* caule cæspitoso sub-paniculato lævi, squamis » calycinis 2 ovatis acuminatis tubo striato triplo bre- » vioribus 2 sub-nullis, petalis dentatis, foliis lineari- » lanceolatis obtusiusculis 1-nerviis striatis internodiis » dimidio brevioribus (petala purpurea). » Nob: Habit: ?

47. *D. glaucophyllus*? Semina accepi sub hoc nomine sine alia indicatione; differt a *D. glaucophyllo* Horn: eodem ac *D. Balbisii* Ser: sec: DC. Prodr: I. 356. squamis calycinis *longe cuspidatis* tubum *superantibus*, nec *lanceolatis* tantum tubo *minoribus*; folia sunt potius *linearia* nervosa, quam *lanceolata-linearia*; in ceteris quadrat. Valde affinis mihi videtur *D. Armeriæ* n. 7. cujus forsan var: Cult: in H. Ripul: = 48. *D. dentosus* = Goldb: (*Altai*). Ita in scheda specim: communicati a cl: Fischerio; nullibi descriptum vidi, et sic definiri potest:

» *D.* caule angulato gracili glabro 1-floro, squamis » calycinis quaternis ovatis cuspidatis tubum sub-

» inflatum æquantibus, petalis dentatis, foliis lineari-
» lanceolatis acutis 1-nerviis margine denticulato-sca-
» bris internodia subæquantibus. » Nob:

49. *D. Arbuscula* = Lindl: bot: reg: 1086. (Patria?). Fruticulosus erectiusculus glaber ramosus; folia oblongo-lanceolata crassiuscula mollia internodiis parum longiora; flores sub-solitarii; bracteæ 2 lineari-lanceolatæ erectæ tubo calycino paullo breviores; calyx vix striatus glabriusculus; petala longe unguiculata lamina latissima sub-rotunda profunde inæqualiter dentata rubra; flores in planta mea ex M. Burdin odori, pleni atque abortivi. Stirps pulcherrima.

III. Saponaria Lin: gen: n. 769. = Lam: ill: t. 376.

» *Cal*: tubulosus angulosus vel teres glaber vel
» villosus 5-dentatus basi nudus. *Pet*: 5. unguicu-
» lata apice integra vel 2-fida unguibus calycem æ-
» quantibus. Cetera ut in *Diantho*. »

*Obs:* Genus *Diantho* valde affine constans speciebus 17. ex DC., 11. ex Spr:, quibus 3. novissimæ nuper additæ fuerunt a Fisch: En: pl: caucas: p. 212. Ex inflorescentia paniculata vel simplici, nec non ex calycis forma divisum in plures sectiones. Herbæ annuæ vel perennes.

† Calyx angulosus, flores paniculati.
(*Vaccaria* DC. sub *Gypsophila* Spr:)

❄ 1. *S. Vaccaria* = L. sp: 585. = DC. Prodr: I. 365. = Bauh: hist: 3. p. 357. f. 2. Ic: taur: vol. 3. t. 35. (*Eur*: med: et austr: *Pedem*: inter segetes circa *Segusium* et prope *Avilianam*, nec non in comitatu

*Nicæensi*, *Astensi*, atque agris collium calidiorum All: n. 1558. Inter segetes prope *Revigliasco* in collibus *Taurinensibus* Re fl: torin: I. p. 230. In campis *di Pallanza* et *Tuna* frequens, et in valle *Formazza* Biroli fl: acon: I. p. 144. *Sardin*: inter segetes Moris st: sard: I. p. 8. *Genuæ* locis herbidis *all'Aquasola* Bertol: am: ital: p. 149.). Ann:

†† Flores fasciculato-paniculati, calyx teres sæpius pilosus (*Bootia* DC.)

✻ 2. *S. officinalis* = L. sp: 584. = Spr: syst: II. 374. = Engl: bot: t. 1060. Ic: taur: vol. 3. t. 25. (*Eur*: omni. Ad vias tum in agro *Pedemontano* tum in sylvis collium *Taurinensium* non infrequens All: n. 1557. Re fl: segus. p. 36. et fl: torin: I. p. 230. In provincia *Novariensi* ad aquæductus ubique Biroli fl: acon: I. p. 143. In *Sardin*: ad sepes Moris st: sard: I. p. 8.). Perenn: Flores magni: tubus calycinus longissimus *glaber* nec *villosus* uti in diagn: DC. Prodr: I. 365. Colitur in hortis var: *fl*: *pleno*, *albo* vel *roseo*.

✻ 3. *S. ocimoides* = L. sp: 585. = Spr: syst: II. 374. = Cav: ic: 2. p. 29. t. 134. Ic: taur: vol. 3. t. 84. (*Eur*: austr: *Pedem*: in umbrosis saxosis abunde, seu in collibus *Taurinensibus*, montanis et subalpinis All: n. 1559. Secus *Duriam* in locis incultis Re fl: segus: p. 36. Secus *Sturam* Re fl: torin: I. p. 230. In rupibus collium *Novariensium* Biroli fl: acon: I. p. 144. In rupibus ad marginem viæ publicæ supra *Gavi*; *Pegli* secus torrentem *Varenna* Bertol: am: ital: p. 150. *Sardin*: in pascuis editioribus *Genargentu*

Moris st: sard: I. p. 8.). Perenn: Flores parvi in *fasciculos* terminales vel axillares, non *solitarii* uti ex Spr: diagnosi; tubus calycinus glanduloso-villosus.

††† Flores solitarii axillares, calyx teres vel angulosus sæpius pilosus (*Proteinia* DC.)

❋? 4. *S. porrigens* = L. mant: 239. = Spr: syst: II. 374. = Jacq: h. vind: 2. p. 49. t. 109. (*Asia* min: In *Liguria* secus torrentem *la Sturla* non longe a littore prope *Genuam* invenit Viviani). Ann: Flores parvi, calyx teres villosus. An plantæ a Viviani lectæ initio ex cultura ortæ? Valde dubito, nam ceteri Scriptores etiam recentiores orientalem patriam exclusive ei tribuunt.

5. *S. orientalis* = L. sp: 585. (*Carniola*, *Asia* min:). Ann: Flores parvi; calyx teres hispidulus; folia in specim: meis ex Balbisio *lanceolata* nec *spathulata* uti in diagn: DC. Prodr: I. 366. = 6. *S. calabrica* = Guss: ind: sem: H. R. Bocc: 1825. et pl: rar: p. 164. t. 31. (In aridissimis collibus *Calabriæ* orientalis). Ann: Flores mediocres rosei; calyx teres striatus villoso-glandulosus; folia ovato-spathulata. Species distinctissima.

†††† Caules foliaque cæspitosa; flores aggregati; calyx teres villosus (*Bolanthus* DC.)

❋ 7. *S. lutea* = L. sp: 585. excl: syn: Bocc: = Spr: syst: II. 374. = All: fl: pedem: n. 1560. t. 23. f. 1. Ic: taur: vol. 11. t. 101. f. 1. (Abunde in altissimo jugo *Assiette*, in parvo *M. Cenisio*, et ad jugum *Col dla fnestra*, tum in summis Alpibus parvo

*M. Cenisio* proximis *Savine* et *Jaillon*, et in jugis *Col de Cogne* All: l. c. In provincia *Novariensi* ad montem *Turlo* Biroli fl: acon: I. p. 144. In Alpibus *di Giaglione* Re fl: segus: p. 36.). Perenn: Planta valde cæspitosa pumila.

IV. Cucubalus Gaertn: fruct: I. p. 376. t. 77. f. 7.

» *Cal*: campanulatus 5-dentatus basi nudus. *Pet*:
» 5. unguiculata imberbia limbo 2-fido. *Stam*: 10.
» *Styl*: 3. *Caps*: carnosa ( *bacca exsucca* Gaertn: )
» 1-locularis. »

*Obs*: Genus valde *Silenis* affine, hinc plures species cum illis jam confusæ, modo constans sola sequenti.

❋ 1. *C. baccifer* = L. sp: 591. = Spr: syst: II. 404. = Mill: ic: t. 112. Ic: taur: vol. 25. t. 25. (*Eur*: omni. *Pedem*: ad sepes ubique vulgatissimus præsertim in collibus *Taurinensibus* All: n. 1585., Re, Biroli sub *Silene*). Perenn:

V. Silene Lin: gen: n. 772. = Gaertn: fr: II. p. 233. t. 130. f. 8.

» *Pet*: sæpissime barbata. *Caps*: basi 3-locularis
» apice in 6. dentes dehiscens. Cetera *Cucubali*. »

*Obs*: Genus a priore distinctum ex fructus structura, determinatione stirpium difficillimum, nunc constans 217. sec: DC., 146. tantum sec: Spr:, nonnullis aliis additis a recentioribus Auctoribus, in plures sectiones obscure divisum, inflorescentia ac forma calycis præsertim inspectis. Herbæ, raro suffrutices.

† *Caule unifloro.*

α Calycibus clavatis.

❋ 1. *S. vallesia* = L. sp: 603. = Spr: syst: II. 404. = All: ped: n. 1574. t. 23. f. 2. (Locis sterilibus et editioribus Alpium *Valdensium* All: l. c. Passim in montanis Re fl: segus: p. 37.). Perenn: Caulis raro 2-vel-3-florus sec: All:

2. *S. corsica* = DC. fl: fr: IV. 756. (*Corsica.* In *Sardin*: arenis maritimis Moris st: sard: I. p. 8.). Perenn: Specim: mea ex Morisio habent folia ovata, sub-carnosa, viscido-farinosa, calyces 10-striatos, petala longissima unguiculata.

❋ 3. *S. Saxifraga* = L. sp: 602. = Spr: syst: II. 404. = Waldst: et Kit: pl: hungar: 2. t. 163. (*Eur*: med: *Pedem*: in rupibus Alpium frequens locis apricis All: n. 1582. In rupibus Alpium *Mocchiarum* Re fl: segus: p. 37. Frequens in rupibus *di Intra* Biroli fl: acon: I. p. 147.). Perenn:

4. *S. petræa* = Waldst: et Kit: pl: hung: 2. t. 164. (*Hungar:*). Perenn: Cult: in H. B. T.

β Calycibus campanulatis.

❋ 5. *S. acaulis* = L. sp: 603. = Spr: syst: II. 405. = Bot: mag: t. 1081. All: ped: n. 1583. t. 79. f. 1. (In *Eur*: Alpibus. Lapides et lapidum interstitia in pene summis Alpibus *Pedem*: ubique fere exornat All: l. c. In pascuis omnium Alpium Re fl: segus: p. 37. Præsertim ad montem *Morum* Biroli fl: acon: I. p. 148.). Perenn: Flores abortu sæpe dioici;

variat floribus minoribus fere sessilibus (*S. exscapa* All: n. 1584. t. 79. f. 2.); pedunculis elongatis, flore masculino (*S. elongata* Bell: app: p. 53.; var: *β elongata* DC. fl: fr: IV. p. 749.); alias varr: a DC. enumeratas in Prodr: I. 369. non vidi.

❀ 6. *S. Campanula* = Pers: ench: I. p. 500. = DC. Prodr: I. 377. = All: auct: p. 28. t. 1. f. 3. sub *Cucubalo alpestri* c. descript: (In rupibus *Pedemontanis* All: l. c.). Perenn: Omissa a Spr:?

*γ* Calycibus inflatis.

7. *S. Pumilio* = Sturm: deutschl: fl: I. fasc: 22. t. 11. (Alpib: *Germaniæ*). Perenn: Priori affinis, sed caules minus densi, calyces inflati, flores multo majores.

†† *Caule paucifloro.*

*a* Calycibus clavatis.

8. *S. linifolia* = W. en: 473. (*Hispan*:, *Afr*: bor: ?). Ann: Cult: in H. B. T. ex quo specim: mea, quæ prorsus quadrant cum descript: Desf: fl: atl: I. p. 355. de sua *S. arenarioidea*, ad quam jam dubitavit Spr: esse referendam *S. linifoliam* etsi distincta a DC. Prodr: I. 378. = 9. *S. flavescens* = Waldst: et Kit: pl: hung: 2. p. 131. t. 175. (*Bannatu*). Perenn: Specim: ex Balbisio calyces habent potius *cylindricos* quam *clavatos*, folia inferiora *lanceolato-spathulata*, superiora *linearia*, caules 1-3-*floros* nec *paniculatos* uti in diagn: DC. Prodr: I. 376.

β Calycibus cylindricis.

❀ 10. *S. cordifolia* = All: ped: n. 1581. c. descript: = Spr: syst: II. 406. = All: l. c. t. 23. f. 3. Ic: taur: vol. 25. t. 67. (*Pedem*: circa thermas *Vinadii* et *Valdesii*, in præruptis saxosis atque editioribus montibus *Nicæensibus* All: l. c.). Perenn:

γ Calycibus inflatis.

11. *S. fabaria* = Sm: sec: Spr: II. 406. (*Creta*). Perenn: A *Cucubalo fabario* L. qui pertinet ad hanc stirpem excludatur syn: Bocc: mus: 133. t. 92. a W. citatus sp: II. 685.; spectat enim ex observationibus cl: Guss: Prodr: fl: sic: I. p. 499. ad suam *S. commutatam* toto cœlo diversam et forsan a Flora sicula excludendam. Vid: infra n. 88.

††† *Floribus sparsis sub-solitariis.*

α Calycibus clavatis.

12. *S. canopica* = Spr: syst: II. 406. ex Delil: (*Ægypt*: super:). Herbacea procumbens ramosissima undique piloso-viscosa; folia ovato-oblonga; pedunculi axillares solitarii folio breviores; flores mediocres. = 13. *S. chloræfolia* = Smith ic: ined: I. p. 13. t. 13. (*Armenia, Caucaso*). Perenn: Cult: in H. B. T.; flores magni. = 14. *S. pinguis* = Vahl ex Horn: h. hafn: supp: 49. (*Corsica, Ægypt*:). Ann: Specim: mea ex hb: Bellardi accepta a Donat: et in *Ægypto* lecta referunt optimos characteres in phrasi DC. omissos,

qui speciem hanc enumeravit inter non satis notas; diagn: igitur emendanda ut sequitur:

» *S.* tota albo-tomentosa pinguis, foliis sessilibus » inferioribus late ovatis obtusis superioribus oblon- » gis acutiusculis, floribus sparsis vel sub-panicula- » tis erectis, calycibus 10-striatis dentibus acutissi- » mis, petalis longe unguiculatis 2-fidis, genitalibus » inclusis (petala purpurea). » Nob:

β Floribus campanulatis.

⁎ 15. *S. quadridentata* = DC. fl: fr: IV. p. 78. = Spr: syst: II. 407. = Waldst: et Kit: pl: hung: p. 235. t. 212. pro var: β *pusilla* (Alpib: *Eur*: med: *Pedem*: in monte *Genèvre* All: n. 1579. sub *S. quadrifida* L. In locis rupestribus ad fontes in alpib: *Monregalensibus* frequens All: auct:). Ann:, perenn:

⁎ 16. *S. rupestris* = L. sp: 602. = Spr: syst: II. 407. = Sturm: deutschl: fl: I. fasc: 22. t. 10. Ic: taur: vol. 8. t. 12. f. 1. et vol. 12. t. 18. f. 3. (Alpib: *Eur*: med: et bor: *Pedem:* in montanis et subalpinis umbrosis rupibus frequens All: n. 1580. Sec: *Sturam* et inter *Venariam* et *Fiano* secus torrentes Re fl: torin: I. p. 236. In montibus circa *Foresto* et *Mompantero* Re fl: segus: p. 37. In rupibus montium *Novariensium della Gandoja*, *Colma* etc. Biroli fl: acon: I. p. 147.). Perenn: Flores minimi: priori affinis, sed differt præsertim petalis *emarginatis* nec *4-dentatis*.

17. *S. sedoides* = Jacq: coll: supp: p. 112. (*Creta*, *Sicilia*). Ann:, pumila. A *S. ramosissima* Sibth cum qua confusa a Spr: differre testatur cl: Guss: Prodr:

fl: sic: I. calyce non 10-*angulari*, et petalis *emarginatis* nec 2-*fidis*; variat caule *sub-simplici* vel *ramosissimo*.

γ Calycibus cylindricis.

❋ 18. *S. noctiflora* = L. sp: 599. = Spr: syst: II. 407. = Engl: bot: t. 291. Ic: taur: vol. 11. t. 65., vol. 20. t. 29., vol. 21. t. 15. (*Eur*: med: In comit: *Nicæensi* All: n. 1575.). Ann: Flores magni terminales vel axillares 2-3 sub-aggregati.

19. *S. ornata* = Ait: H. Kew: 2. p. 96. (*C. B. S.*). Perenn: ? Folia lanceolata longissima; flores in specim: meo ex hb: Biroli magni *paniculati* nec *sparsi*; paniculæ laxæ *axillares* et *terminales* paucifloræ. Species pulcherrima; flores ex sicco purpurei.

δ Calycibus conicis ventricosis.

❋ 20. *S. conica* = L. sp: 598. = Spr: syst: II. 407. = Jacq: fl: austr: t. 253. (*Eur*: med: Inter segetes *Sabaudiæ* prope *Termignon* All: n. 1572.). Ann:

❋ 21. *S. conoidea* = L. sp: 598. = DC. Prodr: I. 371. = Clus: hist: I. p. 288. f. 2. Ic: taur: vol. 3. t. 30. (*Eur*: med: In agro *Nicæensi* All: n. 1571.). Ann: Priori valde affinis cum qua confusa a Spr:, sed differt foliis fere *glabris* inferioribus *lineari-spathulatis*, calycibus *longis*, petalis *integris*, insuper ex DC. capsulis (quas non vidi) *lageniformibus* non *ovatis*.

22. *S. undulata* = Ait: h. Kew: 2. p. 96. (*C. B. S.*). Bienn: Omissa a Spr: In specim: meis ex hb: Biroli

et BELLARDI folia caulina sunt lineari-lanceolata sessilia, caulis dichotomus, non reapse paniculatus, rami 1-2-flori, calyces versicolores dentibus acutissimis; genitalia inserta.

ε Calycibus inflatis.

23. *S. pendula* = L. sp: 599. (*Eur*: austr:, *Sicilia*?). Ann: In *Sicilia* patria hujus stirpis ex fere omnibus Auctoribus hactenus non vidisse testatur cl: GUSS: Prodr: fl: sic: I. p. 507. Variat floribus erectis (*S. scabriflora* BROTER:) ad quam pertinet specim: meum ex BALBISIO.

†††† *Floribus racemosis secundis.*

α Calycibus clavatis.

❋ 24. *S. sericea* = All: pedem: n. 1573. c. descript: = Spr: syst: II. 407. = All: l. c. t. 79. f. 3. Ic: taur: vol. 28. t. 30. (*Eur*: austr: Ad maris litus in sabulosis inter *Oneglia* et *Porto Maurizio* ALL: l. c. In *Sardin*: arenosis maritimis frequens MORIS st: sard: I. p. 8.). Ann: Huc pertinent variæ species Auctorum, quas videre est in BERTOL: amæn: it: p. 27. et 241. n. 45., nec non apud GUSS: pr: fl: sic: I. p. 499., ubi in spontaneis plantis ab una ad alteram iri testatur, et ideo tamquam solas varr: considerat.

25. *S. villosa* = Forsk: descr: plant: cent: 3. p. 88. n. 71., non Moench: (*Ægypto*). Ann: ? Omissa a SPR:; habui a BALBISIO sub hoc nomine et ex hb: BIROLI sub nomine *S. cuneifoliæ* GMEL: ad quam pertinet *S. villosa* FORSK: sec: STEUD: Medium tenere videtur inter

priorem et sequentem; differt ab illa foliis potius *cuneiformibus* quam *spathulatis*, ac unguibus petalorum calycem *sub-æquantibus* nec *excedentibus*; ab alia, cui magis accedit, calycibus *villosis* nec *glabriusculis*; forsan tres istæ stirpes conjungendæ cum aliis varietatibus *S. sericeæ*. = 26. *S. bellidifolia* = Jacq: h. vindeb: 3. t. 81. (*Lusitan:*, *Afr:* bor: Ins: maris *Egæi*). Ann: *S. bipartitam* Desf:, *bifidam* Roth:, et *vespertinam* Retz, quas omnes possideo ex Balbisio ad eamdem stirpem tum Spr: auctoritate, cum ex observationibus meis spectare arbitror. = 27. *S. Pourretii* = Spr: syst: II. 408. ex Poir: (*Hispan:*, *Creta*). Perenn: Habui specim: a Perret sub nomine *S. ciliatæ mediæ*; racemi pauciflori; petala purpurea.

❋ 28. *S. nicæensis* = All: pedem: n. 1576. c. descript: = Spr: syst: II. 408. = All: l. c. t. 44. f. 2. Ic: taur: vol. 17. t. 96. (*Liguria*, *Corsica*, *Hispan:*, *Sicil:*, *Afr:* bor: In agro *Nicæensi* secus *Varum* frequens All: l. c. In *Sardin:* arenis maritimis Moris st: sard: I. p. 8.). Ann:

29. *S. supina* = M. B. fl: taur: I. p. 336. (*Caucaso*). Peren:, basi suffruticosa. Culta in H. B. T. ex quo specim: sine fl: quæ in ceteris satis quadrant cum descriptionibus Auctorum. = 30. *S. obtusifolia* = W. en: p. 473. (*Nepal:*). Ann: Culta in H. Ripul: e semin: missis a cl: Balbisio, rite convenit cum diagn: Spr:, sed flores *erectiusculi* nec *cernui* uti in phrasi DC. Prodr: I. 374. = 31. *S. hispida* = Desf: atl: I. p. 348. (Agro *Romano*, *Sicilia*, *Barbaria*. *Sardin:* inter segetes Moris st: sard: I. p. 8.). Ann: Huc referenda sec: Spr: *S. disticha* W. a DC. Prodr: I. 372.

distincta; prioris possideo specim: ex cll: Balbisio et Morisio, alterius ex solo Balbisio, nec ullum inter illa discrimen observo; forsan error in schedis Spr: et Balb:, nam cl: DC. qui *S. disticham* asserit vidisse viventem ei tribuit folia *cuspidata*, in specim: meis *obtusiuscula*, uti in diagn: Guss: Prodr: fl: sic: I. 500., interdum vix ac ne vix quidem *acuminata.* = 32. *S. crassifolia* = L. sp: 597. (*C. B. S.*). Ann: Folia non *ovato-orbiculata* uti in diagn: Spr: syst: II. 508., sed melius *ovato-spathulata* uti ex DC. Prodr: I. 374.; in specim: meo ex Balbisio inferiora sunt *ovato-spathulata* longeque *petiolata*, superiora *lanceolato-spathulata sub-sessilia.*

β Calycibus cylindricis
sc: ovato-cylindricis striatis.

❋ 33. *S. anglica* = L. sp: 594. = Spr: syst: II. 408. = Engl: bot: t. 1178. (*Anglia. Pedem*: secus arva *Nicæensia* All: n. 1564.). Ann:

❋ 34. *S. gallica* = L. sp: 595. = Spr: syst: II. 408. = Vaill: bot: par: t. 16. f. 12. Ic: taur: vol. 19. t. 79. (*Gallia. Pedem*: in agris prope *Casalborgone* inter segetes; inter *Caselle* et *Lombardore*, secus arva in agro *Taurinensi*, *Montisferrati*, *di Cigliano* All: n. 1567. In arvis prope *Colegno* et *Venariam* præsertim ad ædem *S. Pancratii* Re fl: torin: I. p. 234. In *Sardin*: pascuis et arvis frequens Moris st: sard: I. p. 8.). Ann: Ramosissima; racemi, melius spicæ, valde elongatæ.

35. *S. lusitanica* = L. sp: 594. (*Lusitan*:, *Sicilia*).

Ann: *S. quinquevulnera* Ueria non L. sec: Guss: Prodr: fl: sic: p. 496.

❋ 36. *S. cerastoides* = L. sp: 596. = Spr: syst: II. 409. = Dill: elth: 416. t. 309. f. 307. (*Eur*: austr: In agro *Nicæensi* All: n. 1565.). Ann:

❋ 37. *S. quinquevulnera* = L. sp: 595. = Spr: syst: II. 409. = Engl: bot: t. 86. (*Anglia*, *Eur*: med: Secus arva *Nicæensia* All: n. 1566. Inter segetes *Sardin*: mediæ Moris st: sard: I. p. 8.). Ann: Huc pertinet sec: Spr: *S. ocimoides* Desf: a DC. Prodr: I. 371. *distincta*; specim: mea ex Balbisio et Biroli eundem habitum referunt, ac differunt tantum calyce evidentius *striato-hirsuto* in *quinquevulnera*, fere *lævi* et vix *villosiusculo* in *ocimoidea*.

38. *S. tridentata* = Desf: fl: atl: I. 349. (*Afr*: bor:, *Hispan*:). Ann:

❋ 39. *S. nocturna* = L. sp: 595. = Spr: syst: II. 409. = Dill: elth: 420. t. 310. f. 400. Ic: taur: vol. 3. t. 39. Fl: tic: t. 210. f. 1. (*Eur*: austr:, *Amer*: bor: In agri *Nicæensis* olivetis occurrit All: n. 1568. *Sardin*: inter segetes *Laconi* Moris st: sard: I. p. 8.). Ann: Huc pertinet *S. spicata* DC. fl: fr: a Spr: omissa in synon:

40. *S. neglecta* = Tenor: fl: nap: app. 6. p. 13. excl: var: β (Regno *Neapolit*:). Ann: Priori valde affinis cujus forsan var: differens tantum capsula dentibus calycinis *obtusiusculis æquali* nec *acutis breviore*. Specim: ex Auctore. = 41. *S. mutabilis* = L. amæn: IV. p. 314. (*Eur*: austr:, *Hispan*:). Ann: Huc refert Spr: *S. micropetalam* DC. et *hirsutam* Lag: quas omnes possideo; inter hanc et *mutabilem* nullas reapse

vidi differentias nisi in posteriori folia *latiora*; sed *S. micropetala* DC. Prodr: I. 372. quam habeo ex H. B. T. enatam e seminibus ab Auctore missis valde differt habitu, statura minori, foliis inferioribus *ovato-spathulatis* nec omnibus *lineari-lanceolatis*, calycibus *sub-sessilibus* non *pedunculatis*, dentibus *acutioribus*. = 42. *S. clandestina* = Jacq: coll: suppl: 111. (*Afr*: bor: et austr: ). Ann: Inter hanc et *S. nyctantham* W. non apparet differentia ex specim: meis; an idem dicendum de *S. cinerea* Desf: juxta Spr: sententiam? Hanc non vidi, sed ex diagn: DC. Prodr: I. 373. videtur valde differre. = 43. *S. apetala* = W. sp: II. 703. (*Hispania*). Ann: Folia inferiora in specim: meo *lanceolato-spathulata*.

γ Calycibus ovato-conicis sub-ventricosis striatis.

44. *S. dichotoma* = Ehr: beytr: 7. p. 144. (*Hungar*:, *Macedon*:, *Asia* min:). Ann:

††††† *Floribus paniculatis erectis.*

α Calycibus clavatis.

❀ 45. *S. Armeria* = L. sp: 601. = Spr: syst: II. 410. = Engl: bot: t. 1398. Ic: taur: vol. 3. t. 33. (*Eur*: fere omni. *Pedem*: in saxosis *Sturæ* non longe ab urbe *Taurini* et prope pagum *Viù* loco dicto *'l mal pass*, et in collibus *Canapiciensibus* All: n. 1578. In saxosis acclivibus *Condoviarum*, *delle Blaccie*, et secus *Duriam* Re fl: segus: p. 37. Secus *l'Arbogna*, et in glareosis *Ticini* non rara Biroli fl: acon: I. p. 147. In sylvis *della Mandria* locis a sole percussis,

secus *Sturam* atque *alla ficca della Dora* Re fl: torin: I. p. 235.). Ann: Variat fl: rubro et albo.

46. *S. compacta* = Fisch: in Hornem: hort: hafn: I. p. 417. et en: pl: cauc: p. 216. n. 1870. (*Caucas*:, *Transylv*:, *Russia*). Ann: Enata in H. Ripul: e seminibus communicatis a cl: Martio anno 1827., nonnullos characteres præbuit cum diagn: Auctorum haud quadrantes; planta tota *viscoso-villosiuscula*, nec *glabra*, folia inferiora petiolata internodiis longiora *lanceolato-spathulata* nec *lanceolato-linearia*, media subsessilia *late lanceolata* internodio dimidio breviora, superiora *lineari-lanceolata sessilia* internodio 3-4-breviora; an discrimina hæc culturæ tribuenda? In ceteris quadrat. = 47. *S. Atocion* = Murr: syst: ed: 13. p. 421. (*Oriente*). Ann: In specim: meis ex plantis cultis in H. B. T. folia *ciliata* non adparent; apice sunt mucronulata. = 48. *S. Pseudatocion* = Desf: atl: I. p. 353. (*Afr*: bor:, in cultis *Siciliæ* ubique Guss:). Ann: Priori valde affinis, sed petala *integerrima* nec 2-*loba*, insuper planta tota *glaberrima* excepto calyce *sub-viscoso villosiusculo*, nec foliis *pubescentibus* uti in diagn: Spr: syst: II. 410. = 49. *S. sibirica* = Pers: ench: p. 497. (*Sibiria*). Perenn: Specim: imperfectum s. fl: = 50. *S. fruticosa* = L. sp: 597. (*Sicilia* in fissuris rupium locis demissis). Perenn: basi fruticosa. Cult: in H. B. T. = 51. *S. bupleuroides* = L. sp: 598. (*Persia*, *Armenia*). Perenn: Bracteæ ovato-acutæ margine lato membranaceæ, calyces longe clavati. Specim: perfectissimum ex hb: Bellardi. = 52. *S. mollissima* = Sm: non Kit: nec DC., Spr: syst: II. 411. (*Asia* min: sec: Spr:, *Italiæ* maritimis sec: W.).

Perenn: Cult: in H. B. T. = 53. *S. pauciflora* = DC. Prodr: I. 382. ex Salzmann (*Corsica. Sardin:* inter fissuras rupium calcarium in montibus Moris st: sard: I. p. 8.). Perenn: Folia in specim: ex cl: Morisio non sunt omnia *spathulato-lanceolata*, sed superiora *linearia*; inflorescentia in veram *paniculam* ramis *simplicibus* 1-3-floris floribus erectis; hinc potius ad hanc sectionem, quam ad 2. Sprengelii amandanda. = 54. *S. pilosa* = Spr: syst: II. 411. (*Italia*, *Hungar:*, *Transylv:*). Bienn: Valde affinis priori cum qua confusa videtur a DC. Prodr: I. 382.; differentiæ a W. en: 471. sub *Cucubalo* notatæ equidem levissimæ, sed differt etiam sec: Spr: petalis fauce *sub-coronatis* nec *nudis*; præterea ex specim: meis utriusque stirpis paniculæ in *mollissima* multo majores adparent, calycesque longiores et magis clavati. = 55. *S. patula* = Desf: atl: I. p. 356. (*Afr:* bor:, *Hungar:*). Perenn: Huc pertinet sec: Spr: *S. nemoralis* a DC. distincta in Prodr: I. 382. Specim: mea ex hb: Biroli non differunt: etiam *nemoralis* habet caulem quandoque ramosum, ac petala plus minusve 2-fida. = 56. *S. longiflora* = Ehr: beytr: 7. p. 144. (*Hungar:*, *Tauria*, *Transylv:*). Perenn: Calyces brevissimi: cult: in H. B. T.

❀ 57. *S. paradoxa* = L. sp: 1673. = Spr: syst: II. 412. = Jacq: h. vind: 3. t. 84. (*Delphinatu. Liguria* in rupibus montanis *Sarzanæ* loco dicto *La nuda e bruna di Ponzano* Bertol: dec: 2. p. 34.). Perenn: Calyces longissimi; flores magni.

❀ 58. *S. italica* = DC. fl: fr: IV. p. 753. = Spr: syst: II. 412. = Jacq: obs: 4. p. 12. t. 79. sub *Cu-*

*cubalo.* Ic: taur: vol. 20. t. 8. (*Gallia, Italia. Pedem:* in dumetis et ad oras sylvarum in collibus *Taurinensibus* prope *Superga* et *S. Rafaele?* Copiose ad sepes circa *Vico di Mondovì;* circa *Segusium* locis saxosis All: n. 1587. Re fl: segus: p. 37. sub *Cucubalo.* In collibus *Verbani* præsertim *di Mejna* non frequens Biroli fl: acon: I. p. 146.). Perenn: Diligenter illam perquisivisse in collibus *Taurinensibus* asserit Biroli in mss: et numquam observare potuisse; cl: Re illam enumerans in fl: segus:, omisit in fl: torin:; ipse numquam inveni.

59. *S. catholica* = Otth: mss: sec: DC. Prodr: I. 378. (Regno *Neapolitano*). Perenn: Huc referunt DC. et Spr: *Cucubalum glutinosum* Retz, *Silene* Pers:, et *Silenem Mussini* Hornem:, quas omnes possideo; inter *catholicam* et *glutinosam* non video discrimen, et a cl: Gussone etiam conjunctæ fuerunt in plant: rar: p. 175.; immo conjungendam quoque arbitror *S. bassanensem* Sternb: a Steud: enumeratam et a DC. et Spr: omissam, quæ non differt ex specim: meo nisi foliis magnis *sericeis* ac floribus *longioribus;* sed illic *S. Mussini* non memorat diligentissimus Auctor, et mihi valdè differre videtur foliis *ovatis obtusiusculis* nec *lanceolatis acutis*, panicula majori et potius *coarctata* quam *laxa*, floribus 2-3-majoribus, calycibus *villosiusculis* non *glabris;* hinc puto speciem esse servandam et ita definiendam:

» 60. *S. Mussini* = Caule erecto ramoso villoso, » foliis inferioribus longe petiolatis ovatis obtusius- » culis, mediis sub-sessilibus ovato-lanceolatis, sum- » mis linearibus sub-falcatis, panicula amplissima

» sub-coarctata, calycibus longe clavatis villosiuscu-
» lis, petalis 2-fidis, genitalibus exsertis. » Nob:

61. *S. reticulata* = Desf: atl: I. p. 350. (*Afr*: bor:). Ann: Eadem ac *S. picta* Pers:, a DC. Prodr: I. 380. disjuncta, quam etiam possideo. = 62. *S. portensis* = L. sp: 600. (*Gallia* occid:, *Lusitania*). Ann: Huc pertinet sec: Spr: *S. bicolor* Thor: a DC. picta et a *portensi* sejuncta; in specim: meis *S. bicolor* folia habet prorsus *linearia*, *S. portensis lineari-lanceolata*; in ceteris perfecte quadrant. = 63. *S. stricta* = L. sp: 599. (*Franconia*, *Gall*: austr:, *Hispan*: ). Ann: Culta in H. Ripul:

❋? 64. *S. Muscipula* = L. sp: 601. = Spr: syst: II. 412. = Clus: hist: I. p. 289. f. 1. (*Afr*: bor:, *Hispan*:, *Italia*. Inter segetes prope *Antibum* Balb: addit: p. 88.). Ann: Culta in H. B. T.

❋ 65. *S. inaperta* = L. sp: 600. = Spr: syst: II. 413. = Dill: elth: t. 314. f. 407. Ic: taur: vol. 25. t. 1. 2. (*Eur*: austr: Agro *Nicæensi* All: n. 1577.). Ann: Folia superiora omnia *linearia* nec *lanceolata*; huc spectat *S. polyphylla* DC. fl: fr: IV. p. 750. non L. a Spr: omissa in synon:

66. *S. undulatifolia* = Moris stirp: sard: I. p. 8. (In arvis *Cagliari*, *Quarto*). Ann: In specim: spontaneo a cl: Auctore communicato præter characteres in ejus diagnosi notatos observantur flores mediocres, calyces glabriusculi colorati 10-striati dentibus brevissimis obtusiusculis, petala brevia purpurea, genitalia inserta. Species optima habitu etiam a ceteris hujus sectionis facile distinguenda. = 67. *S. longicaulis* = Pourr: elenc: H. R. Madr: an: 1803. (*Hispan*:).

Ann: Omissa a Spr: ? Specim: ex Balbisio quadrat cum phrasi DC. Prodr: I. 375., sed planta admodum dubia.

β Calycibus campanulatis (a).

68. *S. rubella* = L. sp: 600. (*Ægypt:*, *Lusitan:*). Ann: In specim: ex Balbisio folia sunt vix *serrulata* nec *ciliata* uti in diagn: Auctorum. = 69. *S. succulenta* = Delil: fl. eg: t. 29. f. 2. (*Ægypto*). Perenn: Viscido-pubescens carnosa; paniculæ paucifloræ; calyces longi costati; petala longissime unguiculata 3-partita. Specim: perfecta ex Savi.

❋ 70. *S. Otites* = Pers: ench: I. p. 497. = Spr: syst: II. 413. = Engl: bot: t. 85. (*Eur*: fere omni. *Pedem*: circa *Segusium* in arenosis fluminis *Duriæ*, et in pascuis saxosis sterilibus præsertim collium All: n. 1588. Re fl: segus: p. 37. sub *Cucubalo*. Supra *Revigliasco* et *Pecetto* Balb: Ad sylvarum oras *di Campagnola* prope *Alpinianum* Re fl: torin: I. p. 234. In montuosis *della Colma* et secus *la Tosa* ad *Domum Ossulæ* Biroli fl: acon: I. p. 146. In provincia *Albensi* invenit Berterus). Perenn: Planta dioica, sed occurrit quandoque hermaphrodita sec: W. sp: II. 689.; variat etiam inflorescentia DC. Prodr: I. 369.

71. *S. volgensis* = Spr: syst: II. 413. (Ad *Volgam*).

---

(a) Huc referenda esset primo loco *S. alpestris* Jacq: fl: austr: I. p. 60. t. 96. quæ vulgaris dicitur a Biroli fl: ac: I. p. 147. in glareosis subalpinis uti ad *Intra*; sed neque specim: possideo, nec extat in ipso hb: Biroli, nec plantam loco indicato inveni, nec eam memorant alii Botanici nostrates.

Perenn: Culta in H. B. T. caulem habet evidenter *pubescentem* (forsan ex cultura) non *glabriusculum* uti in diagn: Spr: ; flores parvi. = 72. *S. parviflora* = Pers: ench: I. 497. (*Hungar*:, *Transylv*:). Perenn: Priori valde affinis habitu præsertim, sed folia *angustiora*, panicula *ramosior*, flores *minores*, calyces *sub-sphærici*, genitalia *longius exserta*. = 73. *S. multiflora* = Pers: ench: I. 497. (*Hungar*:, *Transylv*:, *Sibiria*). Ann: Calyces elongati potius *clavati* quam *campanulati*, genitalia longissime exserta.

γ Calycibus ovatis.

74. *S. antirrhina* = L. sp: 600. (*Virginia*). Ann: Panicula pauciflora; flores parvi; calyces striati glabri. = 75. *S. cretica* = L. syst: 421. n. 29. (*Creta*). Ann:

δ Calycibus inflatis.

76. *S. lanuginosa* = Bertol: amæn: it: p. 100. c. descript: et p. 364. (*Ital*:, Alpib: *Apuanis*). Suffrut: Calyx magnus inflato-globosus pubescens. In specim: meis ex Bertolonio et Guidone ceterum perfectissimis desunt radices quæ intra rupes marmoreas infixæ remanent nec divellendæ juxta observationes cl: Bertol: l. c.

†††††† *Floribus paniculatis nutantibus.*

α Calycibus clavatis.

77. *S. saxatilis* = M. B. sec: Spr: syst: II. 414. Fisch: en: pl: caucas: p. 215. n. 1860. (*Caucaso*). Specim: mea ex H. B. T. perfecte quadrant cum

diagn: Spr: An eadem ac *S. saxatilis* bot: mag: t. 689. a DC. enumerata sub *S. nutanti* var: β *glabra*?

✻ 78. *S. nutans* = L. sp: 596. = Spr: syst: II. 414. = Oed: fl: dan: t. 242. Ic: taur: vol. 3. t. 31. (*Eur:* fere tota. *Pedem:* secus prata ad semitas sylvarum ad muros ubique tum in *Taurinensibus* collibus tum in *Subalpinis* All: n. 1569. Re fl: segus: p. 37. et fl: torin: I. p. 235. In agri *Novariensis* pratis siccis vulgaris Biroli fl: acon: I. p. 147.). Perenn: Variat statura, pube et florum colore: cons: DC. Prodr: I. 377. Secus torrentem *Tertegi* dictum non longe ab oppido *Sassello* in provincia *Aquensi* nasci singularem hujusce *Silenes* varietatem, foliis ovatis lucide-virentibus vix sinuatis minus hirsutis, petalis intus roseis extus fuscis, testatur cl: All: in obs. l. c.

79. *S. livida* = W. en: 474. (*Carniola*). Perenn: A priori, cujus var: habetur a DC. Prodr: I. 378. mihi non videtur diversa ex specim: perfectissimis communicatis a Biroli. = 80. *S. infracta* = Waldst: et Kit: pl: hung: 3. t. 213. (*Hungaria*). Perenn: A *S. nutanti* vix differt caule *infracto*, calycibus *longioribus* ac versus apicem magis *clavatis*; an eadem planta ex auctoritate DC. Prodr: I. 377?

β Calycibus cylindricis.

✻ 81. *S. viridiflora* = L. sp: 597. = Spr: syst: II. 415. = Herm: parad: 199. t. 199. Guss: fl: sic: t. 214. (*Lusitania, Tauria, Sicilia. Pedem:* in provincia *Aquensi* ad pagum *Montenotte* dictum All: n. 1590. Circa *Segusium* Re fl: segus: p. 37.). Perenn:

82. *S. chlorantha* = Spr: syst: II. 415. ex Ehr:

(Marchia *Brandeb:*, *Silesia*). Perenn: = 83. *S. gigantea* = L. sp: 598. (*Africa*). Perenn: In specim: meo genitalia petala non superant uti ex diagn: DC. Prodr: I. 370. = 84. *S. viscosa* = Pers: ench: I. p. 497. (*Anglia, Dania, Svecia, Lithuania, Caucaso* ad *Volgam*?). Bienn: Flores in spicam verticillati magni; petala 2-fida; genitalia longe exserta. Inter plantas caucasicas illam non refert cl: Fisch: = 85. *S. tatarica* = Pers: ench: I. p. 497. (*Tartaria, Russia, Sibir:*). Perenn: Flores in spicam verticillati mediocres; verticilli approximati 4-6-flori, nec *pedunculi secundi* uti in diagn: Spr: syst: II. 415.; calyces glabriusculi; genitalia longe exserta.

γ Calycibus inflatis.

❀ 86. *S. inflata* = Sm: fl: brit: 467. = Spr: syst: II. 415. = Engl: bot: t. 164. sub *Cucubalo Behen* L. Ic: taur: vol. 3. t. 44. (*Eur:* fere omni. *Pedem:* in pratis ubique vulgatissima All: n. 1586. Re, Biroli sub *Cucubalo Behen*. In *Sardin:* pratis et arvis Moris st: sard: I. p. 8.). Perenn: Huc pertinent species a Spr: in synon: l. c. enumeratæ, inclusa *S. maritima* quæ eadem est ac *Cucubalus alpinus* All: sp: pedem: p. 33. t. 5. f. 3. *C. Behen* var: β All: n. 1586., exclusa tamen a synon: Spr: *S. angustifolia* DC. quæ satis distincta videtur; an illuc referendus *Cucubalus glaucus* W. en: supp: p. 24. a posterioribus Botanicis omissus? Videtur ex specim: communicato a Biroli. *S. glauca* Zea est alia planta ex diagn: DC. Prodr: I: 379.

87. *S. Tenoreana* = Nob: *S. angustifolia* DC. fl:

fr: IV. p. 747. non M. B. Tenor: fl: nap: I. p. 233. Tenor: l. c. t. 38. *S. inflata* var: *β* DC. Prodr: I. 368. (Regno *Neapolit*:, *Sicilia*). Perenn: Optima possideo specim: a cl: TENORE communicata, quæ mihi videntur a priori differre non tantum foliis omnibus *lineari-lanceolatis*, sed etiam floribus *minoribus*, calycibus *ovato-oblongis* minus *inflatis*, genitalibus *brevioribus* ac vix exsertis. Nomen triviale mutavi ne confundatur cum *S. angustifolia* M. B. fl: taur: I. p. 337., quæ servanda tamquam antiquior. = 88. *S. commutata* = Guss: Prodr: fl: sic: I. 499. et fl: sic: t. 212. (In glareosis et rupibus montanis *Siciliæ*). Perenn: Flores et panicula fere prioris, sed *folia magis carnosa pollicem vel amplius lata apice rotundata*, et *semina omnino diversa* Guss: l. c. in obs: Specim: a cl: Auctore communicata habitum insuper referunt peculiarem.

❋ 89. *S. Behen* = L. sp: 599. = Spr: syst: II. 415. = Dill: elth: 427. t. 317. f. 409. (*Græcia*, *Asia* min: *Pedem*: in saxosis editissimarum Alpium *Monregalensium* reperit RE app: alt: p. 197.). Ann: secus RE, perenn: sec: Auctor:

90. *S. fimbriata* = Sims bot: mag: t. 980. (*Caucaso*, *Creta*, *Sicilia*?). Perenn: Culta in H. B. T. An in *Sicilia* spontanea uti asserit DC. Prodr: I. 367. valde dubito, nam in Prodr: fl: sic: cl: Guss: desideratur. = 91. *S. colorata* = Schousb: ex Horn: h. hafn: I. p. 412. (*Marocco*, ins: *Scio*). Ann: Culta in H. B. T.

*Silenes dubiæ.*

92. *S. tinctoria*? Sub hoc nomine ex hb: Biroli; a *S. sericea* n. 24., quæ multimode variat vix differt calycibus *villosis* nec *glabris*, unguibusque petalorum calycem non *excedentibus*. = 93. *S. retroflexa* = Ex hb: Biroli sub *Cucubali* genere, sed non quadrat cum planta Persoonii ench: I. p. 500. quæ est *S. ægyptiacæ* L. var: β a DC. enumerata in Prodr: I. 380., ac a Spr: omissa: an igitur species nova? Hoc casu ita definienda:

» *S.* caule flexuoso ramoso foliisque glabriusculis » lineari-lanceolatis internodio longioribus, paniculis » terminalibus spicatis simplicibus, floribus pedicel- » latis erectis, calycibus cylindricis glabris dentibus » brevissimis acutiusculis, petalis retroflexis, geni- » talibus exsertis (petala ex sicco albida). » Nob: Habit:....

94. *S. purpurea* = Sp: nova? Missa sub hoc nomine ex H. Paris: non video ab Auctoribus enumeratam; habitu valde accedit ad *S. bellidifoliam* n. 26., sed differt inflorescentia in paniculam simplicem coarctatam paucifloram; flores parvi; petala dilute-purpurea. = 95. *S. marginata* = Schott: fil: = Ita in scheda ex hb: Biroli; proxima *S. quinquevulneræ* n. 37.

❀ 96. *S. lutens* (*Pedemontio*). = Ita in scheda specim: ex hb: Molinerii; sed non indicat neque auctorem, neque locum ubi lecta fuit; videtur collocanda in sect: 6. β; diagnosis hæc erit:

» *S.* caule villoso-hispidulo angulato, foliis glabrius- » culis inferioribus longe petiolatis ovato - oblongis

» mediis lanceolatis summisque linearibus sessilibus,
» paniculæ ramis brachiatis 2-3-chotomis, floribus
» nutantibus, calycibus ovato-cylindricis basi viscoso-
» ciliatis, petalis 2-fidis (petala ex sicco atropurpu-
» rea). » Nob:

97. *S. dahurica* = Fisch: in litt: (*Dahuria*). Non invenio descriptam et mihi videtur distinctissimam constituere speciem collocandam in sect: 5. $\gamma$ et ita definiendam:

» *S.* glabra, caule erecto simplici, foliis omnibus
» lineari-lanceolatis erectis, panicula simplici spicæ-
» formi sub-verticillata foliolosa, floribus pedicellatis
» erectis, calycibus ovato-cylindricis coloratis striatis
» dentibus acuminatis, genitalibus vix exsertis (pe-
» tala ex sicco luteola). » Nob: Videtur valde affinis *S. jeniscensi* W. ex diagn: Spr: syst: II. 410, sed ex inflorescentia et forma calycis pertinet ad aliam sectionem.

98. *S. coronata*? = Ex hb: Bonjean sine alia indicatione; a *S. sericea* n. 24. non videtur differre nisi foliis omnibus *late spathulatis obtusissimis*. = 99. *S. clavæcarpa* = Hornm: indeter:? Ita in scheda specim: ex hb: Biroli; species elegantissima collocanda in sect: 5. $\alpha$. Diagnosis hæc erit:

» *S.* caule angulato ramoso foliisque sericeo-tomen-
» tosis, inferioribus longe petiolatis lanceolato-spa-
» thulatis acutis superioribus lanceolato-linearibus in-
» tegris sinuatisve, panicula laxa ramis 1-3-floris,
» bracteis reflexis pedicello brevioribus, floribus ere-
» ctis, calycibus longe clavatis striatis glabris, petalis
» emarginatis, genitalibus longissime exsertis (petala

» ex sicco albescentia). » Nob: Habit:.... = 100. *S. aleppica* = Ex H. B. T.; ita in scheda specim: communicati a Molinerio; nullibi invenio enumeratam; proxima mihi videtur *S. Muscipulæ* n. 64. a qua differt tantum foliis *sub-undulatis*, calycibus evidentius *striatis*.

VI. Lychnis DC. fl: fr: IV. p. 761. = *Agrostemmæ* et *Lychnidis* species Lin: gen: n. 795. 796. = Gaertn: fruct: II. p. 228. t. 130. f. 1. pro *Agrostemma*, p. 229. t. 130. f. 2. pro *Lychnide*.

» *Cal*: tubulosus 5-dentatus basi nudus. *Pet*: 5. un-
» guiculata, fauce nuda vel coronata, laminis indivi-
» sis aut 2-fidis. *Stam*: 10. *Styl*: 5. *Caps*: 1-2-locu-
» laris 5-valvis. »

*Obs*: Genus alias in 2. divisum præsertim ex laminis petalorum *integris* in *Agrostemma*, sæpius 2-*fidis* in *Lychnide*, et ex capsula 1-*loculari* in priori, 1-5-*loculari* in posteriore; nunc a recentioribus Botanicis conjunctum, et in plures sectiones artificiales divisum; melius antiqua genera pro sectionibus retinenda ad vitandas confusiones; sp: 21. ex DC:, 18. ex Spr: omnes herbaceæ.

† *Agrostemmeæ*.

α Floribus solitariis.

❀ 1. *L. coronaria* = Lam: dict: III. p. 643. = Spr: syst: II. 420. = Bot: mag: t. 24. Ic: taur: vol. 3. t. 27. et vol. 13. t. 104. sub *Agrostemma* (*Tauria*; *Eur*: med: *Pedem*: in sylvis cæduis et locis saxosis *Canapiciensium* et *Montisregalensium* All: n.

1595.). Perenn: Var: *fl*: *albo*, *rubro* et *pleno*; ubique culta.

❋ 2. *L. Githago* = Lam: dict: III. p. 643. = Spr: syst: II. 420. = Fuchs: hist: 127. c. icon: Ic: taur: vol. 3. t. 36. et vol. 22. t. 9. sub *Agrostemma*. Vern: *Cosso* (*Eur*: fere omni. *Pedem*: ubique inter segetes All: n. 1593. Re fl: segus: p. 39. et fl: torin: I. p. 244. Biroli fl: acon: I. 154. *Sardin*: Moris st: sard: I. p. 7.). Ann: Dentes calycini lanceolati longissimi; variat floribus rubris vel pallidis DC. Prodr: I. 387. (var: *β nicæensis* W.), et caule quandoque 1-floro All: l. c. in obs:

❋ 3. *L. Cæli rosa* = Desrouss: in Lam: dict: III. p. 644. = Spr: syst: II. 420. = Moris: hist: 2. s. 5. t. 2. f. 32. Ic: taur: vol. 16. t. 9. sub *Agrostemma* (*Eur*: austr:, *Barbaria*, *Oriente*. In comitatu *Nicæensi* All: n. 1594. In *Sardin*: pascuis maritimis Moris st: sard: I. p. 7.). Ann: Variat præcipue caulis directione et superficie sec: DC. Prodr: I. 386.

❋ 4. *L. Flos Jovis* = Desrouss: = Spr: syst: II. 421. = Moris: hist: 2. s. 5. t. 36. f. 2. Ic: taur: vol. 15. t. 63. sub *Agrostemma* (*Helvet*:, *Germania* occid:, *Ital*: super: *Pedem*: in Alpibus ad rupes frequens locis apricis All: n. 1596. *M. Cenisio* Re fl: segus: p. 39. Valle *di Vedro* Biroli fl: acon: I. p. 154.). Perenn: Folia *late lanceolata* non *lanceolato-linearia* ut in diagn: DC. et Spr:; variat floribus *umbellato-capitatis* vel *paniculato-corymbosis*.

### †† *Lychnideæ.*

α Floribus solitariis.

5. *L. læta* = Ait: h. Kew: 2. p. 118. (*Lusitan:*, *Hispan:*, *Corsica. Sardin:* in humidis maritimis Moris st: sard: I. p. 7.). Ann: Flores valde minores quam in ceteris congeneribus. Huc pertinet *L. corsica* Loisl: quam DC. Prodr: I. 387. distinxit. Specim: mea utriusque stirpis ex cll: Balbisio et Morisio non differunt nisi statura majori in *corsica.*

β Floribus aggregatis.

6. *L. grandiflora* = Jacq: coll: I. p. 149. (*China*, *Japon:*). Perenn: Flores elegantissimi ampliores quam in ceteris congeneribus. Culta in hortis ornamenti gratia. = 7. *L. sibirica* = L. sp: 626. (*Sibiria*, *Dahuria*). Perenn: Flores parvi; folia non prorsus *linearia* sed *lineari-lanceolata*: specim: ex cl: Fischerio.

❀ 8. *L. dioica* = L. sp: 626. = Spr: syst: II. 421. = Engl: bot: t. 1579. pro var: *fl: rubro*, t. 1580. pro var: *fl: albo.* Ic: taur: vol. 3. t. 38. Vern: *Orie d' gat* (*Eur:* fere omni. In *Pedem:* var: α ad radices Alpium in irriguis umbrosis ad fontium scaturigines præcipue frequens est; var: β ubique obviam venit in agro *Pedemontano* ad sepes, fossas et semitas All: n. 1592. Re fl: segus: p. 39. et fl: torin: I. p. 245. In sylvis *della Mandria*, prope *Monastero* in valle *Lancei*, et in regione dicta *le Crosie*, neque rara in pratis alpinis *della valle d'Ala* Re app: alt: p. 198. sub *L. sylvestri.* In pratis pinguibus agri *Novariensis* Biroli

fl: acon: I. p. 155. *Sardin*: ad sepes Moris st: sard: I. p. 7.). Perenn: Variat statura, colore et plenitudine florum, nec non raro floribus hermaphroditis: var: *β fl*: *albo* quam cl: DC. Prodr: I. 386. habet pro *annua* et pro stirpe distincta a *L. sylvestri* Hop: (*L. vespertina* Sibth, *alba* Mill:) est reapse *perennis* uti sæpius observavi in plantis tum spontaneis cum cultis; ceteri characteres nimis fallaces ad speciem constituendam.

❀ 9. *L. Flos Cuculi* = L. sp: 625. = Spr: syst: II. 421. = Lam: ill: t. 391. Ic: taur: vol. 3. t. 45. Mill: ic: 169. f. 2. pro var: *fl*: *pleno* (*Eur*: fere omni. *Pedem*: in pratis irriguis frequens All: n. 1589. Re, Biroli ll. cc. In *Sardin*: pratis humidis Moris st: sard: I. p. 7.). Perenn: Varr: *fl*: *rubro*, *albo*, et *pleno*; hæc colitur in hortis.

10. *L. fulgens* = Fisch: in Sims bot: mag: t. 2104. (*Sibir*:). Perenn: Planta elegans floribus amplis atropurpureis. Culta in H. Ripul: = 11. *L. chalcedonica* = L. sp: 625. (*Asia* min:, *Japon*:). Perenn: Variat colore et plenitudine florum; ubique culta ad ornamentum.

❀ 12. *L. alpina* = L. sp: 626. = Spr: syst: II. 422. = Hall: helvet: n. 922. t. 17. f. 4. Ic: taur: vol. 13. t. 101. f. 1. (*Helvet*:, *German*: occid:, *Pyrenæis*. *Pedem*: in pratis alpinis *della Vanvesa*, *Alpre*, *Cour-majour*, atque in editis jugis inter *Ceresole* et *Augustam Prætoriam*, in catena Alpium *di Grassonet*, valle *di Tigna*, et *M. Cenisio* All: n. 1592. Re fl: segus: p. 39. In summis pratis *M. Rosæ* Biroli fl: acon: I. p. 154.). Perenn: Variat statura minori, cau-

libusque minus cæspitosis prout in locis editioribus crescit; in *M. Cenisio* legi ad nivem deliquescentem plantulas vix digitales caulibus solitariis læte florentibus.

❋ 13. *L. Viscaria* = L. sp: 625. = Spr: syst: II. 422. = Clus: hist: I. p. 289. f. 2. (*Eur*: fere tota. *Pedem*: in collibus locis aridis soli expositis ad oras sylvarum All: n. 1590. Re fl: segus: p. 39. In sylvis *della Mandria*, et prope *Supergam* Re fl: torin: p. 244.). Perenn: Flores potius *racemosi* quam *fasciculati*; colo in H. Ripul: var: *fl*: *pleno* valde raram ab Auctoribus haud enumeratam.

*Lychnides dubiæ.*

14. *L. parciflora*? Ita in scheda specim: missi a cl: Balbisio: optime quadrat cum *L. pauciflora* quæ est *L. apetalæ* var: *β* DC. Prodr: I. 386. = 15. *L. incarnata*? Enata e seminibus missis a cl: Balbisio sub hoc nomine mihi non videtur differre a *L. Cæli rosa* n. 3. nisi caule ramosissimo, statura majori, floribus pallidioribus; an ejusdem varietas altera ex cultura? = 16. *L. capensis sp*: *nova ex horto Parisiensi olim accepta.* = Ita in scheda ex hb: Bellardi. Comparata cum ceteris hujusce generis stirpibus videtur differre, et ad sect: 2. *α* referenda; diagnosis hæc erit:

» *L.* caule erecto sub-1-floro glanduloso-villoso,
» foliis lanceolato-spathulatis obtusiusculis ciliatis, flo-
» ribus erectiusculis, calycibus ovato-cylindricis vis-
» coso-glandulosis 10-striatis brevi-dentatis, petalis
» sub-integris fauce coronatis (ex sicco atropurpu-

» reis). » Nob: Habit:... An *Silene capensis* DC. Prodr: I. 379.? Sed perfecte non quadrat.

VII. Velezia Lin: gen: n. 448. = Gaertn: fr: II. t. 129.

» *Cal*: tubulosus cylindricus 5-dentatus basi nudus.
» *Pet*: 5. parva unguiculata unguibus barbatis. *Stam*:
» 5-6. *Styl*: 2. *Caps*: 1-locularis apice 4-valvis pla-
» centa filiformi centrali seminibus subalternis tecta. »

*Obs*: Genus 2. constans stirpibus ab affinibus satis distinctum numero staminum et seminum situ; herbæ humiles.

❀ 1. *V. rigida* = L. sp: 474. = Spr: syst: I. 866. = Lam: ill: t. 186. (*Eur*: austr:, *Creta*, *Afr*: bor: In sterilibus ad limites agrorum *Nicææ* All: n. 1563.). Ann:

VIII. Drypis Lin: gen: n. 519. = Gaertn. fruct: II. t. 128.

» *Cal*: tubulosus ovatus 5-dentatus basi nudus.
» *Pet*: 5. unguiculata fauce 2-dentata limbo 2-par-
» tito. *Stam*: 5. Styli 3. (*stylus* 1-3-*partitus* Gaertn:).
» *Caps*: 1-locularis supra medium dehiscens sub-1-
» sperma. »

*Obs*: Genus habitu proprio constans sola specie sequenti.

1. *Dr*: *spinosa* = L. sp: 390. (*Istria*, *Ital*:, *Mauritania*). Bienn:

### Trib: II. *Alsineæ*
### ( DC. Prodr: I. 388. )

IX. Ortegia Lin: gen: n. 33. = Gaertn: fr: II. t. 129.

» *Cal*: 5-sepalus sepalis basi coalitis. *Corolla* o.
» *Stam*: 3. *Styl*: 1. *Caps*: 1-locularis ovata apice 3-
» valvis polysperma. *Sem*: fundo capsulæ adfixa. »

*Obs*: Genus constans tantum 2. sequentibus stirpibus herbaceis.

1. *O. hispanica* = L. sp: 49. (*Hispan*:, *Mauritania*). Perenn:

❋ 2. *O. dichotoma* = All: misc: taur: 3. p. 176. = Spr: syst: I. 180. = Ic: taur: vol. 19. t. 54. (*Hispan*:? *Pedem*: circa *Giaveno* All: n. 261. Re fl: segus: p. 9.). Perenn: Priori valde affinis adeo ut cl: DC. dubitet an sit distincta (Prodr: I. 388.); videtur tamen admittenda præsertim ex inflorescentia in paniculas 2-3-chotomas elongatas laxas floribus distantibus.

X. Buffonia Lin: gen: 225. = Gaertn: fruct: II. t. 129. f. 1. = Lam: ill: t. 87.

» *Cal*: 4-partitus. *Cor*: 4-petala. *Stam*: 4. *Styl*: 2.
» *Caps*: 1-locularis 2-valvis 2-sperma. »

*Obs*: Genus constans 4. stirpibus herbaceis humilibus floribus interdum 2-3-andris ex Gaertn:

❋ 1. *B. annua*. = DC. fl: fr: IV. p. 768. = Spr: syst: I. 490. = Lam: ill: t. 87. f. 1. sub *B. tenuifolia* (*Gall*: austr:, *Anglia*, *Tauria*. *Pedem*: in pascuis sterilibus comitatus *Nicæensis* frequens est; nascitur

etiam circa *Oulx* atque in valle *Queiras* All: n. 867. sub *B. tenuifolia*). Ann:

XI. Sagina Lin: gen: n. 236. = Gaertn: fruct: II. t. 129. = Lam: ill: t. 90.

» *Cal*: 4-partitus. *Pet*: 4., rarius 0. *Stam*: 4. *Styl*: » 4. *Caps*: 1-locularis 4-valvis (evalvis in *S. erecta* » et *cerastoidea*) polysperma. »

*Obs*: Genus constans 6. speciebus ex Spr: excluso *Moenchiæ* genere Ehr:, 10. ex DC. inclusa *Moenchia*, cujus habitus idem, differens tantum capsula *evalvi*, ex quo optima sectio constitui potest. Divisiones organorum floralium quandoque 5. ex DC. Herbulæ floribus sub-solitariis.

† *Capsula 4-valvi.*

❋ 1. *S. procumbens* = L. sp: 185. = Spr: syst: I. 497. = Engl: bot: t. 880. (*Eur*:, *Asia*, *Amer*:, *Afr*: bor: *Pedem*: in umbrosis ad vias muscosis locis subhumidis All: n. 868. Prope *Supergam*, *Montemcalerium*, et *Planiciam* Re fl: torin: I. p. 110. et fl: segus: p. 17. In umbrosis *di Intra* et circa *Novariam* Biroli fl: acon: I. p. 54. In arvis *Sardin*: Moris st: sard: I. p. 8.). Ann:

❋ 2. *S. apetala* = L. mant: p. 559. = Spr: syst: I. 497. = Arduin: p. 22. t. 8. f. 1. (*Eur*: *Pedem*: in glareosis secus flumina in agro *Taurinensi* All: n. 870. Prope *la Cittadella* ac in pascuis prope *Sturam* Re fl: torin: I. p. 110. In aridis circa muros Re fl: segus: p. 17. In glareosis *Ticini* et ad rupes collium præsertim *di Maggiora* Biroli fl: acon: I. p. 110. In

*Sardin*: pascuis humidis MORIS st: sard: I. p. 7. *Genuæ* ubique in mœniis maritimis BERTOL: am: ital: p. 130.). Ann: Petala non semper desunt, sæpius obsoleta.

3. *S. filiformis* = Pourr: chlor: hisp: n. 593. (*Pyrenæis, Calabr*:). Ann: Differt a *S. procumbente* cum qua sæpe confunditur sec: R. et S. syst: III. p. 499., caulibus pedunculisque *erectis*, statura *minori*, laciniis calycinis *acutis*.

†† *Capsula evalvi.*

⁕ 4. *S. erecta* = L. sp: 185. = Spr: syst: I. 497. sub *Moenchia quaternella* = Engl: bot: t. 609. (*Eur*: med:, *Anglia*. *Pedem*: in pascuis collium *Taurinens*: ALL: 869. Prope *la Cittadella* BALBIS: In arvis macilentis prope *Caselette* RE fl: segus: p. 17. In pascuis glareosis *Aconiæ* abundat BIROLI fl: acon: I. p. 55.). Ann:

XII. MOEHRINGIA Lin: gen: n. 264. = Gaertn: fruct: II. t. 129. = Lam: ill: t. 314.

» *Cal*: 4-partitus. *Pet*: 4. *Stam*: 8. *Styl*: 2. *Caps*: » 1-locularis 4-valvis polysperma. »

*Obs*: Genus constans 3. stirpibus ex DC., 1. tantum ex SPR:, habitu *Saginæ*.

⁕ 1. *M. muscosa* = L. sp: 515. = Spr: syst: II. 246. = Lam: ill: t. 314. Ic: taur: vol. 19. t. 4. f. 1. (*Eur*: med: et austr: *Pedem*: in umbrosis sub-humidis vel ad umbrosas rupes locis montanis et subalpinis ALL: n. 1026., RE fl: segus: p. 33. In monte *Musiné*, prope *Venariam*, et sec: *Sturam* RE fl: torin:

I. p. 220. In campis cretaceis *della Bicocca* prope *Novariam* Biroli fl: acon: I. p. 133.). Perenn:

❀ 2. *M. sedoides* = Balb: misc: bot: p. 20. = DC. Prodr: I. 390. sub *M. sedifolia.* = Balb: l. c. t. 5. f. 2. (*Pedem*: in alpib: *Tendæ* Balb: l. c.). Perenn: Omissa a Spr: ; differt a priori foliis *lanceolatis* acutis non *linearibus*, inferioribus *sub-imbricatis*, omnibus margine *sub-revolutis*, laciniis calycinis *striatis acutissimis*; figuram W. a DC. citatam non vidi; characteres supra allati constanter observantur in specim: meis loco natali lectis; hinc diagnoses amandandæ ut sequitur:

» *M. muscosa* = foliis linearibus enervibus planis, » laciniis calycinis lanceolatis lævibus acutiusculis. » Nob:

» *M. sedoides* = foliis lanceolatis acutis 1-nervi- » bus margine sub-revolutis inferioribus sub-imbri- » catis, laciniis calycinis ovato-oblongis striatis acu- » tissimis. » Nob:

XIII. Elatine Lin: gen: n. 685. = Gaertn: fr: II. t. 112. = Lam: ill: t. 320.

» *Cal*: 3-4-partitus. *Pet*: 3-4. inunguiculata. *Stam*: » petalorum numero æquali vel duplo. *Styl*: 4. *Caps*: » 4-locularis 4-valvis polysperma. »

*Obs*: Genus constans 3-4 stirpibus herbaceis aquaticis humillimis.

❀ 1. *E. hexandra* = DC. ic: pl: rar: I. p. 14. = Spr: syst: II. 261. sub *E. tripetala.* = Bellard: act: Ac: Taur: 1808. c. ic: sub *Birolia paludosa* (*Eur*: inundatis. *Pedem*: in locis paludosis agri *Vercellensis*

et *Novariensis*, speciatim in oryzariis vetustis et permanentibus BELLARDI l. c.). Perenn: Characteres a cl: BELLARDIO desumpti ex numero staminum ad novum genus constituendum levissimi; aliæ enim *Elatines* species variant staminibus juxta petalorum numerum.

❋ 2. *E. Alsinastrum* = L. sp: 527. = Spr: syst: II. 261. = Vaill: bot: par: 6. t. 1. f. 6. (*Eur*: aquis. *Pedem*: circa lacus *Eporediensis* provinciæ, uberius circa lacum *di S. Michele* et *di Magon* ALL: n. 1027.). Perenn:

XIV. PHARNACEUM *Mollugo* et *Pharnaceum* Lin: gen: n. 139. 517. = Gaertn: fr: II. t. 130. = Lam: ill: t. 52. *Mollugo*, t. 214. *Pharnaceum*.

» *Cal*: 5-partitus. *Pet*: 0. *Stam*: 5. abortu sæpe 3. » *Styl*: 3. *Caps*: 3-locularis 3-valvis polysperma. »

*Obs*: Genus constans stirpibus 33. ex DC., 27. ex SPR: nunc divisum in 2. sectiones pro antiquis generibus *Molluginis* et *Pharnacei*, quorum habitus identicus, numero tantum staminum forsan abortu diversis; herbæ annuæ raro suffruticosæ.

† *Floribus pentandris* (Pharnaceum).

1. *Ph*: *Mollugo* = L. mant: p. 561. (*Ind*: orient:). Ann: *Mollugo Spergula* L. sp: et DC. = 2. *Ph*: *Ceriana* = L. sp: ed: I. p. 272. (*Eur*: austr:, *Afr*:, *Asia* med:). Ann:

†† *Floribus triandris* (Mollugo).

3. *Ph*: *verticillatum* = Spr: syst: I. 949. L. sp: 131. sub *Mollugine* (*Ind*: occid:). Ann:

XV. Holosteum Lin: gen: n. 136. = Gaertn: fr: t. 130. excl: specie.

» *Cal*: 5-sepalus. *Pet:* 5. denticulata. *Stam*: 2-5.
» *Styl*: 3. *Caps*: 1-locularis apice in 6. dentes de-
» hiscens polysperma. *Embryo* intra albumen repli-
» catus. »

*Obs*: Genus constans stirpibus 4-5. sæpius triandris, interdum (in *H. diandro*) diandris, quandoque (in *H. umbellato*) 4-5-andris.

1. *H. diandrum* = Swartz prodr: 27. (*Jamaica*). Ann:

❀ 2. *H. umbellatum* = L. sp: 130. = Spr: syst: I. 363. = Lam: ill: t. 51. f. 1. (*Eur*: *Pedem:* in arvis collinis vulgare All: n. 1697. In vineis vallis *di Sassi* tum etiam ad muros vinearum meridiem spectantes versus *Pecetto*, ad muros *del parco della Veneria* Re fl: torin: I. p. 89. In declivibus collium *Verbani* frequens Biroli fl: acon: I. p. 39. In collibus *Albensibus* legit Berterus). Ann: Variat flor: albidis vel roseis.

XVI. Spergula Lin: gen: n. 798. = Gaertn: fr: II: t. 130. = Lam: ill: t. 392.

» *Cal*: 5-partitus. *Pet*: 5. integra. *Stam*: 5-10.
» *Styl*: 5. *Caps*: 1-locularis apice dentibus profundis
» dehiscens polysperma. *Sem*: marginata. »

*Obs*: Genus constans 14. stirpibus ex DC., 9. tantum ex Spr: ceteris vel omissis vel cum aliis conjunctis.

❀ 1. *Sp: arvensis* = L. sp: 630. = Spr: syst: II. 422. = Lam: ill: t: 392. f. 1. Ic: taur: vol. 10. t. 88.

(*Eur*:, *Amer*: bor: et austr: *Pedem*: in arvis omnino vulgatissima ALL: n. 1734., RE, BIROLI. In *Sardin*: arvis MORIS st: sard: I. p. 8.). Ann:

❋ 2. *Sp*: *pentandra* = L. sp: 630. = Spr: syst: II. 422. = Lam: ill: t. 392. f. 2. (*Eur*: *Pedem*: BALBIS: el: stirp: rar: p. 7. In *Sardin*: arenosis MORIS st: sard: I. p. 8.). Ann:

❋ 3. *Sp*: *nodosa* = L. sp: 630. = Spr: syst: II. 422. = Engl: bot: t. 694. (*Eur*: paludosis. *Pedem*: in campis *di Mosezzo* et *Proh* rarissime occurrit inter segetes BIROLI fl: acon: I. p. 156.). Perenn: Specim: mea ex BALBISIO omnia glabra nec *pubescenti-glandulosa* ut in *Sp*: *glandulosa* BESS: quam cl: SPR: cum *nodosa* confundit. Cons: DC. Prodr: I. 394. n. 12.

❋ 4. *Sp*: *glabra* = W. sp: II. p. 821. = Spr: syst: II. 422. = All: pedem: t. 64. f. 1. sub *Sp*: *saginoidea*. Ic: taur: vol. 19. t. 4. f. 2. (*Eur*: *Pedem*: in herbidis umbrosis pascuis Alpium sæpe occurrit; copiosissime supra thermas *Valdesii* ALL: n. 1735. In pascuis *d'Allagna* et *Magnæ vallis Ossulæ* frequentem observavit BIROLI fl: acon: I. p. 157.). Perenn: *Sp*: *saginoides* L. sp: 631., quam cl: ALLIONIUS hic refert, differt radice *annua* et petalis sepala vix *æquantibus* nec *superantibus*; hanc quoque dicit BIROLIUS spontaneam in glareosis apricis vallis *di Vedro* et in illis *di Cerano* versus *Ticinum* (fl: acon: I. p. 156.); et in *M. Cenisio* aliisque sterilibus locis nostrarum Alpium inventam etiam fuisse a BELLARDIO tradit RE reliq: Bellard: p. 3.

5. *Sp*: *pilifera* = DC. fl: fr: IV. n. 4391. (In montibus editioribus *Corsicæ*; in editioribus pascuis mon-

tium *Sardin*: mediæ Moris st: sard: I. p. 8.). Perenn:? Specim: mea ex Morisio perfecte non quadrant cum diagnosi Auctorum; folia recte dici non possunt *opposita* sed prorsus *fasciculata*, nonnulla tantum *aristata*, cetera *subulata*; planta tota valde *cæspitosa*, vix *digitalis*; petala calycem *subæquantia*, nec duplo *majora*. An igitur species distincta? Judicent Botanici utrum admittenda, quo casu illam sollertissimo detectori dico, et ita definio:

» *Sp*: *Morisii* = Caulibus cæspitosis repentibus hu-
» millimis, foliis fasciculatis rigidiusculis glabris ari-
» statis vel sæpius subulatis, pedunculis erectis fili-
» formibus nudis 1-floris, petalis calycem subæquan-
» tibus. » Nob:

*Obs*: Ludit inter *Sp*: *subulatam* Swartz et *piliferam* DC.; differt autem præcipue a prima statura minori, foliis *glabris* nec *sub-pilosis*, pedunculis *nudis* nec *foliosis*; ab altera characteribus supra allatis.

6. *Sp*: *subulata* = Swartz act: holm: 1789. p. 45. (In sabulosis humidis *Eur*: In pascuis montanis *Sardin*: Moris st: sard: I. p. 8.). Perenn:? Specim: ex Morisio e quibus depromptæ differentiæ a prioribus.

XVII. Drymaria W. hb: ex R. et S. syst: V. p. 31.

» *Cal*: 5-partitus. *Pet*: 5. 2-fida. *Stam*: 5. *Styl*: 3.
» *Caps*: 1-locularis 3-valvis sub-polysperma. *Embryo*
» periphericus sub-annularis. »

*Obs*: Genus vix ab *Holosteo* diversum constanti staminum numero, et embryonis forma; herbæ diffusæ ramosæ habitu proprio; species 5. ex DC. et Spr:

1. *Dr*: *cordata* = W. hb: ex R. et S. syst: V. p,

406. (*Amer*: tropic:). Ann: Specim: mea ex hb: Biroli folia gerunt a medio ad apicem æqualiter *acuto-denticulata*, nec simpliciter *mucronata* ut in icone Lam: ill: t. 51. f. 2. et diagnosi Auctorum; ceterum quadrant.

XVIII. Stellaria Lin: gen: n. 773. = Gaertn: fruct: II. t. 130. = Lam: ill: t. 378.

» *Cal*: 5 - partitus. *Pet*: 5. 2-fida raro 5-partita. » *Stam*: 10. vel abortu pauciora. *Styl*: 3. *Caps*: 1 - » locularis apice 6-valvis polysperma. »

*Obs*: Genus constans 56. specieb: ex DC., 40. ex Spr: determinatione et divisione difficillimis ob analogiam inter se et cum *Arenariis*.

❋ 1. *St*: *nemorum* = L. sp: 603. = Spr: syst: II. 396. = Engl: bot: t. 92. Ic: taur: vol. 12. t. 19. (*Eur*: *Pedem*: locis umbrosis et rupestribus ad radices montium et alpium All: n. 1719. In *M. Cenisio* Re fl: segus: p. 37. In sylvis *della Vesca* prope *Novariam* Biroli fl: acon: I. p. 148.). Perenn: Panicula *pubescens* sec: Spr: ? glabram semper vidi.

❋ 2. *St*: *media* = Smith fl: brit: p. 473. = Spr: syst: II. 392. = Engl: bot: t. 537. Lam: ill: t. 214. sub *Alsine*. Ic: taur: vol. 23. t. 98. Vern: *Paperonia* (*Eur*:, *Amer*: bor: *Pedem*: ubique in hortis et arvis All: n. 1698., Re, Biroli sub *Alsine*. In *Sardin*: ad vias Moris st: sard: I. p. 8.). Ann: Huc pertinet *St*: *latifolia* Pers: quam in nemoribus *della Mandria* speciatim invenit cl: Re.

❋ 3. *St*: *Bertolæ* = Caule erecto simpliciusculo, » foliis ovatis denticulatis acuminatis sub - amplexi-

» caulibus, floribus 5-andris, seminibus rugoso-acu-» leatis. » Nob: (Primovere in pratis pinguibus prope *Taurinum* reperit cl: Bertola). Ann: Priori valde affinis, cujus forsan var:, differt tamen caule *erecto simpliciusculo* nec *procumbente ramoso*, foliis *angustioribus* omnibus *sessilibus sub-amplexicaulibus denticulatis*, seminibus *aculeatis* nec *rugosis* tantum.

❋ 4. *St*: *cerastoides* = L. sp: 604. = Spr: syst: II. 393. = Engl: bot: t. 911. Vill: delph: 3. p. 645. t. 46. sub *Cerastio trigyno* (Alpib: *Eur*: med:, *Anglia*. *Pedem*: locis humidis summarum Alpium editiorum et frigidarum; copiose in monte *Magni S. Bernardi* prope cænobium All: n. 1728. sub *Cerastio refracto* c. descriptione. In summis jugis Alpium *di Formazza* et *ad Turlum* versus vallem *Anzasca* Biroli fl: acon: I. p. 149.). Perenn: Ad *Cerastium trigynum* pertinere hanc stirpem jam dubitaverat cl: Allionius (auct: n. 1728.), ac confirmarunt DC. et Spr:

❋ 5. *St*: *uliginosa* = Smith engl: bot: t. 1074. = Spr: syst: II. 393. = Curt: lond: t. 28. (*Eur*: palud: *Pedem*: ad rivulos aquarum lente fluentium in collinis et montanis non infrequens, copiosissime circa thermas *Valdesii* All: n. 1720. sub *St: hypericifolia*; in rivulo inter *Cerundam* et caseale dictum *dei Merlo* Re fl: torin: I. p. 237. sub *St*: *Alsine*. In fossis oryzarum Biroli fl: acon: I. p. 148. sub *St*: *Alsine*.). Ann: Sub *St*: *aquatica* DC. Prodr: I. 398.: variat caule simpliciusculo vel ramosissimo, foliisque plus minusve angustis. Vid: infra n. 12.

❋ 6. *St*: *holostea* = L. sp: 711. = Spr: syst: II. 393. = Engl: bot: t. 511. (*Eur*: *Pedem*: circa *la*

*Perosa*, supra *Giaveno*, ad oras sylvarum in collibus *Taurinensibus*, supra *Riaje* et in comitatu *Astensi* All: n. 1721. Supra *Javenum* eundo *al Col della Rossa* Re fl: segus: p. 37. In nemoribus *della Mandria* et *del Parco* prope *Venariam* atque secus *il rio di Sassi* Re fl: torin: I. p. 236. In nemoribus et sepibus provinciæ *Novariensis* Biroli fl: acon: I. p. 148. Prope *Albam Pompejam* Berterus). Perenn: Variat foliis pedunculisque *glabris* vel *scabriusculis*.

7. *St: bulbosa* = Wulf: in Jacq: coll: 3. p. 21. (Alpib: *Carinthiæ*). Perenn:

❋ 8. *St: graminea* = L. sp: 604. = Spr: syst: II. 394. = Engl: bot: t. 803. Ic: taur: vol. 19. t. 13. f. 1. (*Eur*:, *Amer*: bor: *Pedem*: in pascuis humidis inundatis frequens All: n. 1722. Secus *il Sangone* Re fl: segus: p. 37. Ad rivulum prope *l'Ergastolo*, ad fossas secus viam *Ripularum*, in sylvis *Stupinixii* et *della Mandria* Re fl: torin: I. p. 236. Ad arvorum margines *della Bicocca* prope *Novariam* ubique Biroli fl: acon: I. p. 148.). Perenn:

❋ 9. *St: glauca* = With: bot: arrang: I. p. 420. = Spr: syst: II. 394. = Engl: bot: t. 825. (*Eur*: humidis. *Pedem*: in sylvis *della Mandria* Balb:, Re fl: torin: I. p. 237. sub *St: palustri* Retz, W.). Perenn: Vix a priori diversa foliis glaucescentibus angustioribus et longioribus, petalis calycem paullo superantibus.

❋ 10. *St: viscida* = M. B. fl: taur: I. p. 342. = Spr: syst: II. 394. = Waldst: et Kit: pl: hung: I. t. 22. (*Tauria*, *Caucaso*, *Persia*. *Pedem*: in sylvis *di Collegno* prope *Duriam* reperit Re app: 3. p. 9.) Ann: Valde dubia.

11. *St: saxifraga* = Bertol: amæn: ital: p. 88. (Alpib: *Apuanis*. *Sardin*: in rupestribus *Tonneri d'Irgini* Moris st: sard: I. p. 8.). Perenn: Specim: sardoa ex Morisio fere glabra, pedunculi solitarii, quod observavit etiam cl: Bertolonius in macrioribus plantis.

*Stellariæ dubiæ.*

❀ 12. *St: tenella* = Bellard: hb: sine alia indicatione. Plantula digitalis habitu *St: uliginosæ* cujus forsan var:, sed statura valde minor, pedunculi constanter *axillares solitarii* numquam *terminales* vel *corymbosi*, capsulæ calycem *æquantes* nec *superantes*.

» *St*: caule humili erecto filiformi simplicissimo; » foliis oblongo-lanceolatis acutis glabris, pedunculis » axillaribus solitariis folio brevioribus, petalis calyce » brevioribus, capsulis calycem æquantibus. » Nob: (Agro *Vercellensi* ex Bellardi).

XIX. Arenaria Lin: gen: n. 774. = Gaertn: fr: II. t. 130. = Lam: ill: t. 378.

» *Cal*: 5-sepalus. *Pet*: 5. integra. *Stam*: 10. vel » abortu pauciora. *Styl*: 3. *Caps*: 1-locularis apice » 3-5-6-valvis, polysperma. »

*Obs*: Genus vix a *Stellaria* distinctum præsertim lamina petalorum *integra* nec 2-*fida*, ac loculorum numero vario, constans 140. stirpibus ex DC., 116. ex Spr:, hinc difficillime determinandum quod ad præcisos tum generis, cum stirpium characteres. Usque dum de novo elaboretur, divisiones Spr: admitti possunt.

❋ *Foliis* planis exstipulatis.

† Latioribus, subrotundis, oblongis.

α Oppositis vel sparsis.

1. *Pedunculis solitariis.*

❋ 1. *A. trinervia* = L. sp: 605. = Spr: syst: II. 895. = Oed: fl: dan: t. 429. (*Eur: Pedem:* in umbrosis ad oras sylvarum All: n. 1700., Re fl: segus: p. 37. Prope *Venariam* secus *Cerundam* Re fl: torin: I. p. 238. Ad radices montium præsertim *di Vogogna* Biroli fl: acon: I. p. 149. In *Sardin:* sylvis montium Moris st: sard: I. p. 7.). Ann: Folia opposita ciliata.

2. *A. peploides* = L. sp: 605. (In sabulosis maritimis *Ocean:* boreal:). Perenn: Folia opposita crassiuscula.

❋ 3. *A. biflora* = L. mant: 71. = Spr: syst: II. 895. = All: pedem: t. 44. f. 1. et t. 64. f. 3. Ic: taur: vol. 15. t. 91. f. 4. (Alpib: *Eur:* med: *Pedem:* abunde inter *M. Cenisium* et *S. Bernardi*, ac *Sabaudiæ* Alpibus in summis jugis ad nivem deliquescentem All: n. 1699. In *M. Cenisio* loco dicto *l'Eau blanche* et in parvo *M. Cenisio* Re fl: segus: p. 37. In alpib: provinciæ *Novariensis* Biroli fl: acon: I. p. 149.). Perenn: Folia opposita, sub-imbricata, sessilia, nummulariformia, parva.

4. *A. balearica* = L. syst: ed: 12. app: 230. (Ins: *Balear:*, *Corsica*. In *Sardin:* umbrosis montanis Moris st: sard: I. p. 7.). Perenn: Priori affinis, sed humi-

lior, valde cæspitosa, folia brevi petiolata, pedunculi longissimi constanter 1-flori.

✻ 5. *A. ciliata* = L. sp: 608. = Spr: syst: II. 369. = Jacq: coll: I. p. 245. t. 16. f. 1. Ic: taur: vol. 18. t. 31. (Alpib: *Eur*: med:, *Hibernia*, *Islandia*, *Ægypto*? *Pedem*: ad saxosa summarum Alpium præcipue *Fenestrellarum*, *M. Cenisii* et vallis *di Viù* nec non alibi frequens All: n. 1701., Re fl: segus: p. 37. In Alpib: supra *Limone* reperit Bellardi). Perenn: Folia opposita, ciliata vel glabra in var: β (*A. multicaulis* DC. Prodr: I. 411.): possideo specim: lecta a Bellardi supra *Limone* et in *Ægypto* a Donat: sub nomine *A. multicaulis* quæ a specim: pedemontanis non differunt nisi foliis *glabris* nec *ciliatis*, paullo *remotioribus* ac *angustioribus*.

6. *A. hispanica* = Spr: syst: II. 396. (*Hispania*). Specim: ex Balbisio pedunculos referunt non prorsus *lanatos* sed *puberulos* tantum uti sepala, petala vix calycem superantia; ceterum quadrant cum diagn: Auctorum.

✻ 7. *A. serpyllifolia* = L. sp: 606. = Spr: syst: II. 396. = Engl: bot: t. 923. (*Eur*:, *Amer*: bor: *Pedem*: ad muros circa urbem et pagos locis aridis ubique All: n. 1702. Prope *Segusium alle Blaccie* Re fl: segus: p. 37. Ad muros etiam urbis *Novariæ* Biroli fl: acon: I. p. 149. In *Sardin*: montanis Moris st: sard: I. p. 7.). Ann:

β Foliis imbricatis.

✻ 8. *A. tetraquetra* = L. sp: 605. = Spr: syst: II. 397. = All: pedem: t. 89. f. 1. (*Gallia* austr:;

*Hispan*: *Pedem*: in montibus *Tendæ* locis siccis All: n. 1718. c. descript:). Perenn: Caules et folia equidem *aspera* sed non *pilosa* uti adparent ex icone All: ceterum optima. Cons: insuper Gay in ann: sc: nat: t. 3. p. 27. et icon: t. 3. et 4.

†† Foliis angustis.

9. *A. procumbens* = Vahl: symb. I. p. 50. (*Afr*: bor:, *Ægypt*:, *Hispan*: austr: In *Sardin*: arenis maritimis Moris st: sard: I. p. 7.). Perenn: Specim: sardoa ex Morisio optime quadrant cum descriptionibus Auctorum et pertinent ad var: *β floribus albis* (*A. Bartolotti* Tin:): huc spectat quoque *A. rosea* Presl: sec: Spr: c. p. 181. quam possideo ex hb: Bellardii a Balbisio communicatam. Cons: tamen Gussoni Prodr: fl: sic: I. p. 510. ubi synon: Presl: non refert.

❄? 10. *A. montana* = L. amæn: IV. 272. non All: = Spr: syst: II. 398. = Vent: h. Cels: t. 34. (*Gal*: occid:, *Hispan*: *Monte Cenisio*? In monte *Turlo* Biroli fl: acon: I. p. 149. *A. montana* All: n. 1705. pertinet ad *capillaceam*. Vid: infr: n. 32.). Perenn: Possideo sub hoc nomine specim: lecta in *M. Cenisio* a Bertero quæ perfecte quadrare videntur cum description: Auctorum. Notavi tamen hanc stirpem tamquam indigenam cum dubitationis signo eo quod illam haud videam enumeratam in operibus nostrorum Botanicorum, excepto Birolio qui tradit illam ex *M. Turlo* retulisse cl: Carestiam.

❄ 11. *A. lanceolata* = All: pedem: n. 1715. c. descript: = Spr: syst: II. 398. = All: l. c. t. 26. f. 5. (*Pedem*: in pascuis saxosis vallis *Queiras* et Alpium

*Valdensium* non infrequens uti etiam in Alpib: *Augustæ Prætoriæ* et *M. Cenisii* All: l. c. Versus *la Novalesa* Re fl: segus: p. 39. Secus *la Tosa* in valle *di Antigorio* et in rupibus *di Ameno* Biroli fl: acon: I. p. 150. ). Perenn:

12. *A. purpurascens* = Spr: syst: II. 398. (*Pyrenæis*). Perenn: In specim: meo ex Balbisio folia sunt fasciculata.

❋ 13. *A. laricifolia* = L. sp: 607. = Spr: syst: II. 398. = Vill: dauph: 4. p. 629. t. 47. f. 5. 6. (Alpib: *Eur*: med:, *Caucaso*. In *Pedem*: nil frequentius secus torrentes et vias locis aridis et subalpinis All: n. 1710. Locis saxosis trans *Supergam* secus vias Balbis: In saxosis supra *M. Musiné*, in nemoribus *della Mandria* et secus *Sturam* prope *Venariam* Re fl: torin: I. p. 240. In pascuis *Ticini* vulgaris, nec deest in collibus, rara in Alpib: *del Sempione* Biroli fl: acon: I. p. 150.). Perenn: Variat caulibus *multifloris* foliis *arcuatis* ( *α multiflora* Vill: l. c. f. 5. ), vel caulibus *paucifloris* foliis *erectis* ( *β striata* Vill: l. c. f. 6. ): primam inveni cum Bertero in *M. Cenisio*.

14. *A. davurica* = Spr: syst: II. 398. ( *Sibiria* ). Perenn:, ann:? Cl: Spreng: putat *A. Cherleriæ* Fisch: eandem esse ac *A. davuricam* a DC. distinctas. Specim: mea a cl: Fisch: communicata sub nomine *A. Cherleriæ* nonnullis notis differunt a diagnosi Spr: et DC.; folia sunt *fasciculata*, superiora *opposita* tantum *recta* vel apice *recurva*, sepala lineari-lanceolata *acutissima* nec *obtusiuscula* petalis valde breviora.

❋ 15. *A. polygonoides* = Wulf: in Jacq: coll: I. p. 241. = Spr: syst: II. 399. = Jacq: l. c. t. 15.

23

All: pedem: t. 64. f. 4. sub *A. obtusa.* Ic: taur: vol. 15. t. 91. f. 4. (*Helvet: Pedem:* in pascuis saxosis umbrosis Alpium *di Fenestrelle* et *Ceresole*, et circa cænobium *S. Bernardi*, et *Col di Cogne* All: n. 1714. c. descript:). Perenn:

16. *A. pendula* = Waldst: et Kit: pl: rar: I. p. 90. (*Hungaria*). Perenn:

❉ 17. *A. uliginosa* = Schleich: cent: exs: I. n. 47. = Spr: syst: II. 399. = DC. ic: pl: gall: p. 14. t. 16. (In paludosis *Jurassi* et *Lapponiæ. Pedem:* in Alpib: *Monregalensibus di Ceresole* invenit Victorius Promis sec: Re app: I. p. 21.). Perenn: Variat caulibus calycibusque purpureis sec: Seringe in DC. Prodr: I. 407. Nostra habet caules et calyces virides, petala alba. Vid: infra n. 25.

❉ 18. *A. grandiflora* = L. sp: 608. = Spr: syst: II. 399. = All: pedem: t. 10. f. 1. Ic: taur: vol. 14. t. 73. f. 7. (*Helvet:, Gallia, Ital: Pedem:* in editioribus Alpibus *M. Cenisii* et vall: *Valdensium* All: n. 1711. In Alpib: *di Chianoc* Re fl: segus: p. 38.) Peren: Planta polymorpha, hinc magna confusio in synonymia Auctorum: huc pertinet certe *A. trifolia* L., cujus exemplar possideo ex Bellardi in Alpib: *Limonii* lectum. Ico All: pedem: t. 26. f. 5. a DC. citata pro *A. grandiflora* var: *β multiflora* pertinet ad *A. lanceolatam* n. 11. a *multiflora* valde diversam; huc quoque referenda *A. elongata* Balb: sec: Spr:

❉ 19. *A. austriaca* = Jacq: fl: austr: III. p. 39. = Spr: syst: II. 400. = Jacq: l. c. t. 270. All: pedem: t. 64. f. 2. (*Austriæ* et *Ital:* Alpib: *Pedem:* locis saxosis et umbrosis ad rupes Alp: *Valdensium*

All: n. 1708. In Alpib: *di Chianoc* et *M. Cenisii* Re fl: segus: p. 38. Ex Alpib: *Sessitis* retulit Carestia sec: Biroli fl: acon: I. p. 150.). Perenn: Priori affinis, et valde etiam varians: huc pertinere putat cl: DC. Prodr: I. 404. *A. Villarsii* Balbisii a Spr: omissam, exclusa tamen var: *hirsuta* ad *Cerastium strictum* referenda; specim: mea reapse non differunt nisi statura humiliori; cons: tamen eundem Balbis: misc: alt: p. 21. Alia habeo specim: ex hb: Bellardi sub *A. pubescenti* ab *austriaca* vix diversa foliis *subpubescentibus*; certe ad *pubescentem* Urv: haud spectant, folia enim *linearia* non *ovata*.

❋ ❋ Foliis succulentis plerumque stipulatis, floribus sub - 5 - andris, capsulis 3 - valvibus (*Spergularia* Pers:)

❋ 20. *A. rubra* = L. sp: 606. = Spr: syst: II. 400. = Engl: bot: t. 852. pro var: *α campestri* (*Eur*:, *Afr*: bor:, *Chili* ex Bertero. *Pedem*: in sabulosis torrentium atque in arvis collinis montanisque siccioribus frequens est All: n. 1716. sub *A. campestri*. In arvis *Stupinixii*, *Venariæ*, et secus *Sturam* Re fl: torin: I. p. 238. In arenosis circa *Segusium* Re fl: segus: p. 37. Prope portum *Villafrancæ Nicæensis* aliisque locis arenosis et maxime exsiccis All: n. 1717. sub *A. marina* L. non Sm: Ad vias in *Sardin*: vulgatissima Moris st: sard: I. p. 7.). Ann: *A. rubra* et *A. marina* L. ab All: distinctæ sub eadem specie enumerantur a DC. Prodr: I. 401.; equidem in specim: meis nullum fere discrimen video. Cl: Spr: *A.*

*marinam* L. omittit. Specim: insuper possideo a cl: Bertero missa e *Chili* sine nomine specifico quæ non differunt ab *A. rubra* nisi glandulis in tota planta evidentioribus.

❋ 21. *A. marina* = Sm: fl: brit: 480. non L. = Spr: syst: II. 400. = Engl: bot: t. 958. DC. ic: rar: t. 48. sub *A. media marginata* (In pratis et sabulosis maritimis *Eur*: *Genuæ* in mæniis *alla Darsena*; a *Cornigliano* secus viam publicam prope rus *Duratianum* Bertol: am: ital: p. 151.). Ann: Vix a priori diversa stipulis abbreviatis.

22. *A. radicans* = Spr: syst: II. 400. (*Sicilia* in herbidis humentibus montosis et arenosis *Madonu*, *Etna*). Perenn: Omissa a DC.; specim: mea ex cl: Gussone perfecte quadrant cum ejus diagnosi in fl: sic: Prodr: I. 515.

❋ ❋ ❋ Foliis filiformi-subulatis.

† Elongatis; caule elato.

23. *A. juniperina* = L. mant: 72. (*Oriente*). Perenn: Specim: mancum ex Bonjean. = 24. *A. graminifolia* = Schrad: hort: goëtt: et new journ: 1810. 2. p. 139. (*Sibir*:, *Ucran*:, *Transylv*:, *Caucaso*). Perenn: Variat foliis longissimis sub-integerrimis, panicula glabra ad quam spectat specim: meum.

†† Foliis filiformi-setaceis abbreviatis.

25. *A. lapponica* = Spr: syst: II. 402. (Alpib: *Lappon*:). Perenn: ? *Spergula stricta* Sw: sec: Spr: l. c.; hoc tamen synonymum *A. uliginosæ* Schleich: tribuit

cl: DC. Prodr: I. 407. Specim: mea sub nomine *Spergulæ strictæ* ex hb: Biroli valde differunt ab *A. uliginosa* n. 17.; sed neque perfecte quadrant cum diagnosi Spr:, scapus enim non 1 - sed 2 - 3 - florus, pedunculi basi 2 - bracteati.

* 26. *A. fasciculata* = Gouan: ill: 30. = Spr: syst: II. 402. = Jacq: fl: austr: t. 182.? (*Eur*: med: *Pedem*: in sabulosis et sterilibus præsertim fluminum, torrentium; locis apricis et sole percussis All: n. 1709. In provincia *Segusiana* supra *Foresto* Re fl: segus: p. 38. *Sardin*: in pascuis aridis *Ura* Moris st: sard: II. p. 2.). Ann: Variat caulibus *prostratis*, foliis basi non *ciliatis* (*A. mucronata* DC. Prodr: I. 407. Conf: tamen *A. saxatilem* inf: n. 33.). Huc pertinet *A. fastigiata* Smith sec: DC. et Spr:; an idem dicendum de *A. fastigiata* Vahl quam Steudelius diversam putat a planta Smithii? Specim: mea de planta Vahlii ex hb: Biroli differunt quidem facie ab *A. fasciculata*, sed non characteribus botanicis.

* 27. *A. tenuifolia* = L. sp: 607. = Spr: syst: II. 403. = Vill: dauph: IV. p. 634. t. 47. sub *A. hybrida* et prosp: p. 48. t. 30. f. 3. Ic: taur: vol. 22. t. 21. (*Eur*:, *Amer*: bor: *Pedem*: muros vetustos et saxosa loca præcipue incolit secus *Padum*; in acclivibus aridis saxosis non infrequens All: n. 1707. c. descript: Re fl: torin: I. p. 239. ubi 3. varr: distinctæ enumerantur. Vulgatissima ad rupes circa *Segusium* et ad muros vinearnm Re fl: segus: p. 31. In aridis collium provinciæ *Novariensis* pusilla crescit, circa urbem uberior et ramosissima Biroli fl: acon: I. p. 150. In *Sardin*: pascuis aridis muntanis Moris st:

sard: II. p. 2.). Ann: Variat summopere statura et numero staminum minori ob abortum; huc pertinet *A. dubia* Suter: eadem ac *A. viscidula* Thuill: in synon: Spr: omissa; hæc reperitur in *Albensi* provincia sec: *Tanarum* ex Bertero.

28. *A. setacea* = Thuill: fl: par: ed: 2. p. 220. (*Gallia*, *Tauria*). Perenn:

❀ 29. *A. recurva* = All: pedem: n. 1713. c. descript: = DC. Prodr: I. 406. = All: l. c. t. 89. f. 3. Ic: taur: vol. 14. t. 73. f. 5. (Alpib: *Eur*: med: *Pedem*: in pascuis saxosis editiorum Alpium *Valdensium* et in summitatibus vallis *di Bellino* All: l. c.). Perenn: Ico All: mala; folia ibi sunt potius *lanceolata* quam *lineari-subulata*, fasciculi nimis distantes, pedicellorum trichotomia non redditur uti constanter in plantis et in optima ipsius Allionii descriptione; huc puto referendam *A. subrecurvam* Bellardi hb: humaniter mihi ab Auctore communicatam, in qua nullam cerno differentiam nisi in sepalis angustioribus acutioribusque.

❀ 30. *A. verna* = L. mant: 72. = Spr: syst: II. 403. = Engl: bot: t. 512. (*Eur*: submontanis. *Sabaudia* inter *Modane* et *Col de la Rocce* All: n. 1706.). Perenn: Variat caulibus plus minusve foliosis, subpaniculatis vel 1-floris. Huc referunt recentiores Botanici *A. cæspitosam* Ehr: quam cl: Balbis: locis saxosis nostrarum Alpium incolam esse tradit (misc: alt: p. 17.), quæque non videtur differre ab *A. flaccida* Schleich a cl: Bellardi mihi communicata.

❀ 31. *A. striata* = L. sp: 608. = Spr: syst: II. 403. = All: pedem: t. 26. f. 4. (*Eur*: med: *Pedem*:

in pascuis saxosis Alpium All: n. 1712. Re fl: segus: p. 38. In pascuis vallis *Sessitis* et *Ossulæ* ad torrentem *Tosa* non rara Biroli fl: acon: I. p. 150.). Perenn: Planta admodum dubia a Spr: confusa cum *liniflora* Jacq: , *rostrata* Kit: , *saxatili* L., et *capillacea* All: ; duas priores ad *laricifoliam* refert cl: DC. tamquam varr: distinctas (Prodr: I. 404. n. 35.), alteras diversas putat (ib: n. 40.). Icones All: de *striata* et *capillacea* valde differunt; *capillaceam* primo sub *montana* n. 1705. p. 112.; hinc sub *capillacea* p. 365. enumeravit, et hic observavit distinctam plantam esse a *montana* quæ delenda a plantis pedemontanis. An huc quoque referenda sit *A. Gerardi* W. eadem ac *A. liniflora* Jacq: fl: austr: non L. nec Jacq: coll: , dubito ex synonymia DC. de *A. Gerardi* et Spr: de *A. striata*; affirmari tamen id potest ex synonym: Allionii auct: n. 1712. p. 30. ubi *A. linifoliam* Jacq: fl: austr: enumerat tamquam plantam spontaneam jugi *del Col de la Rocce*.

❋ 32. *A. capillacea* = All: pedem: n. 1705. p. 112. c. descript: sub *A. montana* et p. 365. sub *A. capillacea* = DC. Prodr: I. 404. = All: l. c. t. 89. f. 2. (In summo jugo *Tendæ la Cola* dicto All: l. c.). Ann: Differt a priori radice annua, caulibus basi repentibus cæspitosis, foliis inferioribus prorsus setaceis, floribus valde majoribus; habitus quoque diversus.

❋ 33. *A. saxatilis* = L. sp: 607. = DC. Prodr: I. 405. = Barr: ic: t. 580. Ic: taur: vol. 14. t. 73. f. 3. (*German*: , *Helvet*: , *Gallia*, *Sibir*: *Pedem*: in valle *Ulciensi* All: n. 1704. Ad viam *del Sempione* inter

*Riceno* et *Varzo* BIROLI fl: acon: I. p. 149.). Perenn: Medium tenere videtur inter *A. strictam* et *capillaceam* cui tamen magis affinis; ico BARR: perfecte quadrat cum specim: meis lectis a BERTERO in *Montblanc*; huc forsan pertinet *Alsine mucronata* BALB: misc: alt: p. 12. enumerata a DC. sub *Arenaria* (Prodr: I. 407. n. 68.); an ad *fasciculatam* GOUAN: referenda sec: SPR: syst: II. 402? illam legit DC. ad basim montis *Vesuli*.

34. *A. ramosissima* = W. en: suppl: p. 24. (*Hungaria*). Perenn:

## *Arenariæ dubiæ.*

35. *A. macrorhiza* = Loisl: ex Requien in bull: univ: 1828. mars p. 329. (*Corsica*. In *Sardin*: maritimis insulæ *Tavolare*, *Terranova* invenit MORIS st: sard: III. p. 5.). Perenn: Pulcherrima species radice crassissima sub-lignosa, caulibus pluribus cæspitosis decumbentibus ut tota planta viscoso-villosis, foliis fasciculato-verticillatis lineari-lanceolatis obtusiusculis, pedunculis sub-paniculatis, sepalis oblongis petala sub-æquantibus capsula brevioribus: flores albi. Specim: perfecta ex MORISIO. = 36. *A. nardifolia* = Ledeb: sec: Spr: c. p. 182. (*Dahuria*). Cl: SPR: arbitratur plantam hanc esse var: *A. cucubaloideæ* SM:, quam enumerat in syst: II. 401. Optima possideo specim: a FISCHERIO lecta in *Dahuria* et missa sub nomine *A. nardifoliæ* quæ cum diagnosib: *A. cucubaloideæ* satis quadrant, exceptis sepalis prorsus *glabris* et *nitidis* nec *viscosis*, potius *ovatis acutis* quam *lanceolatis*, insuper margine *scariosis*.

✱ 37. *A. Scopolii* = Caule cæspitoso, foliis li-
» nearibus trinerviis rigidiusculis inferioribus fascicu-
» latis caulinis oppositis, pedunculis 1-floris glabrius-
» culis, sepalis lanceolatis striatis, petalis ovatis ob-
» tusiusculis calyce brevioribus. » Nob: *Stellaria rupestris* Scop: carniol: I. p. 317. t. 18. f. 540. Plurima possideo specim: hujusce stirpis in Alpibus nostris *M. Cenisio* præsertim lecta a cl: Bellardio, quæ procul dubio pertinent ad *Stellariam rupestrem* Scop: male a Spr: confusam cum *A. lanceolata* All:; nec ico nec descriptio Allionii quadrant cum planta Scopolii; illa refert folia *lanceolata*, flores majores, sepala foliis omnino similia ac petalis breviora; discrimen a reliquis constituit Allionius e *foliorum forma similibusque calycinis foliolis* (All: pedem: n. 1715.). Planta igitur diversa, quam cl: Scopolio dicavi suppresso etiam nomine triviali ab eo imposito ne confundatur cum *A. rupestri* Labill: a recentioribus Botanicis probata (DC. Prodr: I. 407., Spr: syst: II. 403.).

XX. Cerastium Lin: gen: 797. = Gaertn: fruct: t. 130. f. 6. = Lam: ill: t. 392.

» *Cal*: 5-partitus. *Pet*: 5. 2-fida. *Stam*: 10. vel
» abortu 5. *Styl*: 5. *Caps*: 1-locularis ovato-globosa,
» vel oblongo-cylindrica apice dentibus 10. dehiscens. »

*Obs*: Genus *Arenariæ* proximum sed distinctum habitu, petalis 2-*fidis* nec *integris*, capsula constanter 10-*dentata* excepto *C. aquatico*; stirpes 69. ex DC., 53. ex Spr: artificialiter *divisæ* e *forma* fructus, et petalorum *longitudine* respectu calycis.

† *Capsulis ovato-globosis.*

❋ 1. *C. aquaticum* = L. sp: 629. = Spr: syst: II. 416. = Engl: bot: t. 538. (In aquosis *Eur*: vulgare. In agro *Pedemontano* ad fossas præsertim aquarum All: n. 1730. Re fl: segus: p. 39. et fl: torin: I. p. 248. Biroli fl: acon: I. p. 156.). Perenn: Capsula 5-6. tantum dentata, ex quo præsertim ad aliud genus (*Larbrea*) unica hac specie constans fuit translatum a DC. Prodr: I. 395. ex S. Hill:

❋ 2. *C. manticum* = L. sp: 629. = Spr: syst: II. 417. = Waldst: et Kit: pl: rar: hung: I. p. 96. t. 96. Ic: taur: vol. 15. t. 91. f. 5. (*Ital:*, *Helvet:*, *Hungar: Pedem:* in agris subhumidis et pratis collinis et submontanis non infrequens All: n. 1731. Re fl: segus: p. 39. In arvis prope *la Molinetta* ac in pratis macilentis prope *Eremum* et *alla Mandria* Balb: Copiosissimum in arvis trans *Druent* versus ædem *S. Pancratii* Re fl: torin: I. p. 248. In campis sabulosis *della Lomellina* Biroli fl: acon: I. p. 156. In *Sardin:* pascuis collinis Moris st: sard: I. p. 7.). Ann: Caulis 2-3-chotomus; bracteæ ad dichotomiam calyci simillimæ.

†† *Capsulis oblongo-cylindricis.*

α Petalis calycem superantibus.

3. *C. tomentosum* = L. sp: 629. var: β (*Galloprovinc:*, *Neapol:*, *Sicilia*). Perenn: Planta foliorum forma latitudine et pubescentia admodum variabilis,

idcirco in plures species forsan nullo jure distincta (Guss: prodr: fl: sic: I. p. 530. in obs:).

✻ 4. *C. arvense* = L. sp: 628. = Spr: syst: II. 417. = Engl: bot: t. 93. (*Eur:*, *Asia*, *Africa*, *Amer:* bor: *Pedem:* ad vias et in montanis secus arva frequens All: n. 1726. In apricis collib: *Taurinensibus* circa *Eremum* et prope *Supergam*; in arvis ad caseale dictum *di Merlo* prope *il Parco della Veneria*, atque non procul ab *Altessano* ad agrorum margines prope portum *Sturæ* Re fl: torin: I. p. 247. In pascuis collinis *Verbani* præsertim *di Pallanza* et *Suna* Biroli fl: acon: I. p. 155. In *Sardin:* pascuis et arvis collinis Moris st: sard: I. p. 7.). Perenn: Caules dichotomo-paniculati vel simplices, folia plus minusve glanduloso-pilosa. Huc pertinet sec: DC. et Spr: *C. repens* L. quod habemus spontaneum in valle *Ulciensi* et *Valdensium di S. Martino* ex All: n. 1733. et secus *Ticinum* loco dicto *alla Costa di Gambolò* ex Biroli l. c.

5. *C. hirsutum* = Tenor: Prodr: p. 27. cat: 1819. p. 45. (Regno *Neapol:* in montibus *Samnii*). Perenn: Species propria male confusa a Spr: cum priori, a qua differt habitu, foliis angustioribus et longioribus, bracteis calycibusque triplo majoribus striatis cuspidatis. Optimum possideo specim: a cl: Auctore communicatum et *Castellamare* lectum. = 6. *C. lanatum* = Lam: dict: I. p. 680. (*Pyren:* et Alpib: *Eur:* austr:). Perenn: Pedunculi brevissimi sub-3-chotomi sæpe a bracteis tecti; variat caule, foliis calycibusque glabris sec: DC. Prodr: I. 418. Specim: meum per totum densissime lanatum.

❀ 7. *C. latifolium* = L. sp: 629. = Spr: syst: II. 418. = Engl: bot: t. 473. Ic: taur: vol. 15. t. 91. f. 2. (Alpib: *Eur*: med: In Alpib: *Pedemontanis* inter diffractos lapides All: n. 1732. In *M. Cenisio* Re fl: segus: p. 39. Inter rupes Alpium *Novariensium* Biroli fl: acon: I. p. 156.). Perenn: Planta potius *villoso-viscosa* quam *hirsuta*; pedunculi flore duplo et ultra *longiores* non *æquantes* uti in diagn: DC. Prodr: I. 419.

❀ 8. *C. alpinum* = L. sp: 628. = Spr: syst: II. 418. = Engl: bot: t. 472. (Alpib: *Eur*: *Pedem*: in rupibus et Alpium scopulis frequens All: n. 1727., Biroli fl: acon: I. p. 155. In *M. Cenisio* Re fl: segus: p. 39.). Perenn: Huc pertinet sec: Steud: *C. laguniosum* quod possideo ex hb: Biroli sub hoc nomine; omissum a DC. et Spr: non differt a nostro *alpino* nisi caulibus magis *prostratis*: notandum tamen, diagnoses DC. et Spr: de *alpino* differre in characteribus caulis, quem primus dicit *prostratum*, alter *erectum*!

❀ 9. *C. glaciale* = Gaud: in litt: sec: DC. Prodr: I. 419. (In Alpib: *Helvetiæ*. *Pedem*: in altioribus Alpibus *Prarajer* ad rupes glaciales reperit Piottaz sec: Biroli ined:). Perenn:

10. *C. davuricum* = Fisch: in Spr: pl: min: cogn: 2. p. 65. (*Dahuria*). Perenn: Flores magni; specim: ex hb: Biroli sub nomine *C. connati* W. a *davurico* haud differt.

❀ 11. *C. campanulatum* = Viv: ann: bot: I. p. 2. = Spr: syst: II. 418. = Viv: l. c. p. 171. t. 1. (*Ital*:, *Hungar*: Frequens in collibus apricis maritimis prope

*Genuam* Viv: l. c.). Ann: Stipulæ lineari-lanceolatæ, sepala albo-marginata.

❋ 12. *C. strictum* = L. sp: 629. = Spr: syst: II. 418. = All: pedem: II. p. 365. t. 88. f. 4. sub *C. lineari*. Ic: taur: vol. 12. t. 18. f. 1. et vol. 27. t. 46. (In Alpib: *Eur*: med: *Pedem*: in rupibus sub-humidis Alp: *Valdensium* et *M. Cenisii*, *di Lanzo* et *di Giaveno* All: n. 1729. c. descript: Abunde in rupibus circa *Segusium* præsertim *alle Blaccie* et *a Croale* Re fl: segus: p. 39. In pascuis alpinis præsertim vallis *di Vegezzo* Biroli fl: acon: I. p. 155.). Perenn: Variat foliis angustissimis arcuatis fasciculatis (*C. laricifolium* Vill:, *suffruticosum* L.), foliis lineari-lanceolatis longissimis acuminatis (*C. lineare* All: l. c.), foliis oblongis obtusiusculis (*C. strictum* L. var: *commune*). Specim: mea de *C. laricifolio* ex hb: Bellardi a Villarsio communicata et in monte *Ventoux* lecta ita habitu differunt a *lineari* et *communi*, ut species distincta videatur admittenda. Cons: Balbis: misc: alt: p. 17.

13. *C. pensylvanicum* = Hornem: h. hafn: p. 435. (*Pensylv*:). Perenn: Huc pertinet sec: Spr: *C. tenuifolium* Pursh a DC. distinctum (Prodr: I. 417. n. 32. et 420. n. 51.); binas species possideo, et nullas cernere est differentias, si excipias folia in *tenuifolio* acutiora.

β Petalis calycem æquantibus vel minoribus.

❋ 14. *C. vulgatum* = L. sp: 627. = Spr: syst: II.

419. = Engl: bot: t. 789. (*Eur:*, *Asia*, *Africa*, *Amer*: bor: In *Pedem*: ad vias, secus arva et ubique copiose All: n. 1723. Re fl: segus: p. 39. et fl: torin: I. p. 246. Biroli fl: acon: I. p. 155. In *Sardin*: ad vias Moris st: sard: I. p. 7.). Ann: Variat foliis acutis vel obtusis (*C. rotundifolium* Sternb: sec: DC. Prodr: I. 416.), floribus laxis vel glomeratis (var: *β glomeratum* DC., *C. ovale* Pers:); hoc invenitur in pratis graminosis agri *Pedemontani* ex Piottaz. *C. rotundifolium* a Spr: omissum possideo ex hb: Bellardi a cl: Balbisio communicatum, et non differt a *vulgato* nisi foliis *obtusioribus*.

✻ 15. *C. viscosum* = L. sp: 627. = Spr: syst: II. 416. = Engl: bot: t. 790. Ic: taur: vol. 10. t. 24. (*Eur*: *Pedem*: secus arva macilenta abunde All: n. 1724. Passim in locis arenosis secus *Duriam* Re fl: segus: p. 39. Ubertim secus *Sturam*, *Cerundam*, *Padum* ac prope *Druent* Re fl: torin: I. p. 246. In *Sardin*: ruderatis humidis Moris st: sard: I. p. 7.). Ann: Priori valde affine a quo differt præsertim foliis *angustioribus*, pedunculis *longioribus*, seminibus *lineatis*. Cons: Guss: Prodr: fl: sic: I. p. 527. in obs:

✻ 16. *C. semidecandrum* = L. sp: 627. = Spr: syst: II. 419. = Engl: bot: t. 1630. (*Eur*:, *Amer*: bor: *Pedem*: in sterilibus pascuis et ad vias abunde All: n. 1725. Re fl: segus: p. 39. et fl: torin: I. p. 246. Biroli fl: acon: I. p. 155. In *Sardin*: pascuis montanis frequens Moris st: sard: I. p. 7.). Ann: Varietas calycibus *scariosis* (*C. alsinoides* Pers:) crescit prope *il Parco della Veneria* et prope *Taurinum* inter *Va-*

*lentinum* et pontem *Padi* loco dicto *la fabbrica dei mattoni* Re fl: torin: l. c.

❀ 17. *C. brachypetalum* = Desp: in Pers: ench: I. p. 520. = Spr: syst: II. 419. = Reich: pl: cr: cent: 3. t. 234. f. 388. sec: Guss: Prodr: fl: sic: I. 528. (*Gallia*, *Alsatia*, *Sicilia*. In arvis prope *Taurinum* invenit Piottaz. Ad agrorum margines inter *Taurinum* et *Ripulas*, et circa *Venariam* frequens vidit Re fl: torin: I. p. 247. In *Sardin:* pascuis Moris st: sard: I. p. 7.). Ann:

18. *C. diffusum* = Pers: ench: I. p. 520. (Patria?). Perenn: = 19. *C. dichotomum* = L. sp: 628. (*Hispan:*, *Afr:* bor:). Ann: = 20. *C. perfoliatum* = L. sp: 627. (*Græcia, Sibir:*, *Barbar:*). Ann:

## *Cerastia dubia.*

21. *C. ambiguum* = Cl: Fisch: misit ex *Altai* sine alia indicatione, et sic definiri potest: « *C.* caule ere-
» ctiusculo foliisque lineari-lanceolatis viscidulis, bra-
» cteis ovato-oblongis, pedunculis 3-chotomis pauci-
» floris, petalis sub-fimbriatis calycibus ovatis duplo
» longioribus. » Nob: Ann: *C. fimbriatum* Ledeb: mem: acad: sc: Petersb: 5. p. 516. n. 27.? ; sed caulis in specimin: meis nec *diffusus* nec *angulatus*. A *C. stricto* var: δ *communi* ad quem cl: DC. refert plantam Fischerii valde differt habitu ac petalis multifidis. = 22. *C. spurium* = Birol: hb:? Valde affine *C. mantico* n. 2. si non eadem planta. = 23. *C. stellatum* = H. Paris: Ita in scheda specim: ex hb: Biroli; enumeratam non video speciem hanc in cat: H. Paris: 1829.; at mihi

non videtur differre a *C. lanuginoso* quod vidimus spectare ad *C. alpinum* n. 8.

24. *C. Berterianum.* = Caule erectiusculo sub-sim- » plici foliisque lanceolatis fasciculatis sessilibus vil- » losis, bracteis calycibusque ovato-oblongis acutis » margine scariosis, floribus terminalibus sub-capi- » tatis pedunculos sub-æquantibus, petalis ovatis » emarginatis calyce duplo longioribus. » Nob:

*Obs:* Specim: missa a Bertero e *Chili* ibique *Rancagua* lecta tamquam novam *Cerastii* speciem constituentia, a ceteris mihi reapse differre videntur characteribus allatis.

XXI. Cherleria Lin: gen: 775. = Lam: ill: t. 379.

» *Cal*: 5-sepalus. *Pet:* 5. minima emarginata. *Stam:* » 10. *Styl:* 3. *Caps*: 3-locularis 3-valvis oligosperma. »

*Obs*: Genus habitu distinctissimum constans herbis muscoideis cæspitosis; species 2. ex DC., 3. ex Spr: quarum una octandra floribus 4-partitis (*Ch*: *octandra* Sieb:).

❀ 1. *Ch*: *sedoides* = L. sp: 608. = Spr: syst: II. 416. = Engl: bot: t. 1212. Ic: taur: vol: 14. t. 73. f. 1. (Alpib: *Eur:* med: et *Scoticæ*. *Pedem:* ubique in pascuis saxosis summarum Alpium All: n. 1736., Re fl: segus: p. 38., Biroli fl: acon: I. p. 151.). Perenn:

Obs: geographica circa *Caryophylleas*.

*Caryophylleæ* ex DC. sistunt numero . . 768

*Caryophylleæ* pedemontanæ.

| | |
|---|---|
| *Gypsophyla* | 3 |
| *Dianthus* | 19 |
| *Saponaria* | 5 |
| *Cucubalus* | 1 |
| *Silene* | 27 |
| *Lychnis* | 8 |
| *Velezia* | 1 |
| *Ortegia* | 1 |
| *Buffonia* | 1 |
| *Sagina* | 3 |
| *Moheringia* | 2 |
| *Elatine* | 2 |
| *Holosteum* | 1 |
| *Spergula* | 4 |
| *Stellaria* | 9 |
| *Arenaria* | 22 |
| *Cerastium* | 12 |
| *Cherleria* | 1 |
| | 122 |

Et sic fere sextam partem constituunt.

## Ordo XXIII.

### LINEÆ

(DC. Théor: ed: I. p. 217. et Prodr: I. 423. = *Caryophylleis* affines Juss: gen: p. 303.)

*Obs*: Ordo *Caryophylleis* valde affinis, distinctus tamen habitu, staminibus basi monadelphis, defectu receptaculi fructus centralis et albuminis in semine, foliisque sæpius alternis, constans 1-2. generibus tantum.

I. Linum Lin: gen: n. 528. = Gaertn: fr: II. t. 112. f. 11. = Lam: ill: t. 219.

» *Cal*: 3 - 4. aut sæpius 5 - sepalus. *Pet*: numero
» æquali unguiculata cum staminibus annulo perigyno
» inserta. *Stam*: numero dupla basi monadelpha, alia
» petalis alterna fertilia, alia opposita sterilia. *Styl*: 5.
» raro pauciores. *Caps*: 10-locularis, loculis 1-spermis
» introflexis. »

*Obs*: Genus constans 54. speciebus ex DC., 48. ex Spr: Herbæ vel suffrutices foliis integris exstipulatis, petalis caducissimis, divisum ex florum colore. Cons: monographiam hujusce generis cl: Schiede in Bull: univ: 1826. Juillet p. 362.

† Floribus cæruleis aut carneis.

*α Herbacea.*

1. *L. usitatissimum* = L. sp: 397. (*Eur*: In *Sardin*: pascuis Moris st: sard: I. p. 9.). Ann: Cultum in *Pedem:* præsertim in arvis *Pojrini* et provinc: *Novariensis* ubi nunc spontaneum invenitur præcipue in campis *di Gagliate* teste Biroli mss: = 2. *L. angustifolium* = Huds: angl: 134. (*Anglia*, *Eur*: austr: In pascuis et arvis *Sardin*: frequens Moris st: sard: I. p. 8.). Perenn: = 3. *L. diffusum* = Schult: obs: 63. (Patria?). Perenn: Cultum in H. Ripul: e seminibus missis a cl: Schult:, pedunculos habet non tantum *axillares* uti ex diagn: Spr: sed etiam *terminales*.

❀ 4. *L. narbonense* = L. sp: 398. = Spr: syst: I. 962. = Barr: ic: t. 1007. non 107. uti in All: ex errore typographico (*Gall*: austr:, *Hispan*:, *Transylv*: *Pedem*: frequens in saxosis circa *Lucerame* et *Touet*, in montibus a *Castiglian* ad *Menton* et a *l'Escarène* ad *Breglio* All: n. 1685.). Perenn: Flores magni elegantissimi.

❀ 5. *L. hirsutum* = L. sp: 398. = Spr: syst: I. 962. = Jacq: fl: austr: t. 31. Ic: taur: vol. 15. t. 106. f. 1. (*Eur*: austr: *Pedem*: in dumetis et ad sepes circa *Marentinum*, *la Morra*, *Vernone*, in *Monteferrato*, et comitatu *Nicæensi* passim occurrit, neque rarum in *Liguria* All: n. 1684. Ad oras sylvarum vinearumque *di Mongrano* versus *Supergam* Balbis:). Perenn: Folia superiora et sepala glanduloso-ciliata; flores ampli. Cl: Re dubitat plantam lectam a Bal-

BISIO versus *Supergam* pertinere potius ad *L. viscosum* L. eo quod stylos gerat staminibus *breviores* (fl: torin: I. p. 184.); hic character depromptus est ex DC. Prodr: I. 425., at de eo nulla mentio in diagn: SPR: qui differentias desumpsit a præsentia glandularum in foliis summis et calycibus *L. viscosi*. Specim: mea omnia hanc notam præseferunt; hinc dubito has duas stirpes ad unam tantum forsan esse referendas. Cons: tamen BERTOL: am: ital: p. 139-140.

6. *L. decumbens* = Desf: atl: I. p. 278. (*Afr*: bor:, *Sicilia*. In *Sardin*: pascuis *di Orvi* MORIS st: sard: I. p. 8.) Perenn: Flores mediocres rosei; cult: in H. Ripul: luxuriat magnitudine partium, sed omnino quadrat cum icone Fontainesiana l. c. t. 79. = 7. *L. squamulosum* = Rud: in W. en: 338. (*Tauria*). Perenn: Flores parvi cærulei. = 8. *L. sibiricum* = DC. Prodr: I. 427. (*Sibiria*). Perenn: Flores mediocres pulchri cærulei; petala integerrima; folia in specim: meo ex FISCHERIO in *Dahuria* lecto *erecta* non *patula*.

❀? 9. *L. anglicum* = Mill: dict: n. 5. = Spr: syst: I. 963. = Engl: bot: t. 40. sub *L. perenni* (*Anglia*. In montibus circa *Sospello* et *Lucerame* ALL: n. 1683. sub *L. perenni*?). Perenn: Flores mediocres pallide cærulei, sepala exteriora mucronata, interiora obtusa; petala emarginata ex quo solum distinguitur a priori. Cult: in H. B. T. sub nomine *L. perennis*.

❀? 10. *L. austriacum* = L. mant: 359. = Spr: syst: I. 963. = Jacq: fl: austr: t. 418. (*Austria*, *Transylv*: In monte *Rosa* BIROLI fl: acon: I. p. 107.). Perenn: Priori valde affine; flores parvi cæruleo-purpurascentes, sepala omnia obtusa. An huc perti-

neat planta sub hoc nomine enumerata a cl: Re app: ad fl: pedem: p. 18., et ab eo lecta in Alpibus *di Monastero*, valde dubito; asserit enim referre foliola calycina exteriora *sub-acuta*, interiora *obtusissima*, qua nota accedit potius ad *L. anglicum*; ceterum inter *L. austriacum*, *anglicum*, *perenne*, *sibiricum* et *alpinum* tantæ adsunt affinitates, ut forsan ad unam tantum speciem referri possint.

* 11. *L. alpinum* = L. sp: 1672. = Spr: syst: I. 963. = Jacq: fl: austr: t. 321. (Alpib: *Eur*: med: *Pedem*: abunde secus arva et in pascuis nec non ad vias in montanis atque subalpinis All: n. 1688. c. descript: In *M. Cenisio* Re fl: segus: p. 28. In saxosis Alpium *di Vegezzo* non rarum Biroli fl: acon: I. p. 107.). Perenn: Flores parvi dilute purpurascentes; sepala obtusa sed brevissime aristata; petala *integerrima* nec *retusa*, qua nota præcipue differt a priori cui tamen valde affine. Cons: insuper Bertol: amæn: ital: p. 352. de *L. perenni*.

*β Suffruticosa.*

* 12. *L. tenuifolium* = L. sp: 398. = Spr: syst: I. 963. = Jacq: fl: austr: t. 215. Ic: taur: vol 17. t. 30. f. 2. (*Eur*: med: *Pedem*: in apricis saxosis collinis montanis et subalpinis abunde All: n. 1686. Re fl: segus: p. 28. In collibus *Taurinensibus* et *M. Musiné* Re fl: torin: I. p. 185. In pascuis collium præsertim *di Boca* et *Maggiora* Biroli fl: acon: I. p. 106.). Perenn: Flores parvi albo-rosei.

†† Floribus albis.

*α Herbacea.*

❋ 13. *L. catharticum* = L. sp: 401. = Spr: syst: I. 963. = Schkuhr: handb: I. t. 87. (*Eur*: *Pedem*: in pascuis sub-humidis præcipue montanis etiam in *Taurinensibus* minime rarum All: n. 1693. Re fl: segus: p. 28. et fl: torin: I. p. 186. In pascuis *di Borgosesia* et *Varallo* frequens Biroli fl: acon: I. p. 107.). Ann: Flores minimi.

*β Suffruticosa.*

15. *L. monogynum* = Forst: prodr: n. 145. (*Nov: Zeeland*:). Suffrut: Flores ampli ex albo rosei; sepala in specim: meis ex hb: Biroli potius *ovata* quam *lanceolata* uti in diagnosi Spr:

††† Floribus flavis, luteis.

*α Herbacea.*

❋ 15. *L. gallicum* = L. sp: 401. = Spr: syst: I. 964. = Ger: Gallo-prov: t. 16. f. 1. (*Eur*: austr: *Pedem*: locis saxosis et declivibus collium calidiorum frequens All: n. 1687. Copiosissimum in aridis sterilibus *di Condove* in regione dicta *la Roccia* et in *M. Musinè* Re fl: segus: p. 28. In pascuis supra *Revigliasco, Pecetto* et *della Mandria* Re fl: torin: I. p. 185. In *Sardin*: pascuis collinis aridis Moris st: sard: I. p. 9.). Ann: Flores minimi.

❋ 16. *L. strictum* = L. sp: 400. = Spr: syst: I. 964. = Lob: ic: t. 411. f. 2. Ic: taur: vol. 17. t. 30.

f. 1. (*Italia*, *Græcia*. *Pedem*: locis aridis agri *Nicæensis* uberrime, nec infrequens in *Monteferrato* et valle *Segusii* All: n. 1689. Supra *Foresto* et circa vineas *di Mompantero* Re fl: segus: p. 28. In *M. Musinè* qua parte *Duriam* respicit Re fl: torin: I. p. 186. In *Sardin*: sterilibus aridis Moris st: sard: I. p. 9.). Ann: Flores minimi; variat inflorescentia plus minusve corymbosa vel in capitulum congestum. Cons: Guss: Prodr: fl: sic: I. p. 388. 389. ubi varr: describit. Specim: possideo lecta a Bertero in agro *Albensi* quæ pertinent ad var: δ (*capitatum*); alia ex hb: Bellardi sub nomine *L. alterniflori* a Bert: in *Ægypto* lecta spectant ad var: β DC. Prodr: I. 424., Spr: c. p. p. 127.

17. *L. virginianum* = L. sp: 398. (*Amer*: bor:). Ann: Flores lutei ampli, non vix *L. gallici* majores uti in observ: DC. Prodr: I. 424. = 18. *L. aquilinum* = Molin: Chil: ed: germ: 126. (*Chili*). Perenn: Flores aurantiaci mediocres; pedunculi non semper 2-fidi sed quandoque sub-corymbosi, uti ex specim: missis a Bertero e *Chili*.

❋ 19. *L. maritimum* = L. sp: 400. = Spr: syst: I. 965. = Lob: ic: t. 412. f. 2. Ic: taur: vol. 3. t. 2. et vol. 16. t. 8. (*Eur*: austr: *Pedem*: in humidis et stagnantibus agri *Nicæensis* et præcipue secus flumen *le Var* All: n. 1692.). Perenn: Flores luteoli mediocres.

β *Fruticosa*.

❋ 20. *L. arboreum* = L. sp: 400. = Spr: syst: I. 965. = Sibth: fl: græc: t. 305. (*Creta*. *Pedem*: in agro

*Nicæensi* inter *l'Escarène* et *Drap* pro var: *β campanulato* ALL: n. 1690. sub *L. campanulato*). Caulis basi lignosus; flores magni lutei; var: *β* indigena differt a planta *cretensi* sepalis potius *lineari-lanceolatis* quam *ovato-lanceolatis*.

❄ 21. *L. flavum* = L. sp: 399. = Spr: syst: I. 965. = Jacq: fl: austr: t. 214. (*Eur*: austr:, *Tauria*. *Pedem*: in collibus maritimis *Nicæensibus* ALL: n. 1691.). Basi suffrutic: Flores ut in priori, sed petala croceo-lineata et basi unguibus connata. Cl: DC. Prodr: I. 425. speciem hanc considerat tamquam solam var: *L. arborei* quod refert sub *L. glanduloso* MOENCH: cum aliis varr: inter quas *L. tauricum* W. Cons: tamen R. et S. syst: VI. p. 750. et seq:

22. *L. trigynum* = Roxb: asiat: rec: 6. p. 357. (*Ind*: orient:). Fruticulosum. Flores flavi amplissimi solitarii axillares et terminales. Cult: in H. Ripul: ubi in F. floret Febr: - Aprili. = 23. *L. africanum* = L. mant: 360. (*Afr*: austr:). Basi fruticosum. Flores luteoli mediocres.

## *Lina dubia.*

24. *L. fasciculatum* = Mart: sec: Steud:; omissum a DC. et Spr: Specim: meum ex hb: BIROLI præsefert caulem erectum glabrum, folia alterna approximata lineari-lanceolata acuta, pedunculos terminales trichotomos sub-unifloros, sepala ovato-lanceolata acuta, petala (ex sicco alba) calyce parum longiora.

II. Radiola Gmel: syst: I. p. 289. = *Lini* spec: L.

» *Cal*: 4-partitus laciniis inciso-dentatis. *Cor*: 4-» petala. *Stam*: 4. *Styl*: 4. *Caps*: 8-locularis 8-valvis » 8-sperma. »

*Obs*: Genus constans unica specie e *Lino* dirempta ob proportionem partium floralium quaternariam et sepala ad medium fere coalita.

* 1. *R. Millegrana* = Sm: Brit: I. p. 202. = Spr: syst: I. 498. = Sm: Engl: bot: t. 895. *R. linoides* DC. Prodr: I. 428. ex Gmel: (*Eur: Pedem*: *Eporedia* ad lacum, in sylvis castanearum provinc: *Aquensis* All: n. 1694. sub *Lino Radiola*. Secus *Sturam* in locis declivibus humidis Re fl: torin: I. p. 187. In *Sardin*: sabulosis humidis Moris st: sard: I. p. 9. sub *R. linoidea.*). Ann: Flores minimi albi.

Obs: geographica circa *Lineas*.

*Lineæ* ex DC. sistunt numero . . . . 55

*Lineæ* pedemontanæ.

| | |
|---|---|
| *Linum* . . . . . . . . | 12 |
| *Radiola* . . . . . . . . | 1 |
| | 13 |

Et sic fere quartam partem constituunt.

## Ordo XXIV.

### MALVACEÆ

(Juss: gen: 271. excl: sess: V. et poster: = DC. Prodr: I. 429. = J. S. Hill: t. II. p. 59. t. 82.).

*Char: essentialis.*

» *Cal:* 1-sepalus 5-rarissime 3-4-partitus æstivatione » valvata, sæpe bracteis seu calyce anteriore instru- » ctus. *Pet:* tot quot calycis divisiones vel multipli- » cia libera, vel basi coalita. *Stam:* indefinite mo- » nadelpha. *Ovarium* carpellis plurimis fere semper » coalitis. *Styl:* tot quot carpella distincti vel in unum » coaliti. *Carpella* 1-2-polysperma sub-libera vel in » capsulam multilocularem aut in baccam anomalam » connata. *Sem:* albuminosa. *Embr:* rectus. *Cotyl:* » contortuplicatæ. »

*Obs:* Ordo naturalissimus sistens plantas fere omnes monadelphas polyandras habitum proprium referentes ac inter *Lineas* et *Bombaceas* fructificatione inspecta medium reapse tenens, sed facie *Bombaceis* magis affinis, tum etiam albuminis præsentia quam negabat DC. quæque recognita fuit ab A. S. Hill: (Cons: Bull: univ: 1824. majo p. 76.). Herbæ, frutices aut arbores foliis alternis stipulatis, pedunculis sæpius axillaribus 1-aut multi-floris, in 2. sectiones divisæ, calycibus scilicet *involucratis*, et *nudis.*

## Sect: I.

### Calyx duplex seu involucro cinctus.

I. Malope Lin: gen: n: 843. = Lam: ill: t. 583.

» *Cal*: 5-partitus involucro 3-phyllo. *Pet*: 5. *Styli* » coaliti stigmatibus distinctis. *Carpella* plurima 1-» sperma in capitulum aggregata. »

*Obs*: Genus constans speciebus 4 herbaceis, floribus purpurascentibus aut albidis.

1. *M. multiflora* = Trig: in Cav: diss: II. p. 85. (*Hispan*: austr: ). Ann: Flores ex sicco albi, parvi; folia in specim: meis non *crenata* tantum sed *sinuata*. = 2. *M. malacoides* = L. sp: 974. (*Eur*: austr:, *Afr*: bor: ). Ann: Flores magni purpurascentes. = 3. *M. trifida* = Cav: diss: II. p. 85. (*Hispan*: austr:, *Afr*: bor: ). Ann: Flores paullo minores quam in priori, purpurascentes.

II. Malva Lin: gen: n. 841. = Lam: ill: t. 582.

» *Involucr*: raro 5-6-phyllum. *Carpella* capsularia » vel rarius plejosperma in orbem disposita. Cetera » ut in *Malope*. »

*Obs*: Genus vix distinctum a priori, constans stirpibus 82 ex DC., 67 ex Spr: herbaceis vel fruticosis, foliis indivisis angulatis lobatisve vel partitis, ex quibus in plures sectiones commode etsi artificialiter dividi solet. Cons: tamen A. S. Hill: flor: Bras: in Bull: univ: 1828. Jan: p. 73.

† Foliis indivisis.

*α Fruticosæ.*

1. *M. angustifolia* = Cav: diss: II. p. 64. (*Mexico*). Flores mediocres violacei; carpella 1-valvia 2-sperma. = 2. *M. cyrrosa* = Ort: dec: 8. p. 95. (*Cuba*). Flores mediocres ex sicco superne luteoli, inferne violacei. = 3. *M. spicata* = L. sp: 967. (*Ind.* occid:). Flores parvi ex sicco rubescentes; var: foliis ovatis vel sub-cordatis. = 4. *M. polystachya* = Cav. diss: V. (*Peruvia*). Flores parvi flavi spicati fere ut in sequenti. = 5. *M. scoparia* = L' Herit: stirp: t. 27. non Jacq: (*Peruvia*). Flores parvi, pedunculi in specim: meo ex H. B. T. *solitarii* non *conferti* uti in diagn: DC. Prodr: I. 430. = 6. *M. scabra* = Cav: diss: V. t. 138. f. 1. *M. scoparia* Jacq: (Cum priori). Flores mediocres flavi; pedunculi in specim: meo ex hb: Biroli non *axillares* tantum sed etiam *terminales*.

*β Herbaceæ.*

7. *M. americana* = L. sp: 968. non Cav: (*Ind*: occid:). Ann: Flores minimi capitato-spicati confertissimi. = 8. *M. tricuspidata* = Ait: h. Kew: ed: 2. vol: 4. p. 210. *M. americana* Cav: (*Ind*: occid:). Bienn: Flores parvi flavescentes. = 9. *M. gangatica* = L. sp: 697. (*Ind*: orient:). Ann: Flores ut in priori, a qua differt tantum carpellis *muticis* non *3-cuspidatis* = 10. *M. Sherardiana* = L. sp: 1675. (*Palestin*:, *Asia* min:). Perenn: Flores parvi rubri.

= 11. *M. mareotica* = Spr: syst: III. 88. ex Delil: ined: (*Ægypto*). Ann: Flores parvi rubri non tantum *terminales* in specim: meis ex plantis cultis in H. Ripul: , verum etiam *axillares*.

†† Foliis angulatis lobatis.

*α Fruticosæ.*

12. *M. umbellata* = Cav: ic: I. p. 64. (*Mexico*). Flores magni elegantissimi igneo - violacei ; carpella 1-valvia 2-sperma. Cult: in H. Ripul: = 13. *M. abutiloides* = L. sp: 971. (*Floridâ*, ins: *Bahamensib:*). Flores mediocres violacei; carpella 1-valvia 2-sperma. = 14. *M. miniata* = Cav: ic: III. p. 40. (Patria?). Pedunculi 1-5-flori axillares et terminales; flores mediocres læte miniati. Cult: in H. Ripul: = 15. *M. lactea* = Ait: h. Kew: II. p. 448. *M. vitifolia* Cav: (*Mexico*). Flores parvi glomerato-spicati axillares et terminales albi. Cult: in H. Ripul: = 16. *M. asperrima* = Jacq: h. Schoembr: II. p. 7. (*C. B. S.*). Flores mediocres ex sicco rosei. = 17. *M. grossulariæfolia* = Cav: diss: II. p. 71. *M. stricta* Jacq: (*C. B. S.*). Flores mediocres rubicundi. Variat foliis subtrilobis vel sinuato - lobatis ; prima pertinet ad *M. strictam* Jacq: a DC. distinctam ; differentia desumpta ex pedunculis fallax, in utraque enim sunt 1 - vel 2-3-flori. = 18. *M. fragrans* = Jacq: h. vindeb: 3. t. 35. (*C. B. S.*). Flores ut in priori cui valde affinis ; specim: mea referunt etiam pedunculos terminales sub-spicatos. = 19. *M. capensis* = Cav: diss: II. p. 71. (*C. B. S.*). A *M. grossulariæfolia* n. 17.

vix differt. = 20. *M. balsamica* = Jacq: misc: II. p. 321. (*C. B. S.*). Hæc etiam non videtur differre nisi floribus paullo majoribus ac foliorum lobis productioribus. Recte observabat W. *M. grossulariæfoliam*, *fragrantem*, *capensem* et *balsamicam* ab eadem planta forsan ortas esse (W. sp: III. 782.).

### β *Herbaceæ.*

❋ 21. *M. sylvestris* = L. sp: 969. = Spr: syst: III. 89. = Cav: diss: II. t. 26. f. 2. (*Eur*: *Pedem*: ad hortorum sepes et loca ruderata ubique ALL: n. 1417. RE fl: segus: p. 58. et fl: torin: p. 387. BIROLI fl: acon: II. p. 22. In *Sardin*: secus vias MORIS st: sard: I. p. 9.). Bienn: Flores cærulei mediocres: huc forsan referenda *M. glabra* LAM: (Dict: III. 720. n. 40.) a DC. et SPR: omissa quam possideo ex hb: BIROLI; herba accedit magis ad *M. sylvestrem*, floribus ad *rotundifoliam* n. 26.

22. *M. verticillata* = L. sp: 970. (*China*). Perenn: Flores parvi sub-sessiles. Huc pertinet sec: SPR: *M. flexuosa* HORNM a DC. distincta; specim: mea e BALBISIO de hac planta ab ipso notantur tamquam synonyma *M. parvifloræ*. Revera inter illas et sequentem vix differentiæ adparent statura et directione caulis, ac carpellorum majori vel minori hirsutie.

❋ 23. *M. parviflora* = L. am: III. p. 416. non Huds: = Spr: syst: III. 90. = Cav: diss: II. t. 26. f. 1. (*Afr*: bor:, *Gallia* austr: In comitatu *Nicæensi* ALL: n. 1415. In *Sardin*: pascuis et ad vias MORIS st: sard: I. p. 9.). Perenn:

24. *M. brasiliensis* = Desr: in dict: enc: III. p. 344.

(*Brasil:*). Ann: ? Flores minimi; media videtur inter priorem et *M. nicæensem.*

✱ 25. *M. nicæensis* = All: pedem: n. 1416. c. descript: = Spr: syst: III. 90. = Cav: diss: II. t. 25. f. 1. (*Ital:* super:, *Bœtia.* Primus reperit cl: Bellardi in agro *Nicæensi* prope portum *di Limpia* All: l. c. In *Sardin*: secus vias *Cagliari*, *Oristano* Moris st: sard: I. p. 9.). Ann: Flores parvi dilute rubri.

✱ 26. *M. rotundifolia* = L. sp: 969. = Spr: syst: III. 90. = Cav: diss: II. t. 26. f. 3. Ic: taur: vol. 5. t. 102. 107. Vern: *Riondela* (*Eur:*, *Amer:* bor: *Pedem:* nil ad semitas frequentius All: n. 1414. Re fl: segus: p. 58. et fl: torin: I. p. 356. Biroli fl: acon: II. p. 21. In *Sardin*: secus vias et in campis Moris st: sard: I. p. 9.). Ann:, perenn: Flores mediocres violacei vel albidi.

27. *M. crispa* = L. sp: 970. (*Macedon:*, *German:*, *Boruss:*). Ann: Flores parvi violacei. Culta in H. Ripul: ob habitum et foliorum magnitudinem fere ut in viti vinifera sed eleganter undulato-crisporum. = 28. *M. peruviana* = L. sp: 968. (*Peruvia*). Ann: Flores minimi purpurei. = 29. *M. limensis* = L. sp: 968. (*Peruvia*). Ann: Priori valde affinis, sed differt pedunculis *longissimis*, floribus *cæruleis*, carpellis *lævibus*.

✱ 30. *M. Morenii* = Pollin: veron: 1816. = Spr: syst: III. 91. = Ic: ? (Agro *Veron*: *Pedem*: prope *Caselette* et etiam inter *Venariam* et ædem *S. Pancratii* Re fl: torin: I. p. 358. In pascuis aridis secus viam quæ a *Roburento* ducit ad oppidum *Montaldi* in provincia *Monregalensi* invenit Victorius Promis sec: Re

app: I. p. 28.). Perenn: Vix differt a *M. Alcæa* n. 32. foliis profundius partitis; hinc a DC. Prodr: I. 432. et Re l. c. tamquam sola ejus varietas consideratur.

††† Foliis partitis.

*α Fruticosæ.*

31. *M. virgata* = Cav: diss: II. p. 70. (*C. B. S.*). Flores mediocres purpurei. Culta in H. Ripul: ubi variat foliis plus minusve incisis, pedicellis solitariis vel binis; forsan ab hac ortæ plures aliæ species capenses? Conf: n. 20.

*β Herbaceæ.*

❋ 32. *M. Alcæa* = L. sp: 971. = Spr: syst: III. 91. = Cav: diss: II. t. 17. f. 2. Ic: taur: vol. 5. t. 68. (*Eur: Pedem:* ad fossas et semitas viarum et dumeta frequens All: n. 1418. Re fl: segus: p. 58. et fl: torin: p. 357. In provincia *Novariensi* secus aquæductus vulgaris Biroli fl: acon: II. p. 22. *Sardin:* ad sepes in montanis *Desulo* Moris st: sard: I. p. 9.). Perenn: Flores magni purpurascentes.

❋ 33. *M. moschata* = L. sp: 971. = Spr: syst: III. 91. n. 59. et 92. n. 60. pro var: *laciniata.* = Cav: diss: II. t. 18. f. 1. Bot: mag: t. 2298. pro var: *laciniata* sub *M. moschata undulata.* Ic: taur: vol. 16. t. 106. (*Eur: Pedem:* in apricis sylvis *Garexii;* in montibus *Nicæensibus*, circa thermas *Vinadii*, in *Sabaudia* circa *S. Ugo* All: n. 1419.). Perenn: Flores mediocres purpurascentes vel albi; va-

riat foliis inferioribus lobatis tantum vel 5 - partitis ut superiora. *M. laciniata* Desrous: a Spr: distincta.

34. *M. ægyptia* = L. sp: 971. (*Ægypto*, *Mauritan:*, *Hispan:*). Ann: Flores minimi albidi. = 35. *M. althæoides* = Cav: diss: II. p. 30. (*Hispan:*, *Sicilia. Sardin:* ad dumeta circa rupes maritimas *Bari* Moris st: sard: I. p. 9.). Ann: Flores parvi purpurascentes. = 36. *M. caroliniana* = L. sp: 969. (*Carolina*, *Amer: austr:*). Ann: Flores parvi; carpella 2-valvia 2-sperma. Huc pertinent sec: Spr: *M. decumbens* W. et *eriocarpa* DC.; hanc non vidi: primam possideo ex hb: Biroli, *carolinianam* autem ex Balbisio, et nullas inter ipsas differentias agnosco.

## *Malvæ dubiæ.*

37. *M. veneta?* E seminibus cl: Birolio communicatis a DC., videtur *M. Alceæ* var:; an eadem ac *M. italica* Poll: a Spr: enumerata sub *M. Alcæa* et a DC. distincta (Prodr: I. 436.), vel *M. Morenii* n. 30.? primam non possideo; ab altera vix differt foliorum lobis brevioribus.

38. *M. pulchella?* Culta in H. Ripul: e seminibus missis a cl: Balbisio sic definiri potest: « Herbacea, caule » erectiusculo simplici, pedunculis brevissimis aggre- » gatis sub-corymbosis petiolisque longissimis glabris, » foliis cordato-orbiculatis 5-7-lobis lobis rotunda- » tis dentatis. » Nob: Accedit ad *M. sylvestrem* n. 21. sed differt petiolis *brevioribus* pedunculisque *glabris*, foliis basi *cordatis*, lobis *rotundatis* nec *acutiusculis*. Patria?

39. *M. ononidifolia* = Mart: hb: Missa sub hoc nomine a cl: MARTIO et in *Brasilia* lecta, optimam novam speciem constituere videtur, quam ita definio: » Fruticulosa, caule tortuoso ramisque diffusis de- » pendentibus glabris, foliis sub-fasciculatis ovato- » lanceolatis serrulatis pube stellata adspersis, pedun- » culis terminalibus sub-corymbosis (flores minimi). » NOB: Pertinet ad I. sectionem, sed habitus ab omnibus longe diversus. Carpella desunt in specim:

40. *M. aspera.* = Missa cum priori a cl: MARTIO, pertinet ad eandem sectionem, et definienda ut sequitur: » Fruticulosa, caule erecto simpliciusculo lævi, foliis » cordatis cuspidatis dentatis utrinque hirsutiusculis » subtus pallidioribus et punctis albidis exasperatis, » pedunculis 1-2. brevissimis calycibusque villosis » (flores minimi). » NOB: Crescit in *Brasilia* ad cap: *Frio*.

41. *M. glomerata* = W. et K: sec: Steud: non Hortul: Culta in H. Ripul: e seminibus missis a BALBISIO, omissa a DC. et SPR: *M. glomerata* Hortul: pertinet ad *verticillatam* sec: DC. Prodr: I. 433., a qua nostra toto cœlo differt; phrasis hæc erit: « Her- » bacea, caule erecto simpliciusculo canaliculato gla- » bro, foliis oblongis basi dilatatis inæqualiter 3-5- » lobis lobis ovatis dentatis nervis petiolisque vil- » losiusculis, floribus sessilibus pedunculatisve glo- » meratis calycibus ciliatis petalis duplo brevioribus » (flores parvi violacei). » NOB:

III. Kitaibelia W. act: soc: n: scrut: ber: II. p. 107. t. 4. f. 4.

» *Involucr:* 6-9-fidum. *Carpella* capsularia 1-sper-
» ma in capitulum 5-lobum congesta. Cetera ut in
» præcedentibus. »

*Obs*: Genus ex unica sequenti specie.

1. *K. vitifolia* = W. l. c. (*Syrmia*, *Illyria*). Perenn:

IV. Althæa Lin: gen: n. 839. 840. = Lam: ill: t. 581.

» *Involucr*: 5-9-fidum. *Carpella* capsularia 1-sper-
» ma in orbem disposita margine membranacea vel
» nuda. Cetera ut in præcedentibus. »

*Obs*: Genus constans 20. circiter stirpibus inclusa *Alcea* L. merito a Cav: huc relata, divisum in 3. sectiones ex numero laciniarum involucri, et carpellorum margine; herbæ vel raro suffrutices.

† Carpella margine membranaceo destituta
(*Althæa* DC.)

❀ 1. *A. officinalis* = L. sp: 966. = Spr: syst: III. 107. = Cav: diss: II. p. 93. t. 30. f. 2. Ic: taur: vol. 5. t. 70. Vern: *Altea*, *Avisch* (*Eur*: præsertim maritimis. *Pedem*: in pratis sub-humidis et ad fossas non rara, in comitatu *Astensi* et *Montisferrati* frequentior All: n. 1426. Circa *Venariam* invenitur quoque var: *β taurinensis* Re fl: torin: I. p. 354. In valle *Ticini* abundat, nec rara in valle *d'Arbogna* et secus aquæductus Biroli fl: acon: II. p. 21. In *Sardin*: humidis palustribusque Moris st: sard: I. p. 9.).

Perenn: Flores mediocres albo-rosei. Huc pertinet *A. taurinensis* DC. Prodr: I. 436. quæ vix differt pedunculis longioribus.

2. *A. narbonensis* = Pourr: in Cav: diss: II. p. 94. (*Gallia* austr:, *Hispan*:). Perenn: Priori affinis, a qua differt præsertim pedunculis elongatis sub-racemosis, petalis brevioribus.

* 3. *A. Bertolæ*? « Foliis molliter sub-pubescen-
» tibus cordatis indivisis vel obsolete 3-5-lobis inæ-
» qualiter dentatis, pedunculis axillaribus solitariis
» 1-floris petiolum brevem sub-æquantibus (floribus
» violaceis). » Nob:

*Obs*: Inventa a cl: M. D. Bertola oppido *Giavoletto* in area casealis D. Baudino septembr: 1832. et nobis humaniter communicata, media videtur inter *A. officinalem* L. et *narbonensem* Pourr: ; priori tamen, cujus forsan var:, magis accedit foliis cordatis ac vix lobatis, pedunculis folio multo brevioribus, nec non proprietatibus ab incolis ei tributis, ceu nobis asseruit memoratus cl: Vir. At ab utraque differt foliis latioribus sæpius indivisis supra viridibus inferne tantum pallidioribus sub-pubescentibus nec tomentosis, et præsertim pedunculis constanter solitariis 1-floris ac petalorum colore; quibus notis magis recedit a memoratis stirpibus quam ab *A. taurinensi* a cl: DC. admissa. Si speciem distinctam constituit, merito sollertissimo inventori dicendam duco.

* 4. *A. cannabina* = L. sp: 966. = Spr: syst: III. 108. = Cav: diss: II. t. 30. f. 1. Ic: taur: vol. 5. t. 69. (*Eur*: med: In agro *Pedemontano* passim oritur ad fossas, sepes et dumeta All: n. 1427. In collib:

*Taurinens*: circa castrum *Cabureti* et *alle Tavernette* reperit Balbisius sec: Re fl: torin: I. p. 355. *Sardin*: ad sepes collinas circa *Cagliari* Moris st: sard: II. p. 2.). Perenn: Flores mediocres, pedunculi elongati inferiores solitarii superiores sub-racemosi.

❉ 5. *A. hirsuta* = L. sp: 965. = Spr: syst: III. 108. = Cav: diss: II. t. 29. f. 1. Ic: taur: vol. 24. t. 16. (*Eur*: austr: *Pedem*: rara in collibus apricis *Taurinensibus* et *Astensibus*; in aridis *Montisferrati* et Provinciæ *Dertonensis* frequentior; ad rupes et colles Comitatus *Nicæensis* All: n. 1428. Prope *Supergam* secus agros Re fl: torin: I. p. 355. In Provincia *Albensi* Berterus. In *Sardin*: ad sepes frequens Moris st: sard: I. p. 9.). Ann: Pedunculi solitarii; flores mediocres albo-rosei.

6. *A. Ludwigii* = L. mant: 98. (*Sicilia*, *Ægypto*. *Sardin*: in pascuis *Cagliari* Moris st: sard: I. p. 9.). Ann: Pedunculi brevissimi solitarii vel congesti; flores parvi.

++ Carpella margine membranaceo
(*Alcea* DC.)

7. *A. pallida* = Waldst: et Kit: in W. sp: III. p. 773. (*Hungar*:). Bienn: Pedunculi abbreviati axillares demum spicati; flores ampli; petala purpurea 2-loba.

❉ 8. *A. rosea* = Cav: diss: II. p. 91. = Spr: syst: III. 108. = Cav. l. c. t. 29. f. 1. Ic: taur: vol. 14. t. 8. et vol. 5. t. 102. 103. 105. Vern: *Rosa tramà* (*Orient*: In Comit: *Nicæensi* All: n. 1420. sub *Alcea*). Bienn:; perenn: Vix a priori diversa foliis magis sectis et petalis sub-

integris, quæ notæ valde variant cultura; variat quoque multimode colore et plenitudine florum: ubique ad ornamentum culta. Huc pertinet forsan *A. grandiflora* Raensch a Steud: enumerata et a Spr: omissa; an var: *β biloba* DC. Prodr: I. 437.? Specim: meum quadrat in flore, sed folia vix *subrotundo-cordata* ut in *A. pallida*, nec *secta* ut in *rosea*.

9. *A. chinensis* = Cav: diss: II. p. 92. t. 29. f. 3. (*China*). Ann: Hæc etiam parum differt a priori foliis vix lobatis et radice annua; specim: mea referunt tamen calyces et involucra *obtusa* non *acuta* uti in *A. pallida* et *rosea*. = 10. *A. ficifolia* = Cav: diss: II. p. 92. (*Podolia*, *Græcia*, *Sibir*:). Bienn: vel perenn: Flores ampli; petala emarginata rosea ad unguem purpurea.

V. Lavatera Lin: gen: n. 842. = Lam: ill: t. 582.

» *Involucr*: 1-phyllum 3-raro 6-lobum. *Carpella* » capsularia 1-sperma in orbem disposita. Cetera ut » in præcedentibus. »

*Obs*: Genus vix ab *Althæa* distinctum involucri laciniis, constans 26. stirpibus e DC., 20. ex Spr:, a primo divisum in 4. sectiones artificiales e forma receptaculi fructus. Frutices vel herbæ.

† *Fruticosæ*.

❀ 1. *L. arborea* = L. sp: 972. = Spr: syst: III. 92. = Cav: diss: II. t. 139. f. 2. (*Angl*:, *Ital*:, *Hispan*:, *Afr*: bor: Reperitur ad rupes littoris *Nicæensis* All: n. 1421. In *Sardin*: maritimis insulæ *S. Petri*, *Pula*, *Bosa* Moris st: sard: I. p. 9.). Bienn: frutic:

Flores ampli albi; culta in H. Ripul: ubi in Frigid: perennat.

2. *L. acerifolia* = Cav: el: h. Madr: p. 20. (Ins: *Canariis*). Flores ampli pallide lilacini. Culta in H. B. T., ex quo specim: mea.

❋ 3. *L. maritima* = Gouan: ill: p. 46. = Spr: syst: III. 93. = Cav: diss: II. t. 32. f. 3. Ic: taur: vol. 16. t. 19. (*Gall*: austr:, *Hispan*: Ad rupes littoris agri *Nicæensis* abunde All: n. 1425. *Sardin*: ad rupes *Castello di Medusa*, *Bosa* Moris st: sard: I. p. 9.). Flores mediocres albidi: culta in H. Ripul:

❋ 4. *L. triloba* = L. sp: 972. = Spr: syst: III. 93. = Cav: diss: II. t. 31. f. 1. (*Hispan*: *Sardin*: ad sepes in pascuis maritimis ins: *S. Pietro* Moris st: sard: III. p. 5. In rupibus maritimis *Nicææ* reperit Bellard: sec: Re reliq: Bellard: p. 4.). Flores magni pallide purpurascentes. An huc pertineat *L. moschata* Morisii valde dubito ceu dubitavit idem cl: Auctor l. c.

❋ 5. *L. Olbia* = L. sp: 972. non Steph: = Spr: syst: III. 93. = Lob: ic: t. 653. f. 2. optima. Cav: diss: II. p. 86. t. 32. f. 2.? (*Hieres* in *Gallo-Prov*: In agro *Nicæensi* All: n. 1422. In *Sardin*: ad sepes frequens Moris st: sard: I. p. 9.). Flores mediocres purpurei sessiles solitarii demum (ex cultura?) spicati. Culta in H. Ripul:

6. *L. unguiculata* = Desf: arbr: I. p. 471. (Ins: *Samo*). A priori non differt nisi floribus brevi *pedunculatis* non prorsus *sessilibus*; an ejusdem varietas?
= 7. *L. undulata* = Desf: arbr: I. p. 471. (Patria?). Flores magni, petala purpurascentia lamina profunde 2-loba. = 8. *L. hispida* = Desf: atl: II. p. 118.

(*Hispan*:, *Afr*: bor:). Flores magni, petala purpurascentia, lamina vix emarginata. = 9. *L. micans* = L. sp: 972. (*Hispan*:). Flores magni purpurei. Huc pertinet sec: Spr: *L. lusitanica* L. sp: 973. quam distinguit cl: DC. Prodr: I. 439., ubi tamen observat omnes quæ sub nomine *L. lusitanicæ* occurrunt in hortis a descriptione Linnæana valde recedere; at ex hac differentiæ specificæ vix patent, qua forsan ratione cl: Spr: *L. micantem* et *lusitanicam* conjungere existimavit. Quæstionem dirimere non audeo; observo tamen in specim: meis hasce plantas valde differre foliis; in *micante* sunt 5-7-*angularia* lobis *vix productis*, in *lusitanica* evidenter 3-*loba* lobis *valde productis* sagittatis medio 3-4-longiore. = 10. *L. plebeja* = Sims bot: mag: t. 2269. Colla H. Ripul: app: II. p. 396. c. descript: et ic: t. 14. (*Nov: Holland*:). Suffrut: vel perenn: *L. australis* Schrad:; *Althæa plebeja* Schult: sec: Colla l. c.; *L. Weinmanniana* Bess: sec: Spr: l. c.? Vide tamen infra n. 17. Culta in H. Ripul:

†† *Herbaceæ.*

❋ 11. *L. thuringiana* = L. sp: 973. = Spr: syst: III. 93. = Jacq: fl: austr: t. 311. Ic: taur: vol. 21. t. 87. (*Eur*: med: et *Oriente*. In Comitatu *Nicæensi* All: n. 1423.). Bienn:, perenn:

❋ 12. *L. punctata* = All: auct: n. 1424. c. descript: = Spr: syst: III. 94. = Ic:? (*Ital*:, *Gallo-Provinc*: In agro *Nicæensi* frequens All: l. c.). Ann: Flores magni; petala dilute purpurea saturatius lineata fere triangularia.

13. *L. sylvestris* = Brot: fl: lusit: II. p. 277. non Tenor: (*Lusitan*:, *Neap*:, *Sicil*: *Sardin*: ad vias et ad sepes Moris st: sard: I. p. 9.). Ann: Flores mediocres, petala purpurascentia. Huc refert cl: Spr: *L. neapolitanam* Tenor: quam DC. Prodr: I. 437. distinguit. Conf: etiam Gusson: pl: rar: p. 288. = 14. *L. ambigua* = DC. Prodr: I. 440. (Agro *Neapolitano*). Perenn: A *L. trimestri* L. cum qua conjuncta a Spr: syst: III. 94. valde differt radice *perenni*, foliis evidenter 3-5-lobis *ovato-oblongis* nec *sub-rotundis*, lobis valde *productis*, pedicellis folio *brevioribus*, floribus *minoribus*, herbæ superficie *puberula* nec *glabriuscula*, uti constat tam ex descript: Gussonei pl: rar: p. 286., quam ex specim: meis a cl: Tenoreo communicatis sub nomine *L. sylvestris* Cyr: = 15. *L. cretica* = L. sp: 973. (*Creta*, *Sicilia*). Ann: Flores mediocres; petala purpurascentia lineata ad unguem atrata.

* 16. *L. trimestris* = L. sp: 974. = Spr: syst: III. 94. excl: synon: = Cav: diss: II. p. 90. t. 31. f. 1. Ic: taur: vol. 14. t. 67. et vol. 17. t. 87. (*Gallia* austr:, *Syria*, *Hispan*: Comit: *Nicæensi* in olivetis *Villafrancæ* All: n. 1424. *Sardin*: ad margines agrorum *Iglesias*, *Morgongiori* Moris st: sard: I. p. 9.). Ann: Flores ampli, petala alba vel rosea sub-integra; ubique in hortis culta ad ornamentum.

*Lavateræ dubiæ.*

17. *L. Weinmanniana* = Bess: sec: Spr: syst: III. 94. sub *L. plebeja*. Plurima sub hoc nomine possideo specim: ex hb: Biroli ab h. Erf: provenientia, quæ

valde recedunt a *L. plebeja* n. 10. habitu, foliis, inflorescentia; nec ad *L. sylvestrem* pertinere videntur, sub qua cl: DC. Prodr: I. 23. enumerat *L. Weinmannianam* Trev: cum dubitationis signo; an hæc eadem sic ac *Weinmanniana* Bess: ignoro, nam DC. hunc Auctorem non citat neque sub *L. plebeja*; interim plantæ nostræ diagnosis hæc erit: « *L.* caule » herbaceo humili simplici glabro, foliis longe petio- » latis cordato-orbiculatis glabris 5-7-lobis lobis » sub-æqualibus rotundatis dentatis, floribus axilla- » ribus sub-sessilibus solitariis glomeratisve calycibus » ovatis acutis margine sub-ciliatis petatis paullo bre- » vioribus (petala cærulescentia). » Nob: Hab:?...

VI. Malachra Lin: gen: n. 1131. = Lam: ill: t. 580.

» *Involucr*: duplex; universale 3-5-phyllum florum » capitula cingens; partiale 8-12-phyllum foliolis li- » nearibus. *Stigmata* 10. *Carpella* capsularia 5. 1- » sperma in orbem disposita. Cetera ut in præce- » dentibus. »

*Obs*: Genus distinctissimum ob duplicis involucri præsentiam, constans 14. stirpibus ex DC., 12. ex Spr: fere omnibus herbaceis *Ind*: occident: colentibus.

1. *M. fasciata* = Jacq: ic: rar: III. t. 548. (*Caracas*). Ann: Flores mediocres rosei. = 2. *M. capitata* = L. syst: 518. (*Caribæis*). Ann: Flores parvi lutei. = 3. *M. alceæfolia* = Jacq: ic: rar: III. t. 549. (*Caracas*, *Brasilia*). Ann: Flores parvi flavi.

VII. Urena Lin: gen: n. 844. = Lam: ill: t. 583.

» *Involucr*: 5-fidum. *Antheræ* in apice tubi. *Car-*

» *pella* capsularia 5. 1-sperma conniventia echinata.
» Cetera ut in præcedentibus. »

*Obs*: Genus constans stirpibus 21. ex DC., 18. ex Spr: omnibus exoticis folia sæpius in nervis sublus glandulosa gerentibus.

1. *U. lobata* = L. sp: 974. (*China*). Ann: Folia interdum sub-integra. = 2. *U. viminea* = Cav: diss: VI. p. 335. (*Brasilia*, *Portorico*). Frutesc: = 3. *U. sinuata* = L. sp: 974. non Swartz (*India* orient: ). Frutesc: Folia in specim: meis ex H. B. T. inferiora 3-loba, superiora 5-loba. = 4. *U. Sieberi* = Colla H. Ripul: p. 142. t. 39. (Ins: *Mascaren*:). Frutesc:

VIII. Pavonia Cav: diss: III. p. 132. = Lam: ill: t. 585. (*Hibisci* et *Urenæ* sp: Lin:)

» *Involucr*: 5-15-phyllum. *Stigmata* 10. *Carpella*
» capsularia 5. 1-sperma 2-valvia inermia vel rarius
» echinata. Cetera ut in præcedentibus. »

*Obs*: Genus constans stirpibus 24. ex DC., 37. ex Spr: fere omnibus ab *Hibisco* L. ademptis vel novis, a quo differt præsertim numero stigmatum et forma fructus: frutices vel rarius herbæ asiaticæ, africanæ vel americanæ excepta tantum *P. veneta*, facile dividendæ in 2. sectiones ex carpellorum superficie.

† Carpella echinata (*Typhalea* DC.)

1. *P. spinifex* = W. sp: III. 834. (*Amer*: calidior:). Arbor, frutex. Petala in var: *α ovalifolia* magna sc: calyce 3-4-longiora, in var: *β aristata* vix calycem æquantia; planta etiam ex specim: meis statura mi-

nori vix frutescens folia refert basi rotundata nec cordata.

†† Carpella inermia.

α *Involucr: calyce brevius* (*Malacha* DC. ex Trew:)

2. *P. præmorsa* = W. sp: III. 833. (*C. B. S.*). Frutex. Flores mediocres pulchri rubescentes exsiccatione virides evadunt. Cult: in H. Ripul: = 3. *P. Columella* = Cav: diss: III. p. 138. t. 48. f. 3. (Ins: *Mascar*:). Suffrutex in specim: meis ex Balb: pilosiusculus nec foliis *glabriusculis* uti in diagn: Spr:; pedunculi sæpius petiolos subæquant vel etiam superant, nec sunt multo *breviores* uti in phrasi DC. Prodr: I. 443. Flores mediocres ex albo flavescentes. = 4. *P. veneta* = Spr: syst: III. 98. ex Zannich: venet: 155. t. 91. (In paludosis ad oram maris *Adriatici*). Perenn: Planta elegans: petala amplissima dilute rubra; habitu potius ad *Hibiscum* quam ad *Pavoniam* accedit; stigmata 5. tantum, sed carpella 5-divisa; ludit igitur inter utrumque genus. = 5. *P. racemosa* = Sw: fl: ind: occ: II. p. 1215. (In paludosis *Jamaicæ* et *Guadal*:). Frutex. Involucri foliola potius *linearia* quam *lanceolata* in optimo specim: meo ex Bertero: flores parvi ex albo lutei.

β *Involucr: calyce longius* (*Cacellaria* DC.)

6. *P. zeylanica* = W. sp: III. 838. excl: synon: Seb: sec: DC. (*Ind:* orient:). Ann: Pedicelli in specim: meis foliis partitis longiores; hinc pertinent ad var: β *Cavallinesii* (DC. Prodr: I. 444.); involucrum

setaceum ciliatum calycem longe superat et corollam subæquat; petala incarnata parva.

*Pavoniæ dubiæ vel novæ.*

7. *P. pilosa* = W. en: suppl: Specim: ex hb: Biroli s. fl: Stirpem non invenio apud DC. et Spr: ; tota planta valde pilosa setis simplicibus; folia 5-fida laciniis ovato-lanceolatis inæqualiter sinuatis dentatisve media longiore superne glabriuscula rubro-marginata; petioli discum subæquant.

8. *P. Martii.* « Foliis sub-cordatis elongatis cre- » nato-serratis subtus pallidioribus ac pube stellata » adspersis, pedunculis terminalibus sub-aggregatis » corolla longioribus, involucro 10-12-phyllo corollà » triplo breviori, carpellis 2-aristatis aristis elonga- » tis retrorsum hirsutis, caule piloso. » Nob: Crescit in *Brasilia*. Missa a cl: Martio sine nomine specifico, distinctam stirpem constituere credimus ad 1. sectionem amandandam. *Caulis* fruticulosus, suberectus, compressiusculus, ad angulos villis crebris ac undique pilis raris adspersus, ramosus. *Folia* sub-cordata, elongata, acutiuscula, crenato-serrata, superne glabra viridia ad costam tantum pilis raris ornata, inferne pallidiora pubeque stellata conspersa; *petioli* filiformes villosiusculi folium æquantes; stipulæ 2-3-suprafoliaceæ structura foliorum. *Flores* 2-5. versus et ad apicem ramorum sub-aggregati; *pedunculi* corolla longiores; *involucrum* 10-12-phyllum, foliolis linearibus pilosis corolla triplo brevioribus; *petala* semipollicaria ex sicco violacea; *carpella* 3-aristata aristis elongatis

retrorsum hirsutis. Accedit ad *P. spinificem* Cav:, sed differt foliis valde minoribus elongatis, pedunculis terminalibus: an var: δ *grandiflora* (DC. Prodr: I. 443.) quæ folia refert cordata, corollasque calyce 2-3-longiores?

9. *P. lanceolata.* « Foliis lanceolatis glabris crenu-» latis cuspidatis 1-nerviis bullatis petiolo dimidio » longioribus, pedunculis brevibus axillaribus? soli-» tariis 1-floris involucrisque foliolis 15-20. calyce » longioribus villoso-rubiginosis, carpellis inermi-» bus. » Nob: Crescit in *Brasilia Barra de Tuna.* Accepta cum priori etiam sine nomine specifico, pertinet certe ad *Cacellariam*, sed valde differt a ceteris ejusdem sectionis stirpibus. *Caulis* sub-fistulosus (hinc herbaceus?) erectus, teres, lævis, glaber, simplicissimus. *Folia* patentia, lanceolata, crenulato-serrata, cuspidata, 1-nervia, reticulato-venosa, bullata, 4-5-poll: longa 1-lata; *petioli* lineares, semiteretes, villosiusculi, folio dimidio breviores. *Pedunculi* 1-flori villoso-rubiginosi involucro breviores (terminales an axillares ignoro, nam in specim: ceciderunt; at ex cicatricibus adparent axillares solitarii). *Involucr:* 15-20-phyllum foliolis lineari-lanceolatis, arcuatis, rubiginosis, calyce longioribus. *Corolla* non extat in specim: *Carpella* inermia. Stirps admodum distincta præsertim foliorum longitudine ac figura quæ in ceteris plus minusve cordata vel lobata; hic reapse *lanceolata* indivisa.

IX. Achania Swartz Prodr: II. = *Hibisci* sp: L. = *Malvavisci* sp: Dill:, Cav:, DC.

» *Involucr*: polyphyllum. *Petala* erecta convoluta » basi sæpius auriculata. *Stigmata* 10. *Carpella* 5. » baccata connata 1 - sperma. Cetera ut in præce- » dentibus. »

*Obs*: Genus ab *Hibisco* vix distinctum petalis *convolutis*, numero stigmatum, et fructibus baccatis, a DC. sub *Malvavisco* relatum ac in 2. sectiones distinctum, quarum prima *Achanias* veras continet, altera *Anoteas* a Spr: omissas, nec satis notas. Species plures valde dubiæ etiam inter *Achanias*.

1. *A. Malvaviscus* = Sw: fl: ind: occid: II. p. 1222. (*Amer*: calid:). Arbor elegans; flores coccinei ut in sequentibus, cum quibus culta in H. Ripul: = 2. *A. pilosa*. = Sw: fl: ind: occid: II. p. 1224. (*Jamaica, Mexico*). Vix differt a priori caule foliisque pilosiusculis, involucro foliolis sub-patentibus. = 3. *A. mollis* = Ait: h. Kew: ed: 1. vol. II. p. 459. (*Mexico*). Magis priori quam *A. Malvavisco* accedit foliis molliter pilosis involucro patulo. Ceterum tres istæ stirpes habitu tam similes ut vix pro varietatibus haberi possint.

X. Hibiscus Lin: gen: n. 846. = Lam: ill: t. 584.

» *Involucr*: sæpius polyphyllum. *Petala* expansa raro » convoluta non auriculata. *Stigmata* 5. *Carpella* 5. » in capsulam 5-locularem coalita plejosperma. Cetera » ut in præcedentibus. »

*Obs*: Difficillimum genus quoad stirpium deter-

minationem, ac divisionem, quarum nonnullæ ad *Achaniam* accedunt ratione corollæ *involutæ*; aliæ corollam utique expansam gerunt, sed differunt calycis forma vel involucri divisione tum etiam fructus structura et seminum superficie; hinc confusio penes Auctores in synonymia et sectionibus: numerus stirpium ex DC. 117., ex Spr: (quem hic sequor) 85. Arbores, frutices vel herbæ sæpius elegantissimæ fere omnes exoticæ.

† Corolla convoluta

( *Cremontia* DC. ex Comm:)

1. *H. pedunculatus* = Thb: Prodr: 118. (*C. B. S.*). Suffr: Flores mediocres; petala ex sicco rosea; pedunculi in specim: folio triplo longiora. = 2. *H. tubulosus* = Cav: diss: III. p. 161. t. 68. f. 2. (*Ind*: orient:). Ann: Flores mediocres; petala flavescentia, ad unguem purpurea. = 3. *H. urens* = L. supp: 309. (*C. B. S.*). Perenn: jam cultus in H. B. T.

†† Corolla expansa.

*α Calyce spathaceo longitudinaliter fisso.*

4. *H. Manihot* = L. sp: 980. (*Ind*: orient: et occid:). Frutex elegantissimus. Flores ampli ex luteo virides; in var: *β* (*H. palmatus* Cav:) lobi foliorum inferiorum breves sub-rotundi, superiorum lato-lanceolati profundiores, summorum usque ad basim partiti lineari-lanceolati. Cult: in H. Ripul: Inter *Manihot* DC. = 5. *H. esculentus* = L. sp: 980. (*Ind*:

orient: et occid:) Ann: Folia inferiora indivisa, superiora 3-5-loba; flores parvi: ex H. B. T. Inter *Abelmoschos* DC. Huc pertinere videtur *H. Bamia* Targioni quem mancum possideo ex hb: Biroli.

*β Involucr: foliolis appendiculatis.*

6. *H. radiatus* = Cav: diss: III. p. 150. t. 54. f. 2. (*Ind*: orient:). Suffrut: Flores in specim: desunt. Inter *Furcarias* DC.; omissus a Spr: = 7. *H. scaber* = Michx: fl: bor: am: II. p. 45. (*Carolin:*, *Florid:* paludosis). Perenn: Flores ampli sulphurei. Inter *Furcarias* DC.

*γ Involucr: 5-poly-phyllo æquali.*

1. Calycibus sub-foliaceis.

8. *H. diversifolius* = Jacq: ic: rar: III. t. 551. *H. ficulneus* Cav: non L. (*Ind*: orient:). Frutex aculeatus. Flores mediocres; petala flava ad unguem atrata. Inter *Abelmoschos* DC. = 9. *H. heterophyllus* = Vent: malm: t. 103. (*Nov: Holl*:). Frutex aculeatus. Flores amplissimi; petala albo-rosea ad unguem purpurea: cult: in H. Ripul: Inter *Abelmoschos* DC. = 10. *H. cannabinus* = L. sp: 979. (*Ind*: orient:). Ann: Aculeatus; flores magni; petala luteola ad unguem fusca: ex H. B. T. Inter *Abelmoschos* DC. = 11. *H. vitifolius* = L. mant: 569. (*Ind*: orient:). Ann: Flores ampli; petala flava ad basim atrata: jam cult: in H. B. T. ex quo specim: mea. Inter *Abelmoschos* DC. = 12. *H. Rosa-sinensis* = L. sp: 977. (*Ind*: orient:). Frutex inter omnes elegantissimus; flores amplissimi

sæpius pleni; petala rosea, rubra, alba vel flava. Cult: in H. Ripul: c. varr: Inter *Ketmias* DC. = 13. *H. syriacus* = L. sp: 978. ( *Syria*, *Carniola* ). Frutex elegans. Flores ampli valde variantes colore et plenitudine. Ubique cult: sub dio nomine vern: *Malva arborea*. Inter *Ketmias* DC. = 14. *H. Abelmoschus* = L. sp: 980. (*Ind*: orient: et occid:, *Ægypto*). Arbor hirsutissima. Flores mediocres flavi; semina moschata. Inter *Abelmoschos* DC. = 15. *H. mutabilis* = L. sp: 977. (*Ind*: orient:). Arbor elegans. Flores ampli, dum aperiuntur albi, hinc rosei, demum rubri. Cult: in H. Ripul: ubi raro floret. Inter *Abelmoschos* DC. = 16. *H. Moscheutos* = L. sp: 975. (*Amer*: bor:). Perenn: Flores amplissimi in pedunculis petiolo coalitis; petala alba vel rosea ad unguem purpurea. Inter *Moscheutos* DC. = 17. *H. palustris* = L. sp: 976. non Savi (*Amer*: bor: paludib:). Perenn: Flores ampli in pedunculis liberis; petala alba, rosea, aut flavida. *H. palustris* Savi (*aquaticus* DC. et Spr:) *Etruriæ* incola differt pedunculis *prope basim* articulatis, in nostro *supra medium*. Colo tamen plantam enatam e seminibus missis a cl: Balbisio sub nomine *H. aquatici* quæ facie a *palustri* L. et *aquatico* DC. non differt, sed folia nunquam 3 - loba vidi, ac pedicellos constanter supra medium articulatos; an igitur planta L. et Savi eadem vel varietates? Huc forsan pertinet etiam *H. roseus* Thor: Inter *Moscheutos* DC. = 18. *H. speciosus* = Ait: h. Kew: II. p. 456. ( *Carolin*:, *Florid*: ). Perenn: Flores amplissimi fere ut in *H. Rosa - sinensi* n. 12. coccinei. Inter *Moscheutos* DC. = 19. *H. phœniceus* = L. suppl: 310. (*Ind*: orient:

et occid:). Suffrutex pulchellus. Flores ruberrimi parvuli; in specim: meis quæ pertinent ad var: *β* involucri foliola calycem superant. Inter *Bombicellas* DC. = 20. *H. militaris* = Cav: diss: VI. p. 352. t. 198. f. 2. (*Amer*: bor:). Perenn: Specim: mea ludunt inter *H. palustrem* et *aquaticum*; forsan ad verum *militarem* non pertinent, folia enim subtus *tomentosa* non *glabra*.

2. Calycibus membranaceis inflatis.

❀ 21. *H. Trionum* = L. sp: 981. non Thb: = Spr: syst: III. 453. = Cav: diss: III. p. 171. t. 64. f. 1. et p. 172. t. 64. f. 3. pro var: *β ternato*. Ic: taur: vol. 25. t. 40. (*Italia*, *Carniola*. *Pedem*: in arvis *Novariæ* et flumini *Ticini* interjectis All: n. 1413. Non enumeratur tamen a Birolio fl: acon: *C. B. S.* pro var: *β*). Ann: Flores mediocres; petala flavescentia basi atrata; variat statura et foliorum segmentis. Cult: in H. Ripul: Inter *Triona* DC. Huc forsan pertinet *H. Humboldtii* Mart: ined: et Steud: Vid: Colla H. Ripul: app: II. p. 349. et 350. not. 3.

22. *H. vesicarius* = Cav: diss: III. p. 571. t. 64. f. 2. (*Afr*: austr:). Ann: Priori valde affinis sed foliis superioribus 5-lobis, lobis sub-æqualibus distinctus.

δ *Involucr*: 1-*phyllo multidentato*.

23. *H. tiliaceus* = L. sp: 976. (*Ind*: orient:). Suffrut: Flores parvi ex albo lutei. Inter *Azanzas* DC. = 24. *H. Sabdariffa* = L. sp: 978. (*Ind*: orient: et occid:). Ann: Flores desunt in specim:

## *Hibisci dubii.*

25. *H. Jacquinii* = Colla H. Ripul: app: IV. p. 168. t. 12. « *H.* sub-lignosus piloso-pruriens, foliis » longe petiolatis cordatis sub-7-lobis inæqualiter » dentatis, pedicellis brevibus, involucello 5-phyllo » calyceque 5-lobo petalis expansis triplo breviori- » bus (flores luteoli basi atrati). »

26. *H. pungens.* = Enatus e seminibus missis a cl: Schultesio sub hoc nomine, nondum floruit; folia amplissima palmato-7-loba, lobis profundis acuminatis inæqualiter sinuatis dentatisve, pilis urentibus præsertim ad nervos conspersa. = 27. *H. pruriens* = Roxb: ? Specim: meum ex hb: Biroli communicatum a cl: Balbisio non quadrat nec cum diagnosi Spr: et DC., nec cum nostro *H. Jacquinii* n. 25. Plantula quidem herbacea, pilosa uti ex diagnosi DC. Prodr: I. 448., sed folia *tomentosa* nec *glabriuscula*, evidenter *triloba*, lobis lanceolatis, medio productiore; involucellum et calyx uti in citata diagnosi; petala ex sicco flava. = 28. *H. arenarius* = Scop: Ita in scheda ex hb: Bellardi a Paschal communicata. Steudel: hanc plantam enumerat, quam non inveni apud Scop: fl: Carn:; de ipsa silent DC. et Spr:; an sub alia stirpe relata absque synonymo? Diagnosis hæc erit: « *H.* » caule erecto simpliciusculo piloso, foliis longe pe- » tiolatis pilis raris adspersis 3-partitis laciniis infe- » rioribus 2-lobis media productiori lanceolata sub- » serrata, pedicellis axillaribus solitariis petiolo lon- » gioribus 1-floris, involucris foliolis 10-linearibus » petalis flavescentibus paullo brevioribus. »

29. *H. anonimus* = Mart: hb: Missus a cl: Martio sub hoc nomine, species distincta videtur et sic definienda: « *H.* caule (fruticoso?) erecto ramoso fo-
» liisque glanduloso-viscosis, foliis 3-lobis serratis
» subtus albidiusculis lobis divaricatis basi dilatatis
» acutis, pedicellis axillaribus terminalibusque sub-
» binis petiolo sub-longioribus 1-floris, involucri fo-
» liolis 10-15. linearibus calyce inflato longioribus
» (petala desiderantur in specim:). »

XI. Thespesia Corr: ann: mus: IX. p. 290. t. 135. = *Hibisci* spec: L.

» *Involucr:* 3-phyllum deciduum. *Calyx* trun-
» catus. *Capsula* 5-locularis loculis basi 4-spermis.
» Cetera ut in *Hibisco.* »

*Obs*: Genus constans 2-3. stirpibus, quarum sequens ab *Hibisco* adempta.

1. *Th: populnea* = Corr: l. c. (*Ind:* orient: et occid:). Arborea. Flores magni, petala ex albo flavescentia. Cult: in H. Ripul:

XII. Gossypium Lin: gen: n. 845. = Lam: ill: t. 586.

» *Involucr*: 3-partitum segmentis inciso-dentatis.
» *Calyx* 5-dentatus. *Stigmata* 3-5. *Capsula* 3-5-locu-
» laris polysperma. *Semina* lanigera. Cetera ut in præ-
» cedentibus. »

*Obs*: Genus, monente DC., incertis speciebus constans 13. et ultra, nunc a Spr: ad 8. redactis. Herbæ vel frutices *Indiarum.*

† *Frutescentia.*

1. *G. arboreum* = L. sp. 975. (*Ind*: orient:). Arborescens. Jam diu cultum in H. Ripul: numquam floruit. = 2. *G. religiosum* = L. sp: 975. ( *Ind*: orient: ). Frutescens, perenn: ? In calid: H. Ripul: frutescens evadit, floret, sed fructus non emittit. = 3. *G. barbadense* = L. sp: 975. ( Ins: *Carib*: ). Frutescens. In optimo specim: a Bertero lecto in *Guadalupa* folia non semper subtus 3. sed aliqua 1 - 2 - glandulosa.

†† *Herbacea.*

4. *G. herbaceum* = L. sp: 975. ( *Ind*: orient: ). Ann:, perenn: Cult: in H. Ripul: sub dio ubi floret in anno, et quandoque fructum maturum refert. Huc forsan variæ species referendæ seminibus albis vel nigris, lana alba, sub-flavida etc. = 5. *G. hirsutum* = L. sp: 975. (*Ind*: occid:). Ann:, bienn: In specim: meo ramuli foliorum, nervi petiolique tantum hirsuti; ceteræ partes glabræ.

XIII. Redoutea Vent: h. Cels: t. 11. = *Fugosia* A. S. Hill:

» *Involucr*: 10 - 12 - phyllum brevissimum. *Cal*: 5-
» partitus. *Stygm*: 3. *Caps*: 3-locularis 3-valvis po-
» lysperma. Cetera ut in *Gossypio*. »

*Obs*: Genus constans 2. stirpibus novis a *Gossypio* valde distinctis praesertim involucri foliolis linearibus brevissimis.

1. *R. heterophylla* = Vent: l. c. (Ad fl: *Orinocum*.). Ann: Specim: optimum ex hb: Bellardi missum a

Vent: ; laciniæ calycinæ ovato-oblongæ ; petala duplo longiora pallide purpurea (sulphurea ex Vent: ).

## Sect. II.

### Calyx basi nudus.

XIV. Palavia Cav: diss: I. p. 40. non Poir: = Lam: ill: t. 577.

» *Calyx* nudus 5-fidus. *Carpella* 1-sperma plurima » sine ordine glomerata. »

*Obs*: Species 2 herbaceæ floribus axillaribus solitariis.

1. *P. malvæfolia* = Cav: l. c. (*Peruv*:) = 2. *P. moschata* = Cav: l. c. p. 41. (*Peruv*:). Differt a priori foliis obtusis, et pedunculis folio longioribus.

XV. Sida Lin: gen: ed: Schreb: n. 1129. inclusa *Napæa* = Lam: ill: t. 578. pro *Sida*, 579. pro *Napæa*.

» *Cal*: nudus 5-fidus. *Stylus* apice multifidus. *Car-* » *pella* capsularia tot quot styli divisiones in orbem » globosum vel plus minusve depressum disposita 1- » locularia 1- vel oligosperma, mutica aut aristata, » quandoque bialata. »

*Obs*: Genus valde polymorphum, hinc difficillimum, ab Auctoribus sæpe in plura divisum praesertim ex forma fructus, modo in unum a cl: Spr: redactum comprehendens *Cristariam* et *Anodam* Cav: ; *Peripteram* DC. ; *Napæam* L. ; *Sidam*, *Bastardiam*, *Gayam* et *Abutilon* Kunth. Spec: ex DC. (exclusis *Cristaria*, *Anoda* et *Periptera*) 195., quarum 30. non

satis notæ, ex Spr: 176., omnibus allatis generibus inclusis. Frutices aut herbæ, raro arbores commodius artificialiter dividendæ in 4. sectiones ex carpellorum structura.

† *Carpellis 2-alatis* (*Cristaria* Cav: et DC.).

Ex hac sectione nullam speciem possideo.

†† *Carpellis rostratis seu 2-cuspidatis.*

1. *S. angustifolia* = Lam: dict: I. p. 4. non Mill: (Ins: *Mascaren*:). Perenn: Pedunculi 1-flori folio breviores; flores minimi; petala ex sicco luteola. = 2. *S. spinosa* = L. sp: 960. (Intra *Tropicos* totius orbis.). Ann: Vix differt a priori radice *annua*, foliis *ovato*-non *lineari-lanceolatis*, stipulis pedunculo *longioribus*. = 3. *S. spiciflora* = W. en: suppl: 49. (*Brasil*: sec: Spr:, patria incerta sec: DC.). Frutescens. Pedunculi axillares 2-5 petiolum sub-æquantes; flores minimi; petala flava calyce acuminato paullo longiora. Cult: in H. Ripul: e seminibus missis sub nomine *S. ulmifoliæ*. Huc arbitror pertinere *S. patulam* Pers: euch: II. p. 243. quam siccam possideo ex Molinerio, omissam a Spr: et inter dubias enumeratam a DC. Prodr: I. 472. n. 175.; inter hanc et plantam a me cultam nullam nec minimam video differentiam. = 4. *S. rhombifolia* = L. sp: 961. (*Ind*: orient: et occid:). Frutesc: Pedunculi 1-flori stricti folio longiores; flores minimi; petala lutea. = 5. *S. triangularis.* = W. en: 725. ex H. et B. (*Mexico*). Ann: Pedunculi 1-flori folio valde longiores; flores mediocres, laciniæ calycinæ acuminatæ, petala

rosea; stipulæ setaceæ in specim: meis ex Balbisio petiolum excedunt. = 6. *S. carpinifolia.* = L. fil: suppl: 307. (Ins: *Canariis*; ins: *Mauritianis* var: *β betulina* Jacq:). Suffrut: Pedunculi 3-4-flori brevissimi; flores parvi; petala lutea; foliorum serraturæ seta rigida terminatæ; in var: *β* folia paullo latiora, serraturæ magis distantes nudæ. Cult: in H. Ripul: = 7. *S. alba.* = L. sp: 960. non Cav: (*Ind.* orient:). Ann: In specim: meis ex Balbisio pedunculi 1-flori, inferiores petiolum subæquant, sed superiores ipsum valde superant; flores minimi; petala alba. = 8. *S. tiliæfolia* = Fisch: cat: h. gor: 1808. (*China*, *Thibet*). Ann: Pedunculi petiolis breviores axillares 1-flori, terminalesve pauciflori; flores mediocres; petala lutea.

* 9. *S. Abutilon* = L. sp: 963. = Spr: syst: III. 112. = Houtt: syst: VIII. p. 436. t. 61. (*Eur*: austr:, *Asia* med: *Pedem*: circa pagos et urbes frequens; in vineis *di Borgomasino* All: n. 1412. Circa urbem *Taurini* Re fl: torin: I. p. 354.). Ann: Pedunculi ut in priore cui valde affinis; flores paullo majores.

10. *S. mollissima* = Cav: diss: II. p. 49. (*Peruvia*). Frutic: Pedunculi petiolum sub-æquantes; flores mediocres; petala albo-rosea. = 11. *S. mauritiana* = Jacq: ic: rar: I. misc: 2. p. 352. (Ins: *Maurit*:). Frutic: Pedunculi sub-2-flori petiolo longiores; flores parvi; petala in specim: meo ex H. B. T. calyce triplo longiora flavescentia. = 12. *S. virgata* = Cav: ic: p. 53. t. 73. (*Peruvia*). Frutic: Pedunculi 1-flori superne geniculati petiolo longiores; flores parvi; petala flava calyce breviora. = 13. *S. borbonica* = Cav: diss: I. p. 9. (Ins: *Mascar*:). Frutic: Pedunculi 1-

flori petiolo valde longiores; flores mediocres; petala albo-rosea. = 14. *S. crassifolia* = Herit: stirp: I. p. 125. t. 60. (*Hispaniola*). Frutic: Pedunculi 1-flori sub-bini petiolorum longitudine; flores parvi, petala flava. Culta in H. Ripul: e seminibus missis sub hoc nomine, numquam folia 3-cuspidata gessit ut in *S. tricuspidata* Cav: quam W., DC., et Spr: eamdem esse putant ac *S. crassifoliam* Herit:; ceterum quadrat cum diagnosi hujus auctoris. = 15. *S. rotundifolia* = Cav: diss: I. p. 20. et diss: VI. p. 522. t. 3. f. 6. et 194. f. 2. (Ins: *Mascar*:). Herbacea. Pedunculi 1-flori sub-solitarii petiolo longiores (nonnulli in specim: meo breviores); flores parvi, petala flava. = 16. *S. althæifolia* = Sw. Prodr: 101.; Fl: ind: occid: II. p. 1207. (*Jamaica*, *Guadalupa*). Suffrutic: Pedunculi in specim: meo a Bertero *Guadalupa* lecto axillares et terminales constanter 1-flori solitarii vel 1-5 ad apicem ramulorum; flores mediocres; calyx valde tomentosus; petala flavescentia. = 17. *S. pyramidata* = Cav: diss: I. p. 11. et VI. p. 549. t. 1. f. 10. et t. 194. f. 1. (*Hispaniola*). Frutic: Paniculæ laxæ magnæ foliolosæ; flores parvi, petala alba. Cult: in H. Ripul: = 18. *S. atrosanguinea* = Jacq: ic: rar: I. t. 136. et collect. I. p. 49. (*Amer*: austr:). Frutic: Pedunculi axillares vel ad apicem ramulorum solitarii vel sub-corymbosi (non paniculati) petiolo longiores; flores parvi, petala rubra. Confusa a DC. Prodr: I. 465. cum *S. paniculata* L., differt pluribus notis ex Spr: syst: III. n. 66. 67. et ex specim: meo de *S. atrosanguinea* collato cum iconibus a DC. citatis. = 19. *S. nudiflora* = Herit: stirp: I. p. 123. t. 59.

bis (*Hispaniola*, *Peruvia*). Frutic: Panicula longissima sub-racemosa aphylla; flores mediocres, petala flava. Cult. in H. B. T. Hic forsan a Spr: confusæ variæ species. = 20. *S. periplocæfolia* var: *β caribæa* = DC. Prodr: I. 468. Colla H. Ripul: app. I. p. 137. not. 1. (*Jamaica*). Suffrut: Culta in H. Ripul: valde differt a var: *γ peruviana*, quam siccam possideo ex Bertero, foliis brevius petiolatis fere sagittatis glabriusculis, pedunculis sub-corymbosis axillaribus terminalibusque nec constanter axillaribus solitariis, floribus minoribus; habitus quoque diversus: an igitur species distincta ceu dubitavit cl: DC.? Tunc *S. Candoleana* appellanda et sic definienda:

» *S.* caule fruticuloso, foliis brevi petiolatis cor-
» datis acuminatis s. sub-sagittatis superne glabris in-
» ferne albido-tomentosis, pedunculis axillaribus
» terminalibusve sub-corymbosis, carpellis 5 ovato-
» acuminatis (flores minimi, petala flava). » Nob: = 21. *S. umbellata* = L. sp: 962. (*Jamaica*, *Hispaniola*). Ann: Pedunculi axillares et terminales petiolis longiores 1-4-flori sub-umbellati; flores parvi, petala flava. Specim: optimum ex Bertero. = 22. *S. hastata* = W. sp: III. 763. (Nov: *Hispania*, *Cuba*, *Amer*: austr:). Ann: Pedunculi axillares solitarii folium æquantes; flores mediocres: variat foliorum forma et petalorum colore sec: DC. Prodr: I. 458. sub *Anoda*. Specim: ex Bertero cum sequenti. = 23. *S. cristata* = W. sp: III. 763. (*Mexico*). Ann: Pedunculi ut in priori sed folium longe superantes; flores magni, calyces villosissimi acuminati, petala purpurea sub-emarginata. = 24. *S. Dilleniana* = W.

sp: III. 764. (*Mexico*). Ann: Specim: meum ex hb: Biroli perfecte non quadrat cum descriptionibus Auctorum; folia inferiora sunt cordato-orbiculata, media triangulo-sub-hastata, summa hastato-lanceolata, pedunculi folio longiores, petioli et calyces villosissimi: an sp: distincta? an prioris, cui magis accedere videtur, var:? = 25. *S. acerifolia* = Lag: nov: gen: p. 21. (Nova *Hispania*). Frutic: Pedunculi axillares solitarii 1-flori folio longiores; flores mediocres, petala purpurascentia. Specim: meum *sub-villosum*, non totum *hispidum* uti in observation: DC. Prodr: I. 572.

††† *Carpellis muticis.*

26. *S. orientalis* = Cav: diss: I. p. 21. (*Ind*: orient:). Suffrut: Pedunculi axillares solitarii brevissimi; flores mediocres, petala alba fimbriata. = 27. *S. rhomboidea* = Roxb: ex journ: bot: 1814. v. 4. p. 207. (*Ind*: orient:). Frutic: Culta in H. Ripul: nondum floruit. = 28. *S. fœtida* = Cav: diss: VI. p. 349. (*Peruvia*). Suffrutic: ex Spr:, ann: ex W. et DC. Pedunculi axillares vel secus caulem 1-flori petiolo dimidio breviores; flores mediocres, petala flava ad basim atrata integra. = 29. *S. hernandioides* = Herit: stirp: I. p. 121. t. 58. (*Hispaniola*). Suffrutic: Pedunculi axillares terminalesve sub-racemosi 1-flori petiolis breviores; flores minimi. Specim: ex hb. Biroli subferrugineo-tomentosum. = 30. *S. mutica* = Delil. ill: æg: n. 633. (*Ægypt*: super:). Suffrutic: Pedunculi axillares stricti pauciflori sub apice geniculati petiolis sub-breviores; flores mediocres, petala ex

sicco lutea basi rubro-fusca. = 31. *S. triquetra* = L. sp: 962. (*Amer:* tropic:). Frutesc: Pedunculi axillares solitarii 1-2-flori folium sub-æquantes; flores parvi, petala lutea basi purpurea. = 32. *S. vesicaria* = Cav: diss: II. p. 58. t. 14. f. 3. (*Mexico*). Frutic: Pedunculi axillares solitarii 1-flori folio longiores; flores mediocres, petala flava. = 33. *S. indica* = L. sp: 964. (*Ind:* orient:). Ann: Pedunculi axillares terminalesve sub-racemosi petiolo longiores; flores ut in priori, a qua differt præsertim radice *annua* et pedunculis *racemosis*: facies tamen fere eadem. = 34. *S. hirta* = Lam: dict: I. p. 7. (*Ind:* orient:). Ann: Pilosissima; pedunculi axillares solitarii 1-flori petiolum subæquantes; flores mediocres, petala flava calycem cuspidatum vix excedentia. = 35. *S. populifolia* = Lam: dict: I. p. 7. (*Ind:* orient:). Ann: Priori affinis, sed folia ovata non sub-rotunda, vix tomentosa; pedunculi petiolos valde superantes. = 36. *S. asiatica* = L. sp: 964. (*Ind:* orient:). Ann: Medium tenere videtur inter *S. hirtam* et *populifoliam.* = 37. *S. arborea* = L. fil: suppl: 397. (*Peruvia*). Arborescens. Pedunculi axillares gemini petiolo longiores; flores amplissimi campanulati, petala alba vel flavida. Cult: in H. Ripul: = 38. *S. crispa* = L. sp: 964. (*Carolina, Amer:* tropic:). Ann: Pedunculi axillares solitarii 1-flori petiolo longiores; flores parvi, petala alba. In specim: ex Balbisio folia summa sunt etiam *petiolata*, nec *sessilia.* = 39. *S. humilis* = Cav: diss: V. p. 177. t. 134. f. 2. (*Ind:* orient:). Ann: Pedunculi axillares terminalesve solitarii, bini vel sub-corymbosi petiolo longiores ex specim: a-

Balbisio; flores minimi, petala flava. Huc pertinent variæ species Auctorum, quæ tamquam varietates a W. sp: III. 744. et DC. Prodr: I. 463. considerantur; merito tamen speciem propriam constituit *S. veronicæfolia* Cav: et Spr: quæ pertinet ad 2. sectionem; habet enim carpella 2-*aristata* nec *mutica*. = 40. *S. urens* = L. sp: 963. (*Jamaic:*, *Guadalup:*). Suffrut: Specim: ex Bertero referunt pedunculos axillares binos, quorum alter brevissimus 2-florus, alter petiolo longior 5 - 7 flores glomeratos gerens; flores minimi, petala flavida. = 41. *S. mollis* = Ort: dec: p. 65. (*Peruvia*). Arborea. Folia in junioribus semi-pedalia, in adultis 4-pollicaria ex W. en: 724. sub *S. grandifolia*. = 42. *S. aurita* = Wall: in Link en: h. ber: II. p. 206. (*Bengal:*). Frutic: Pedunculi axillares terminalesve sub-corymbosi; flores mediocres, petala ochracea calyce duplo longiora. Cult: in H. Ripul: e seminibus missis a cl: Martio. = 43. *S. coccinea* = DC. Prodr: I. 465. (Ad flumen *Missouri*). Herbacea. Racemi terminales; pedicelli 2-3 secundi; flores mediocres, petala coccinea. Specim: ex Perretio sub *Malva*. = 44. *S. crenatiflora* = Spr: syst: III. 121. ex Pers: (Nov: *Hispan:*). Ann: Pedunculi axillares 1-3-flori folio breviores; flores parvi, petala flava. = 45. *S. triloba* = Cav: diss: I. p. 11. et V. p. 274. t. 1. f. 11. et t. 131. f. 1. (*C. B. S.*). Suffrut: Pedunculi axillares solitarii folio sub-longiores 1-flori; flores parvi, petala albida. = 46. *S. Napœa* = Cav: diss: V. p. 277. t. 132. f. 1. (*Amer: bor:*). Perenn: Corymbi terminales, et pedunculi axillares folio longiores sub-corymbosi; flores medio-

cres, petala alba. Specim: optima sub *Napœa hermaphrodita* L. eadem ac *N. lævis*. = 47. *S. dioica* = Cav: diss: V. p. 278. t. 132. f. 2. (*Virginia*). Perenn: Differt a priori, cui valde affinis, foliis 7-9-lobis scabris, floribus dioicis seu fœmineis staminibus castratis. = 48. *S. jatrophoides* = Herit: stirp: I. p. 117. t. 56. (*Peruvia*). Ann: Pedunculi sub-corymbosi; flores minimi, petala violacea calyces acutissimos villosissimos vix excedentia.

†††† *Carpellis* 3-*valvibus* 1-*spermis*.

49. *S. occidentalis* = L. sp: 964. (Nova *Granata*). Ann: Pedunculi solitarii erecti petiolum subæquant ante anthesim, demum longiores et deflexi evadunt. = 50. *S. disticha* = Cav: ic: V. p. 12. t. 432. (*N. Hispan*:). Suffrut: Flores parvi, petala flava.

*Sidœ novœ vel dubiœ.*

51. *S. elegans* = Berter: ined: Colla H. Ripul: app: IV. p. 154. c. descript: et ic: t. 4. (*S. Martha*). Frutex sic definitus: « *S.* tomentosa, foliis cordatis » acuminatis sub-denticulatis subtus albidioribus, pe- » dunculis 1-3-floris petiolo multoties brevioribus, » carpellis 8-10 acutis calyce brevioribus (flores pa- » niculati mediocres flavi). » Colla l. c. p. 155.

52. *S. pulchra* = Colla H. Ripul: p. 129. c. descript: et ic: t. 34. (*Guadalup*: ex Bertero). « *S.* » caule erecto petiolisque villosissimis, foliis orbi- » culato-cordatis inæqualiter dentatis apice sub-trilobis » villosis, pedunculis solitariis 1-floris petiolo bre- » vioribus, carpellis 10-12 globoso-aggregatis trun-

» calis muticis 3-spermis (flores mediocres, petala flava basi lineis atro-violaceis picta). » Colla l. c. not. 2. Possideo specimen mancum ex hb. Bellardii cum scheda ita inscripta: « *S. pulcherrima* Herit: *quacumque exsiccatione flos colorem amittit.* » Folii et floris forma a mea non videtur differre; reapse flos unicus in hoc specim: colorem amisit; in mea non mutatur: nil tamen certi asserere possum de hac planta quam nullibi sub eo nomine enumeratam vidi.

53. *S. nemorensis* = Mart. hb: (*Brasil: al Rio del Monte*). Communicata cum sequentibus usque ad n. 60. a cl. Martio. Planta pilosiuscula foliis cordatis ovatis serratis acuminatis petiolatis, pedunculis brevissimis axillaribus terminalibusve binis 1-floris; flores minimi, petala ex sicco rosea calycem ovato-acutum parum excedentia. Carpella desunt in specim: = 54. *S. obsita* = Mart: hb: (*Brasil:, Almeida, Velua*). Densissime tomentosa, foliis late ovatis sub-cordatis dupliciter serratis acutis sub-sessilibus subtus albidioribus; flores versus apicem caulis et ramorum racemosi sub-sessiles mediocres; petala ex sicco flavida calyce late ovato acutiusculo 2-3-longiora; carpella 5 mutica 1-sperma. = 55. *S. setosa* = Mart: hb: (*Brasil:, Rio Belmonte*). Glabriuscula, foliis lanceolatis superne acute serratis acuminatis subtus albidiusculis; pedunculi 1-5 axillares petiolo longiores ad medium geniculati 1-flori; flores parvi, petala flava calycem acutum vix excedentia; carpella 2-rostrata rostris seta longa terminatis. = 56. *S. tomentosa* = Mart: hb: non Cav: (*Brasilia*, Cap: *Frio*). Differt a *S. tomentosa* Cav: (*S. crassifolia* Herit: n. 14.)

foliis membranaceis non crassis nec tomentoso-velutinis, subtus albidioribus, profundius et inæqualiter dentatis, pedunculis valde longioribus versus apicem geniculatis: flores parvi, petala lutea.

57. *S. capituliflora.* « Frutescens, foliis sub-cordato-
» ovatis acutiusculis serratis superne scabridis subtus
» albido-subtomentosis, pedunculis terminalibus pe-
» tiolum sub-æquantibus capitulifloris, carpellis 5. 1-
» rostratis calycibusque hispidulis (petala lutea ca-
» lycem acuminatum superantia) » Nob: Missa sine nomine specifico e *Brasilia* Cap: *Frio*, collocanda videtur pone *S. dumosam* Sw: (Spr: syst: III. 109.), a qua differt foliis *acutiusculis* tantum nec *acuminatis*, *sub-tomentosis* nec *glabris*, pedunculis non *paniculatis* sed reapse *capitatis* ex quo nomen nostrum specificum.

58. *S. subspicata.* « Frutescens undique tomentosa,
» foliis subcordato-oblongis acutiusculis obtuse-den-
» tatis, pedunculis axillaribus petiolo brevioribus
» sub-spicatis, floribus congestis, carpellis 10-12 longe
» 2-aristatis scabridis (petala ochroleuca basi flava
» calyce duplo longiora) » Nob: Missa cum priori sine nomine specifico, medium tenere videtur inter *S. althæifoliam* Sw: et *maculatam* Cav: a quibus differt inflorescentia in prima pedunculis *sub-3-floris*, in altera *racemoso-corymbosis*; in nostra evidenter *subspicati* ex quo nomen specificum.

59. *S. subsessilis.* « Herbacea, foliis sub-sessilibus
» sub-amplexicaulibus cordato-lanceolatis acuminatis
» integerrimis subtus incano-tomentosis, pedunculis
» villosis axillaribus terminalibusve sub-corymbosis ad
» medium geniculatis, carpellis 5 acuminatis glabris

» calyce duplo longioribus (petala desunt in speci-
» mine) » Nob: Missa ut supra, valde affinis videtur *S. periplocæfoliæ* n. 20., a qua differt tantum foliis *sub-sessilibus*, pedunculis *villosis* non glabris; an var: altera insignis foliis *sub-sessilibus*? Hab: in *Brasilia* ad *Portum Securum*.

60. *S. sericea*? Possideo sub hoc nomine duo specim: alterum ex cl: PERRETIO, alterum ex hb: BIROLI, quæ non videntur prorsus quadrare cum *S. sericea* CAV: a cl: DC. cum dubitationis signo relata ad *S. mollicomam* W. Planta PERRETII nulla refert folia 3-*cuspidata*, pedicelli autem petiolum superant; in planta BIROLII unum adest folium 3-cuspidatum a specim: evulsum (forsan ex inferioribus?), cetera sunt ovato-oblonga indivisa. Conf: obs: DC. Prodr: I. p. 471. n. 162. circa specim: BALBISII.

61. *S. mexicana*? Sub hoc nomine quod citatum non video penes Auctores jamdudum accepi a MOLINERIO perfectissimum specim: a ceteris stirpibus forsan recedens; an species non descripta? Tunc sic definienda: « *S.* caule sub-tetragono pilosiusculo, foliis
» sub-hastato-cordatis lanceolatis sub-crenulatis acutis
» glabriusculis, stipulis lineari-lanceolatis erectis pe-
» tiolum sub-æquantibus, pedunculis axillaribus soli-
» tariis 1-floris folio longioribus, carpellis 15-20 1-
» rostratis villosissimis (petala flava calyce villosissimo
» cuspidato duplo longiora) » Nob: Hab:...?

XVI. LAGUNEA Cav: diss: III. p. 171. = Lam: ill: t. 580. = Sub *Solandra* Murr: non Swartz:

» *Cal*: nudus 5-fidus. *Stigmata* 5. *Capsula* 5-lo-

» cularis 5-valvis, valvulis medio septiferis solubi-
» libus. »

*Obs*: Genus *Hibisco* valde affine sed involucro distinctum et fructum vere capsularem gerens, constans 4-5 stirpibus exoticis, quarum sequens elegantissima.

1. *L. squamea* = Vent: malm: t. 42. (Ins: *Norvolk*). Frutex. Flores ampli, calyx bractea caduca suffultus, ex quo ad *Hibiscum* relata a DC. in sect. XI. (*Lagunaria*); petala obtusa læte violacea, capsula intus pilis urentibus adspersa. Cult: in H. Ripul: ubi modo abunde floret Aprili-Majo; sed semina rarissime ad maturitatem perveniunt. = 2. *L. lobata* = W. sp: III. 733. (Ins: *Mascar*:) Ann: Flores mediocres, petala acuta ex sicco flavescentia. Huc pertinet *L. angulata* Link sec: Spr: a DC. omissa, cujus specim: possideo ex hb: Biroli ab H. Berolinensi; foliorum lobi sunt valde breviores et obtusiores quam in *L. lobata*.

Obs: geographica circa *Malvaceas*.

*Malvaceæ* per orbem sparsæ enumerantur ex DC. 559

*Malvaceæ* pedemontanæ.

| | |
|---|---|
| *Malva* . . . . . . . . . | 7 |
| *Althæa* . . . . . . . . . | 4 |
| *Lavatera* . . . . . . . . . | 6 |
| *Hibiscus* . . . . . . . . . | 1 |
| *Sida* . . . . . . . . . | 1 |
| | 19 |

Et sic vix vigesimam octavam partem constituunt.

# Ordo XXV.

## BOMBACEÆ

(Kunth diss: malv: p. 5. = DC. Prodr: I. 475. = *Sterculiaceæ Bombaceæ* Schott et Endlich maletem: botan: in Arch: bot: Paris tom. I. p. 424.)

*Obs:* Ordo tam dubius, ut certos characteres essentiales constantes nec ei, nec sequenti (*Byttneriaceæ*) proponere non audeam. Sistit autem 15. circiter genera ex DC. vel nova, vel sejuncta a *Malvaceis* Juss: a quibus proprie differt tantum calyce non vere valvato et staminibus sæpius apice pentadelphis. Cons: tamen Schott et Endlich l. c. ubi *Byttneriaceis* et *Bombaceis* sub nomine *Sterculiacearum* conjunctis, ordinem subdiviserunt in *Helictereas*, *Sterculieas* et *Bombaceas*, 17. novis generibus additis vel ex plantis novis, vel in præcedentium detrimentum creatis. Arbores aut frutices intratropicales, habitu vario.

I. Helicteres Lin: gen: n. 1024. = Lam: ill: t. 735. (Inter *Sterculiaceas Helictereas* Schott et Endlich).

» *Cal:* tubulosus sub-5-fidus. *Pet:* 5. ligulata.
» *Stam:* 5 sæpius 10 raro poly-andra longe mona-
» delpha basi in urceolum germini arcte circumpo-
» situm et cum ipso stipitatum connata. *Ovarium*
» longe stipitatum. *Styli* 5. basi concreti. *Carpella* 5.
» arcte conniventia 1-locularia polysperma sæpius
» spiratim contorta. »

*Obs*: Genus polymorphum et forsan in posterum dividendum ex staminum numero et forma fructus, nunc ad Gynandriam decandram vel dodecandram ab Auctoribus relatum, constans stirpibus 17. ex DC., 14. ex SPR:, ad 2. a SCHOTT et ENDLICH reductum, ceteris ad alia genera amandatis.

1. *H. Isora* = L. sp: 1366. Sub *Isora* Schott et Endlich l. c. p. 425. (*Malabar, Moluccis*). Frutex. Stamina 10-andra; fructus contortus apice subulatus. Cult: in H. Ripul: = 2. *H. jamaicensis* = Jacq: amer: 235. t. 179. f. 99. (*Jamaica*). Arbor. Stamina 10-andra, fructus contortus apice obtusus. = 3. *H. semitriloba* = Colla H. Ripul: p. 65. ex Bertero c. descript: (In sylvaticis et fruticosis secus torrentem *S. Domingo Bany*). Frutex. Stamina 10-andra; fructus rectus oblongus. Male a SPR: syst: III. 81. relata inter species *fructibus nondum notis*, nam hi concinne descripti a BERTERO in COLLA l. c.

### *Helicteres dubiæ.*

4. *H. Martiana.* « Decandra, foliis ovatis basi sub-
» cordatis apice acutis inæqualiter duplicato-serratis
» supra hispidulis subtus albo-tomentosis, pedun-
» culis sub-aggregatis 1-floris, petalis longe un-
» guiculatis oblongis, fructibus longissime stipitatis
» contortis velutinis subulatis. » NOB: Humaniter communicata sine nomine specifico a cl: MARTIO et ab ipso in *Brasilia* lecta, media videtur inter *H. althæifoliam* LAM: et *greviæfoliam* DC.; differt autem a prima foliis *duplicato-serratis*, pedunculis

1-*floris aggregatis*, ab altera, cui forsan magis affinis, foliis superne *hispidulis* nec *tomentosis*.

II. Adansonia Lin: gen: n. 836. = Lam: ill: t. 588. (Inter *Sterculiaceas Bombaceas* Schott et Endlich l. c.).

» *Cal*: 5-partitus deciduus. *Pet*: 5. ad basim coa-
» lita. *Urceolus* staminum superne dilatatus polyan-
» drus. *Stylus* ab urceolo longe exsertus in stigmata
» numerosa stellatim disposita divisus. *Capsula* li-
» gnosa 10-locularis indehiscens, loculis polyspermis.
» *Semina* pulpa farinacea immersa. »

*Obs*: Genus 1-2 species modo comprehendens, inter quas sequens admiranda utpote arbor diametro ceteras modo cognitas valde excedens.

1. *A. digitata* = L. sp: 960. (*Senegal*, *Ægypt*:). Culta in H. Ripul: nondum floruit.

III. Bombax Lin: gen: n. 835. = Lam: ill: t. 587. (Inter *Sterculiaceas Bombaceas* Schott et Endlich l. c.).

» *Cal*: sub-5-fidus. *Pet*: 5 basi vix connexa. *Stam*:
» plurima monadelpha vel apice pentadelpha. *Stylus*
» vix exsertus; *stigma* capitatum vel 5-fidum. *Capsula*
» lignosa 5-locularis loculis polyspermis. *Semina* la-
» nugine densa involuta. »

*Obs*: Genus valde obscurum, *Adansoniæ* L. et *Eriodendro* DC. affine, constans stirpibus 11. ex DC., 9. tantum ex Spr: incluso *Eriodendro* DC. (*Erione* Schott et Endlich l. c.). Arbores elegantissimæ trunco inermi vel aculeato.

1. *B. occidentale* = Spr: syst: III. 124. Sub *Gos-*

*campino* Schott et Endlich l. c. p. 428. (*Ind*: occid:). Huc videntur confusæ plures species a W. sp: III. 731. sub *B. pentandro*. Cl: Spr: distinguit *B. pentandrum* L. quod crescit in *Oriente* a planta Jacquinii *Americæ* incola; utraque enumeratur á DC. sub *Eriodendro anfractuoso*, synonymo a Spr: omisso. Specim: meum é Bertero pertinet evidenter ad *B. pentandrum* Jacq: (*Eriodendrum anfractuosum* var: β *caribæum* DC. Prodr: I. 479.); habet enim folia serrulata unicoloria, ac petala intus *rosea* nec *flavescentia*. = 2. *B. Ceiba* = L. sp: 959. (*Amer*: calidior:). Cult: in H. Ripul: nondum floruit.

IV. Carolinea Lin: fil: suppl: 314. = Lam: ill: t. 589: sub *Paquira* (Inter *Sterculiaceas Bombaceas* Schott et Endlich l. c. sub *Carolinea* et *Chorisia*).

» *Cal*: sub-truncatus persistens. *Pet*: 5. longissima » basi conniventia. *Stam*: basi monadelpha, hinc in » adelphias plures apice partitas fasciculata. *Stylus* » stamina vix excedens: *stigma* 5-partitum. *Capsula* » coriacea 1-locularis multivalvis polysperma interne » nec farina nec lana repleta. »

*Obs*: Genus habitu *Adansoniæ* et *Bombaci* affine, sed præsertim staminum adelphiis ac capsula intus nuda satis distinctum, constans 4-5 stirpibus elegantissimis.

1. *C. princeps* = L. fil: suppl: 314. (In *Gujanæ* locis aqua submersis). Flores maximi, petala flava, filamenta rubra, antheræ purpureæ, semina amygdalina esculenta. Culta in H. Ripul: c. sequenti a quibus flores nondum obtinui. = *C. insignis* = Swartz

fl: ind: occid: II. p. 1202. Sub *Chorisia* Schott et Endlich l. c. ex Kunth (*Martinicæ* et *Brasiliæ* locis arenosis). Vix a priori distincta foliolis *obovato-oblongis* non *oblongo-lanceolatis*, ac corolla extus *pubescente*.

V. Ochroma Sw: act: Holm: 1792. p. 148. t. 6. (Inter *Sterculiaceas Bombaceas* Schott et Endlich l. c.).

» *Cal*: infundibuliformis inæqualiter 5-fidus. *Pet*: 5. » *Urceolus* staminum elongatus pentandrus; *antheræ* » spiratim tortæ anfractuosæ. *Stigmata* 5. *Capsula* » elongata 10-angulata 5-locularis 5-valvis polysperma » valvis intus lanatis. »

*Obs*: Genus *Bombaci* proximum constans 2. stirpibus vix distinctis.

1. *O. Lagopus* = Sw: fl: ind: occid: II. p. 1144. t. 23. (*Jamaica*, *Hispaniola*). Arbor 20-40-pedalis foliis amplissimis; flores pallide rufi. Cult: in H. Ripul: nondum floruit.

Obs: geographica circa *Bombaceas*.

*Bombaceæ* per orbem sparsæ enumerantur a DC. 559. omnes intratropicales.

# Ordo XXVI.

## BYTTNERIACEÆ

(Brown cong: = Kuntk diss: Malvac: p. 6. = DC. Prodr: I. 481. = *Sterculiaceæ*, *Hermanniaceæ* alior: = *Sterculiaceæ Sterculieæ* Schott et Endlich l. c. pro sola I. trib: Candoleana.)

*Obs:* Ordo uti præcedens adhuc obscurus sistens 35. genera ex DC. quorum plura ad *Malvaceas*, nonnulla ad *Tiliaceas* Juss: spectantia, alia incertæ sedis, vel alterius familiæ juxta variam Auctorum taxonomiam sc: *Sterculiacearum*, *Hermanniacearum*, *Pentapetearum*, *Lasiopetalearum* etc., pleraque monadelpha sed numero staminum varia, aliqua staminibus liberis. Nonne satius fuisset ad confusionem tollendam omnia ad *Malvaceas* referre et certas ac determinatas divisiones indicare? Interim retineo Tribus a DC. statutas.

### Trib: I. *Sterculieæ*.

I. Sterculia Lin: gen: n. 1086. = Lam: ill: t. 736. (Inter *Malvaceas* Juss:; *Sterculiaceas* Kunth, Spr:; *Gynandr: dodecandr:* L.; *Monadelph: dodecandr:* Spr:).

» *Cal:* coriaceus 5-partitus. *Pet:* o. *Urceolus* sta-
» minum stipitatus vel sessilis 5-dentatus dentibus sin-
» gulis 2-3-antheriferis. *Styl:* 1. subulatus. *Carpella*

» follicularia 5 (vel abortu pauciora) 1-locularia oli-
» gosperma superne dehiscentia. »

*Obs:* Genus constans ex DC. 27. stirpibus calidarum regionum incolis plerisque non satis notis.

1. *St: Helicteres* = Pers: ench: II. p. 240. (*Nov: Granata*). Arbor: = 2. *St: platanifolia* = L. suppl: 423. (*Japon:*, *China*, *Arabia*). Arbor: Culta in H. Ripul: sub dio floret sed fructus non refert.

II. Heritiera Ait: h. Kew: III. p. 546. non alior: = Gærtn: fr: II. p. 94. t. 99. sub *Balanopteride Tothila* (Inter *Sterculiaceas Sterculieas* Schott et Endlich l. c.; *Monadelph: decand:* Spr: ).

» *Flores* polygami. *Cal:* 5-dentatus. Masc: *Stam:*
» 5-10. monadelpha. Hermaphr: *Antheræ* 10. sessiles,
» 2. intra singula germina. *Styl:* 5. *Carpella* 5. (nuces
» Gaertn:) demum drupaceo-coriacea in fructum in-
» dehiscentem abortu 1-spermum conversa. »

*Obs:* Genus constans 2-3. stirpibus vix distinctis, arboreis, *Ind:* orient: incolis, folia simplicia alterna lepidota gerentibus.

1. *H. litoralis* = Ait: l. c. (*Ceylan:*, *Molucc:*, *Philipp:*). Cult: in H. Ripul: nondum floruit.

## Trib: II. *Byttneriæ.*

III. Abroma Lin: fil: suppl: 341. = Lam: ill: t. 636. 637. (Inter *Malvaceas* Juss: ).

» *Cal:* 5-sepalus persistens. *Pet:* 5. unguibus for-
» nicatis laminis ciliatis. *Urceolus* staminum polya-
» delphus fasciculis 5. triantheriferis, 5. alternis pe-

» taloideis. *Styl*: 5. *Carpella* 5. coalita in capsulam » oblongam truncatam mucronatam 5-alatam 5-loculo- » larem superne dehiscentem polysperma. »

*Obs*: Genus constans 2 - 3. stirpibus fruticosis vix distinctis foliis mollissimis cordatis plus minusve lobatis.

1. *A. augustum* = L. suppl: 341. (*Ind*: orient:). Cult: in H. Ripul: = 2. *A. fastuosum* = Brown in H. Kew: ed: 2. v. IV. p. 409. non Jacq: (Ins: *Molucc*:, *N. Holland*:). Vix differt a priori ramis *muricatis*, foliis evidentius *pubescentibus*, et capsulæ angulis exterioribus magis *elongatis*.

IV. Buttnera Lin: gen: n. 268. = Lam: ill: t. 140. (Inter *Malvaceas* Juss:; *Pentandr*: *monog*: L., Spr:).

» *Cal*: 5-fidus caducus. *Pet*: 5. basi saccata apice » 3-loba lobo medio in ligulam (*mucronem* DC., *se-* » *tam* Spr:) producto. *Stam:* 10. filamentis basi con- » natis 5. sterilibus petaloideis, 5. fertilibus 2-an- » theriferis subulatis. *Styl*: 1. *Stigm*: sub - simplex. » *Capsula* 3-5-valvis sub-echinata loculis 1-spermis. »

*Obs*: Genus satis naturale præsertim forma petalorum et fructus, qui tamen in nonnullis stirpibus inermis (*Rubingia* R. Brwn), constans 18 - 20. speciebus exoticis fruticosis (exceptis *B. herbacea* et *grandifolia*) in calidariis europeis rarissimis. Cons: A. S. Hill: in ann: sc: nat: 1825. Octobr: p. 134.

1. *B. ovata* = Lam: dict: I. p. 522.; ill: t. 140. f. 1. (*Peruvia*). Specim: communicatum a cl: Perretio sub nomine *Ayeniæ spinosæ* H. Paris:

V. Ayenia Lin: gen: n. 1020. = Lam: ill: t. 732. (Inter *Malvaceas* Juss:; *Gynandr: pentandr:* L.; *Pent: monog:* Spr:).

» *Cal:* 5-fidus. *Pet:* 5. unguiculata apice laminis » stellam glanduliferam efformantibus. *Stam:* ut in *Buttnera* sed fertilia monantherifera. *Styl:* 1.; *stigm:* 5-» lobum. *Fructus* ex carpellis 5. arcte conniventibus » 2-valvibus 1-spermis. »

*Obs:* Genus *Buttneræ* valde affine constans 5-6. stirpibus *Americæ* calidioris incolis suffruticosis vel herbaceis.

1. *A. pusilla* = L. sp: 1354. (Ins: *Caribæis, Peruvia*). Herbacea.

Trib: III. *Lasiopetaleæ.*

VI. Thomasia Gay diss: 20. = *Lasiopetali* spec: Sm: et aliorum.

» *Cal:* corollinus 5-partitus persistens bracteis 3. » suffultus. *Pet:* 5. minima vel o. *Stam:* 5. aut 10. » quorum 5. alternatim sterilia basi plerumque con-» nata antheris rima laterali dehiscentibus. *Styl:* 1. » *Capsula* 3-valvis 3-sperma. *Sem:* strophiolato-» crenata. »

*Obs:* Genus habitum proprium præseferens, a *Byttneriaceis* ceterisque affinibus valde diversum, constans 5. stirpibus cum ceteris *Lasiopetaleis* *N. Holl:* incolis. Frutices elegantissimi stipulis foliaceis persistentibus, foliis tomentosis, floribus racemosis.

1. *Th: solanacea* = Gay diss: p. 26. t. 6. (*N. Holl:*

ora australi-occidentali). Filamenta 10.; flores corollati; folia margine et subtus ferrugineo-tomentosa. Cult: in H. Ripul:

### Trib: IV. *Hermannieæ.*

VII. Melochia Lin: gen: n. 829. = Lam: ill: t. 571. (*Malvaceæ* Juss:; *Hermanniaceæ* Kunth; *Monadelph*: *pent*: L.).

» *Cal:* 5 - fidus nudus vel bracteatus persistens. » *Pet:* 5. patentia. *Stam*: 5. basi connata. *Styl:* 5. » *Carpella* 5. in fructum capsularem 5 - locularem » connata, valvis medio septiferis, loculis sub - 1 - » spermis (inflorescentia constanter *oppositifolia*). »

*Obs*: Genus *Malvaceis* magis quam *Byttneriaceis* affine, habitu proprio et cum ceteris *Hermannieis* communi, jam *Visenæ* plures sistens species, modo 5. tantum fruticosas et *Indiarum* incolas.

1. *M. pyramidata* = L. syst: 510. (*Ind:* occid:). Cult: in H. B. T. Specim: ex *Brasilia* communicata a cl: Martio staturam referunt duplo majorem; flores ex sicco flavi. = 2. *M. tomentosa* = L. sp: 932. (*Ind:* occid:, *Amer*: austr:). Huc pertinent sec: Spr: *M. frutescens* Jacq:, *Turpiniana* et *macrophylla* H. et B. Specim: meum ex Balbisio sub nomine *M. tomentosæ* evidentius pertinet ad *macrophyllam*, sed a sequentibus non differt nisi foliis majoribus, ac umbellis axillaribus multifloris glomeratis; specim: aliud sine nomine triviali e cl: Martio in *Brasilia* lectum pertinet ad *M. frutescentem* Jacq: obs: II. p. 22. t. 24., et differt tantum foliis minoribus ac umbellis laxio-

ribus paucifloris; demum specim: ex cl: Spinio *M. Turpiniana* inscriptum differt foliis sub-inæquilateris ac inflorescentia terminali paniculata: an igitur hæc admittenda tamquam species distincta? Tunc diagnosis DC. Prodr: I. 490. emandanda ut sequitur: « *M.* » foliis sub-inæquilateris ovatis acutis basi sub-cor- » datis inæqualiter crenato-serratis supra puberulis » subtus tenuiter canescenti-tomentosis, panicula ter- » minali foliolosa ramis umbellatis multifloris (flores » ex sicco flavi). » Nob:

*Melochia dubia.*

3. *M. lilacina* = Mart: hb:? Missa sub hoc nomine a cl: Martio distinctam speciem constituere videtur quam ita definio: « *M.* foliis sub-orbiculatis » sub-undulatis duplicato-argute serratis utrimque » canescenti-tomentosis, pedunculis axillaribus umbel- » liferis 8-10-floris petiolo longioribus. » Nob: Differt a ceteris præsertim caule arboreo rigidissimo, et foliis orbiculatis. Hab: in *Brasilia.*

VIII. Visenia Houtt: pfl: syst: VI. p. 287. = *Riedlejæ* Vent: et DC.; *Mongeotiæ* Kunth; et *Melochiæ* species Auctorum (*Monad: pent:*; *Hermanniaceæ* Spr:).

» *Capsula* 5-cocca, coccis sub-1-spermis. Cetera » ut in *Melochia* (inflorescentia varia). »

*Obs*: Genus habitum *Melochiæ* referens et vix ab ea distinctum forma fructus, constans 23. stirpibus ex DC. sub *Riedleja*, 18. ex Spr: sub *Visenia.*

1. *V. nodiflora* = Spr: syst: III. 30. (*Ind:* occid:, ins: *Mascaren:*). Suffrutex varians foliis glabris vel

sub-villosis (*Melochia borbonica* Cav:). Cult: in H. Ripul: c. sequenti. = 2. *V. corchorifolia* = Spr: syst: III. 30. (*Ind*: orient:). Ann:

### *Viseniæ dubiæ.*

3. *V. spicata* « Foliis ovatis inæqualiter serratis » scabris subtus canescenti-tomentosis, capitulis ter- » minalibus spiciformibus coarctatis calycibusque bra- » cteatis hispidis. » Nob:

*Obs:* Missa cum duabus sequentibus a cl: Martio e *Brasilia* sub *Melochia* sine nomine specifico, distinctas species constituere puto ad *Viseniam* potius referendas tum ex structura fructus, cum ob inflorescentiam *terminalem* nec *oppositifoliam*. *Caulis* herbaceus? erectus, teres, hispidulus, ramosus. *Folia* patentia, petiolata, ovata, inæqualiter serrata, utrinque scabra subtus pallidiora; *petioli* lineares, teretes, hispiduli. *Flores* sessiles in capitulum terminale spiciforme coarctatum dispositi. *Calyces* bracteati; laciniæ calycinæ longe setosæ. *Corolla* parva ex sicco flava. Inflorescentia accedere videtur ad *V. hirsutam* (Spr: syst: III. 30.), sed differt præsertim foliis reapse *ovatis scabris*, nec *ovato-oblongis acutis villosissimis*.

4. *V. scabra.* « Foliis sub-rotundis crenatis scabris » obsolete ciliatis, stipulis sub-nullis, umbellis pe- » dunculatis axillaribus terminalibusque paucifloris. » Nob:

*Obs*: Tota planta scabra. *Caulis* suffruticosus, erectus, rigidus, teres, ramosus. *Folia* patentia, rigidiuscula, petiolata, sub-rotunda, crenata, quandoque ciliis rarissimis ad nervos præsertim adspersa; *petioli*

folio 1-2-breviores; *stipulæ* superfoliaceæ brevissimæ vel nullæ. *Flores* in umbellas pedunculatas axillares terminalesve dispositi. *Corolla* mediocris ex sicco flava. Accedit ad *V. crenatam* (Spr: syst: III. 30. n. 13), sed differt præcipue foliis *scabris* rarissimeque *ciliatis*, non *tomentosis* nec *lineatis*.

5. *V. ferruginea*. « Foliis subrotundo - ovatis inæ-
» qualiter serratis utrinque scabro-ferrugineis, stipulis
» sub-nullis, umbellis pedunculatis terminalibus coar-
» ctatis paucifloris. » Nob:

*Obs*: Priori valde affinis, sed distinguitur foliis potius *ovatis* quam *sub-rotundis*, inæqualiter *dentatis* non reapse *crenatis*, ac præsertim colore ferrugineo, umbellis valde coarctatis, ut capitulum potius constituant, corolla demum minori.

IX. Waltheria Lin: gen: n. 827. = Lam: ill: t. 570. (Inter *Tiliaceas* dubias Juss: ; *Monad*: *pentand*: , *Hermanniaceæ* Spr: ).

» *Cal*: 5 - fidus bracteis 3. deciduis semicinctus.
» *Capsula* 1-cocca 1-sperma 2-valvis. Cetera ut in
» *Melochia*. »

*Obs*: Genus a duobus præcedentibus vix distinctum, constans 12. stirpibus ex DC., 9. ex Spr:, *Malvaceis* affine juxta Jussieui observationem, sed distinctum *corculo* non *corrugato*, fructu 1-*spermo* et tubo staminum non *columnari*, ex quibus *Tiliaceis* magis accedere existimavit. Sed quoad fructum monuit DC. rectius esse compositum ex carpellis 5., quorum 4. abortiva, 1. superstes!

1. *W. americana* = L. sp: 941. (*Ind*: occid:, *Amer*:

austr: ). Frutex. Variat capitulis pedunculatis, sessilibusque secus observ: DC. Prodr: I. 492., quæ ultima varietas vix a *W. indicā* distinguitur dentibus foliorum acutis, in *indica* obtusis. Specim: tamen meum ex planta culta in H. B. T. capitula refert sessilia, dentes in aliquibus foliis obtusiusculos, in aliis acutos, quod observatur etiam in icone Lam: ill: t. 570. f. 2. An igitur *W. americana* et *indica* tamquam solæ varr: habendæ uti observavit cl: Brown?

*Waltheriæ dubiæ.*

2. *W. urticæfolia* = Mart: hb: « Foliis cordatis late » ovatis argute et inæqualiter serratis acutis supra » punctato - scabriusculis subtus albido - tomentosis, » capitulis axillaribus terminalibusve pedunculatis » paucifloris (flores magni ex sicco flavi). » Nob: Hab: in *Brasilia* ad cap: *Frio*.

3. *W. Martii.* « Foliis sub-cordatis ovatis obtuse- » crenatis sub-plicatis utrinque petiolisque folio paullo » brevioribus velutinis subtus albidioribus, capitulis » axillaribus breviter pedunculatis paucifloris, caly- » cibus villosis (flores parvi ex sicco flavi). » Nob: Communicata a cl: Martio sine nomine specifico ex *Brasilia*.

X. Hermannia Lin: gen: n. 628. = Lam: ill: t. 570. (Inter *Tiliaceas dubias* Juss:; *Monandr: pent:*, *Hermanniaceæ* Spr:).

» *Cal*: campanulatus 5-fidus plus minusve inflatus » ebracteatus. *Pet*: 5. sub-obliqua unguibus convo- » lutis. *Stamina* 5. filamentis dilatatis basi coalitis.

» *Styli* 5. in unum approximati. *Caps*: 5 - locularis » 5-valvis polysperma. »

*Obs*: Genus *Melochiæ* valde proximum sistens 42. stirpes ex DC., 36. ex Spr: fruticulosas, omnes *C. B. S.* incolas, flores sæpius flavos axillares terminalesve gerentes, divisum in 2. sectiones prout calyx est valde inflatus et filamenta ample dilatata (*Trionella* DC.), vel calyx vix inflatus ac filamenta non sensim dilatata (*Hermanella* DC.).

1. *H. micans* = Schr: et Wendt: sert: Hann: p. 11. t. 5. Calyx manifeste inflatus, hinc male inter *Hermanellas* a DC. enumerata Prodr: I. 494.; folia sunt dense tomentosa ac subtus præsertim splendide flavescentia; pedunculi fasciculati nutantes. = 2. *H. angularis* = Jacq: h. Schoënbr: I. p. 68. t. 126. In hac pariter calyx valde inflatus etsi a DC. ad *Hermanellas* amandata; folia non sunt mucronata ut in diagn: Spr: nec omnia truncata, sed sæpius apice rotundata; pedunculi terminales sub-fasciculati 2-flori. = 3. *H. hyssopifolia* = L. sp: 942. Vix differt a priori calycibus non angulatis. = 4. *H. scabra* = Cav: diss: VI. p. 331. t. 182. f. 2. Calyx non inflatus; racemi terminales, pedicelli cernui 1-2-flori, flores minimi. = 5. *H. hirsuta* = Schr: et Wendt: sert: Hann: p. 10. t. 4. Valde præcedenti affinis; rami potius *hirsuti* quam *scabri*; stipulæ et racemi *breviores*. Cult: in H. Ripul: c. sequenti. = 6. *H. denudata* = L. fil: suppl: 301. Tota glabra; folia floralia integerrima; racemi terminales foliolosi sub-secundi sub-nutantes.

XI. Mahernia Lin: mant: 59. = Lam: ill: t. 218. (Inter *Tiliaceas dubias* Juss:; *Monad*: *pent*: Spr: ).

» *Pet*: limbo non ungue convoluta. *Filamenta* me-
» dio in tuberculum cordatum aut in cupulam (*ne-*
» *ctarium* W.) dilatata. Cetera ut in *Hermannia*. »

*Obs*: Genus a L. et W. ad *Pentandr*: *monog*: male relatum, filamenta enim basi evidenter monadelpha, ab *Hermannia* præsertim distinctum staminum structura; habitus etiam fere proprius in stirpibus folia pinnatifida gerentibus. Species 18-20. fruticulosæ ex *C. B. S.* Flores sæpius flavi, quandoque rubri, raro albi.

1. *M. glabrata* = Cav: diss: VI. p. 326. Pedunculi 2-flori longissimi sec: Cav: et DC.; in specim: meis flores sunt in racemos terminales dispositi; pedicelli breves 1-flori; flores flavi nutantes. Cult: in H. Ripul: c. seq: = 2. *M. pinnata* = L. syst: 253. Pedunculi capillares elongati 2-flori; flores flavi.

## Trib: V. *Dombeyaceæ*.

XII. Pentapetes Lin: gen: n. 834. = Lam: ill: t. 576. (Inter *Malvaceas* Juss:; *Monad*: *dodec*:, *Pentapeteæ* Spr:).

» *Cal*: 5-partitus caducus involucro 3-phyllo cin-
» ctus. *Pet*: 5. *Stam*: monadelpha 20. quorum 5.
» sterilia petaliformia. *Styl*: 5-fidus. *Caps*: 5-locularis
» 5-valvis polysperma. »

*Obs*: Genus modo constans unica specie sequenti.

1. *P. phœnicea* = L. sp: 958. (*Ind*: orient:). Ann:, forsan suffruticosa in loco natali. Flores elegantissimi punicei. Cult: in H. Ripul:

XIII. Dombeya Cav: diss: III. p. 121. = Gærtn: fruct: II. p. 259. t. 137. non Lam: (Inter *Malvaceas* Juss: ; *Monad*: *dodec*:, *Pentapeteæ* Spr:).

» *Cal*: persistens. *Carpella* 5. 2-valvia in capsulam » coalita. Cetera ut in *Pentapete*. »

*Obs*: Genus priori valde affine cum quo sæpius confusum, modo sistens 10. species ins: *Mascaren*: incolas, nec confundendum cum *Dombeya* Lam: (*Colymbea* Salisb:) vel cum *Dombeya* Herit: (*Tourretia* Domb: ).

1. *D. ferruginea* = Cav: diss: III. p. 128. Cult: in H. Ripul: ; folia adulta subtus tomentosa sed non amplius ferruginea.

XIV. Melhania Forsk: descr: 64. (Inter *Malvaceas* Juss:; *Monad*: *pent*:, *Pentapeteæ* Spr: ).

» *Stam*: 10. quorum 5. alterna fertilia 1-2-anthe- » rifera, 5. sterilia longiora. Cetera *Dombeyæ*. »

*Obs*: Genus a duobus præcedentibus et a sequenti vix distinctum (satius omnia conjungenda sub *Pentapete* uti antiquiori), modo sistens 6 - 7. species intratropicales.

1. *M. ovata* = Spr: syst: III. 32. Sub *Pentapete* DC. Prodr: I. 498. (*Nov*: *Hispania*). Ann: Cult: in H. Ripul: Stylus 5-partitus, non styl: 5. uti in DC.

XV. Pterospermum Schreb: gen: n. 2124. = Lam: ill: t. 576. (*Monad*: *dodec*:, *Pentapeteæ* Spr:).

» *Cal*: sæpius nudus. *Capsula* lignosa. *Sem*: alata.
» Cetera ut in *Pentapete*. »

*Obs*: Genus nunc constans 2-4. stirpibus fruticosis ex *India* orientali.

1. *Pt*: *acerifolium* = W. sp: III. 729. Frutex elegantissimus; flores magni, petala oblonga flava. = 2. *Pt*: *suberifolium* = W. sp: III. 728. Flores valde minores quam in priori. Cult: in H. Ripul:

## Trib: VI. *Vallichieæ*.

XVI. Astrapæa Lindl: coll: bot: t. 14. (*Monad*: *icos*:, *Pentapeteæ* Spr:).

» *Flores* umbellati involucro communi polyphyllo
» cincti foliolis 2. exterioribus oppositis. *Cal*: 5-se-
» palus 1-bracteatus. *Pet*: 5. convoluta. *Stam*: mo-
» nadelpha 25. quorum 5. sterilia. *Styl*: 1. *Stigm*: 5-
» ovatum 5-loculare. *Fructus* ? »

*Obs*: Genus novum elegantissimum præcipue ob inflorescentiam in umbellam maximam terminalem.

1. *A*. *Wallichii* = Lindl: coll: bot: t. 14. non Ker: (*Ind*: orient:, *Madagasc*:). Specim: optimum communicatum a cl: Schultesio ex *Calcutta* = 2. *A*. *penduliflora* = DC. not: sur quelque plante etc. 1828. p. 8. Colla H. Ripul: app: IV. p. 35. (*Ind*: orient: ). Differt a priori præsertim foliis *regulariter serratis*, stipulis evidenter *undulatis* nec *planis*. Cult: in H. Ripul: sub nomine *A*. *Wallichii*, nondum floruit. Ve-

ram *A. Wallichii* Lindl: cultam haud esse in hortis europæis putat cl: DC. l. c. = 3. *A. viscosa* = Sweet: h. Brit: p. 58. Colla h. Ripul: app: IV. p. 35. sub *A. triloba* (*Madagasc*:). Differt a præcedentibus statura undique minori, caule foliisque viscosis, foliis reapse 3-lobis lobis valde acuminatis. Cult: in H. Ripul: ubi nondum floruit.

Obs: geographica circa *Byttneriaceas*.

*Byttneriaceæ* per orbem sparsæ enumerantur a DC. 219. omnes exoticæ.

---

## Ordo XXVII.

### TILIACEÆ

(Juss: gen: p. 289. excl: §. 1. = DC. Prodr: I. 503. = I. S. Hill: I. p. 90. t. 88. excl: I. sect:)

*Char: essent:*

» *Cal*: 4-5-sepalus per æstivationem valvatus. *Pet*: » totidem sepalis alterna ad unguem sæpius foveolata » rarissime 0. *Stam*: libera sæpius indefinita. *Ovar*: » stipitatum stipite glandulifero carpellis 4-10. coa- » litis constans totidemque stylis coalitis terminatum. » *Capsula* multilocularis loculis 2-poly-spermis. *Album*: » carnosum. *Embr*: rectus. »

*Obs*: Ordo satis naturalis *Malvaceis*, *Bombaceis*, et *Byttneriaceis* valde affinis, distinctus tamen præsertim staminibus *liberis* sæpius polyandris nec *adelphis*, ex quo recte cl: DC. exclusit sectionem I. Juss: sistentem plantas monadelphas; nec inter *Berberideas* et *Rutaceas* collocandus, a quibus habitu præcipue toto cœlo differt, sed medium tenere debet inter *Byttneriaceas* et *Elæocarpeas*, nisi malis (quod satius esset) de *Tiliaceis* et *Elæocarpeis* unum tantum ordinem constituere. Genera 23. ex DC. fere omnia exotica; arbores, frutices, rarius herbæ foliis simplicibus 2-stipulatis floribus axillaribus.

I. Sparmannia Thunb: nov: gen: 88. = Lam: ill: t. 468. manca pro genere.

» *Cal*: 4-sepalus. *Pet*: 4. longiora. *Stam*: polyan-
» dra exteriora abortientia. *Caps*: echinata 5-angula-
» ris 5-locularis loculis 2-spermis. »

*Obs*: Genus modo constans unica specie sequenti.

1. *Sp*: *africana* = L. fil: suppl: 265. (*Afr*: austr:). Frutex elegantissimus; flores in umbellas maximas terminales vel axillares dispositi; petala alba, filamenta sterilia flavo et fusco mixta. Cult: in H. Ripul:

II. Heliocarpus Lin: gen: n. 606. = Lam: ill: t. 409.

» *Cal*: 4-sepalus coloratus. *Pet*: 4. breviora. *Stam*:
» dodecandra omnia fertilia. *Caps*: stipitata sub-com-
» pressa 2-locularis 2-sperma margine utrinque ciliis
» radiato-plumosis ornata. »

*Obs*: Genus sistens species 2. americanas fruticosas.

1. *H. americanus* = L. sp: 643. (*N. Hispan:*). Cult: in H. Ripul:

III. Corchorus Lin: gen: n. 675. = Lam: ill: t. 478.

» *Cal*: 5-sepalus deciduus. *Stam*: polyandra. *Styl*:
» sub-nullus. *Stigm*: 1 - 5. *Caps*: siliquæformis vel
» sub-globosa apice nuda vel rarius in cornua desi-
» nens 2-5-locularis 2 - 5 - valvis valvulis medio se-
» ptiferis. »

*Obs*: Genus polymorphum, in plures sectiones divisum ex fructus structura, constans 25. stirpibus circiter quarum plures non satis notæ; herbæ vel rarius suffrutices floribus axillaribus luteis.

1. *C. siliquosus* = L. sp: 746. (*Amer*: merid: ). Perenn: basi fruticulosus. Capsula 2 - valvis linearis ecornis stigmatibus 3. coronata. = 2. *C. hirtus* = L. sp: 747. (*Amer*: merid:, *Japon*:). Perenn:? Differt a priori foliis latioribus capsulisque piloso-hirtis subfalcatis muticis. = 3. *C. trilocularis* = L. mant: 77. (*Arabia*). Ann: Capsula 3-valvis ecornis; flores minimi = 4. *C. olitorius* = L. sp: 746. (Inter *Tropicos*). Ann: Flores mediocres sub-sessiles; capsula 5-valvis ecornis stigmat: 5. coronata. = 5. *C. æstuans* = L. sp: 746. non Forsk: (*Amer*: calidior:) Ann: Capsula 3-valvis ecornis; styli 3. brevissimi 2-fidi.

*Corchori dubii.*

6. *C. brasiliensis* = Marth: hb: Missus sub hoc nomine a cl: Martio, optimam novam speciem constituere videtur faciem *Turneræ ulmifoliæ* præseferentem. Pertinet ad I. sectionem (*Coreta* DC.) et sic

definiri potest: « *C.* foliis sub-fasciculatis lanceolatis » acutis æqualiter argute serratis molliter sub-tomentosis subtus albidiusculis, pedunculis 1-floris, capsulis oblongis compressiusculis angulatis 2-valvibus » scabriusculis. » Nob: (*Brasilia, Campos novos*).

IV. Triumfetta Lin: gen: n. 600. = Lam: ill: t. 400. (*Triumfettæ* et *Bartramiæ* sp: Auctor:).

» *Cal*: 5-petalus deciduus. *Pet*: 5. vel raro nulla. » *Stam*: dodecandra. *Styl*: 1. apice 2-fidus. *Capsula* » 4-locularis loculis 1-2-spermis setis apice uncinatis echinata. »

*Obs*: Genus constans 29. stirpibus ex DC., quarum 5. non satis notæ, 22. ex Spr:, facile in 2. sectiones dividendum floribus *corollatis* (*Bartamea* DC., *Bartramia* Gaertn:), et *apetalis* (*Lappula* DC.); frutices vel rarius herbæ habitu proprio regiones calidiores incolentes et pedunculos axillares 1-5-floros gerentes.

1. *Tr*: *angulata* = Lam: dict: III. p. 421.; ill: t. 400. f. 2. sub *Bartramia* (*Ind*: orient:). Fruticulosa. Flores corollati minimi glomerati non tantum in axillis foliorum sec: Auctores, sed etiam in spicam terminalem; ita adparent in specim: meo ex hb: Biroli misso a cl: Vahl sub nomine *Tr*: *Bartramia*, nec non in citata icone Lam: cum qua perfecte quadrat. *Tr*: *Bartramia* L. planta adhuc obscura. = 2. *Tr*: *semitriloba* = L. mant: 73. (*Ind*: occid:). Fruticosa. Flores corollati sub-glomerati minimi. Cult: in H. Ripul: = 3. *Tr*: *rhomboidea* = Jacq: amer: 147. t. 90. (*Ind*: occid:). Fruticosa. Flores corollati. = 4. *Tr*: *trichoclada* = Linck en: h. Ber: II. p. 5. (*Nepal*:).

Ann: Flores corollati. Huc pertinet *Tr: oblongata* Link sec: Spr: ; hoc nomine possideo specim: ex H. Ripul: flores terminales gerentia, qua nota distinguitur præsertim a *Tr: trichoclada;* an igitur tamquam distincta species admittenda? = 5. *Tr: Lappula* = L. sp: 637. (*Ind:* occid:). Fruticosa. Flores apetali glomerati vel racemosi.

V. Grewia Lin: gen: n. 896. = Lam: ill: t. 467.

» *Cal:* 5-sepalus intus coloratus deciduus. *Pet:* 5. » basi intus glandulosa vel squamulosa (nulla in *Gr: » apetala*). *Stam:* polyandra ex apice tori orta. *Styl:* 1. » *Stigm:* 4-fidum. *Drupa* 4-loba nucibus 2-loculari- » bus loculis 1-2-spermis. »

*Obs:* Genus, incluso *Micrococos* L., nunc constans 53. stirpibus ex DC., quarum nonnullæ non satis notæ, 45. ex Spr: ; frutices vel arbores *Ind:* orient: vel *Africæ* incolæ, foliis integris 3-7-nerviis, ex quo divisiones artificiales statutæ.

1. *Gr: nitida* = Juss: ann: II. p. 90. (*China*). Jam culta in H. B. T. sub nomine *Gr: orientalis,* pertinet reapse ad *Gr: nitidam*, folia enim *nitida* nec *sub-aspera*, sepala petala *æquantia* nec *triplo superantia.* Cult: in H. Ripul: ; species pulcherrima. = 2. *Gr: occidentalis* = L. sp: ed: 1. p. 964. (*Afr:* austr:). Culta in H. Ripul: = 3. *Gr: flava* = DC. cat: h. monsp: p. 113. (*Afr:* austr:). Flores parvi flavi. Cult: in H. Ripul: = 4. *Gr: orientalis* = L. sp: ed: 1. p. 964. (*Ind:* orient:). Specim: ex Bonjean valde dubium.

VI. Tilia Lin: gen: n. 660. = Lam: ill: t. 467.

» *Cal*: 5-partitus deciduus. *Pet*: 5. basi squamu-
» losa vel nuda. *Stam*: polyandra aut sub-polyadel-
» pha. *Styl*: 1. *Stigm*: sub-5-fidum. *Capsula* coriacea
» 5-locularis 5-sperma (abortu sæpius 1-locularis 1-
» 2-sperma). »

*Obs*: Genus inflorescentia prorsus singulari; ex foliorum axillis exsurgit ligula (*ala floralis* Auctorum) solitaria cujus nervo medio adnatus est pedunculus plus minusve longus in pedicellos plures corymbosos 1-floros sub-divisus. Species 8-10. arboreæ europææ vel americanæ. Petala in europæis nuda, in americanis basi squamulosa; folia indivisa plus minusve cordata.

† *Species europææ.*

❀ 1. *T. parvifolia* = Ehr: ex Sut: fl: helv: I. p. 317. = Spr: syst: II. 577. = Vent: diss: p. 4. t. 1. f. 1. sub *T. microphylla* (*Eur*: *Pedem*: in montanis sylvis sponte provenit All: n. 1627. sub *T. europæa*? Raram prope *la Mandria* nec alibi dicit Re fl: torin: I. p. 278.). Hic monendum, a D. Linnæo duas tantum fuisse constitutas *Tiliæ* species sc: *europæam* et *americanam*, at plures varietates de priori admisisse. Recentiores Botanici varietates istas, immo sub-varietates nonnullas tamquam distinctas species considerarunt, unde confusio maxima in hac polymorpha specie. *T. parvifolia* Ehr: pertinet ad *T. europæam* var: γ L. sp: 733.

❀ 2. *T. grandifolia* = Ehr: ex Sut: fl: helv: I.

p. 317. = Spr: syst: II. 578. = Vent: diss: p. 6. t. 1. f. 2. sub *T. platyphylla* (*Eur*: In collinis sylvis prope *Augustam Taurinorum* reperitur All: n. 1626. sub *T. europæa* var: *β*. In sylvis provinciæ *Albensis* invenit Berterus). Folia duplo majora quam in priori, et longe acuminata.

3. *T. rubra* = DC. cat: h. Monsp: p. 150. (*Tauria*). A priori vix diversa ramis petiolis venisque foliorum rubescentibus, fructibus globosis lævibus. An eadem ac *T. corallina* Ait: ? Tunc crescit etiam in sylvis orientalibus *Galliæ* sec: Bosch: dict: agr: 13. p. 139.; illam possideo sine fructu ex hb: Biroli sub nomine *T. hollandicæ* et tamquam var: *T. platyphyllæ* Vent:

††*Species americanæ.*

4. *T. glabra* = Vent: diss: p. 9. t. 2. (*Amer*: bor:). Hæc est vera *T. americana* L.; folia sunt basi oblique cordata. Cetera ut in diagnosi Auctorum. = 5. *T. pubescens* = Ait: h. Kew: II. p. 219. (*Amer*: bor:). Differt a priori præsertim foliis basi sub-truncatis, stylo petalis longiore, fructu lævi. = 6. *T. heterophylla* = Vent: diss: p. 16. (*Amer*: bor:). Distinguitur prima facie a præcedentibus foliis subtus albo-tomentosis, hinc a cl: Ait: *T. alba* dicta fuit. Cl: W. dubitavit stirpem non esse americanam quum Kitaibel in sylvis *Hungariæ* simillimam speciem invenisset; sed hæc a cl: DC. appellata fuit *T. argentea* ad tollendam confusionem, et differt ab *heterophylla* Vent: eadem ac *alba* Ait: foliorum venis *concoloribus* nec *ferrugineis*, stylis petala *æquantibus* non *superantibus*, fructibus *lævibus* nec *costatis*.

*Tiliæ dubiæ.*

7. *T. ferruginea* = H. Modoet: ? Possideo sub hoc nomine specimen sine flore *T. glabræ* habitum referens, sed folia gerit majora, longius acuminata, magis oblique cordata ac subtus venisque et petiolis ferrugineo-punctata; an ejusdem var: speciosa? Ex eodem H. Modoetiæ habeo alia specim: sub nomine *T. spec: nov:* forsan ad *T. heterophyllam* referenda, quæ valde polymorpha.

Obs: geographica circa *Tiliaceas.*

*Tiliaceæ* per totum orbem sparsæ sistunt ex DC. numero . . . . . . . . 149

*Tiliaceæ* pedemontanæ.

*Tilia* . . . . . . . 2

---

## Ordo XXVIII.

### ELÆOCARPEÆ

(Juss: ann: mus: II. p. 223. = DC. Prodr: I. 519.)

*Obs*: Ordo artificialis a *Tiliaceis* vix distinctus petalis lobatis et antheris apice 2-porosis, constans 7. generibus, quorum nonnulla valde obscura. Frutices arboresve exotici foliis alternis simplicibus.

I. Elæocarpus Lin: gen: n. 663. = Lam: ill: t. 459. (Inter *Guttiferas* Juss: gen: 258.).

» *Cal*: 5-sepalus. *Pet*: 5. apice fimbriato-laciniata
» vel lobata. *Stam*: dodecandra antheris 1-2. setige-
» ris. *Styl*: 1. *Drupa* nucleo plus minusve sulcato-
» rugoso intus 5-locularis vel abortu sæpius 1-lo-
» cularis. »

*Obs*: Species 10. sec: DC. et Spr:

1. *E. reticulatus* = Smith in Rees: cycl: ex Ker: bot: reg: t. 657. (*N. Holland*:). Cult: in H. Ripul: et missus sub falso nomine *Eriostemi dentati* sub quo sistit in nonnullis catalogis.

II. Tricuspis Pers: ench: II. p. 9. = R. et P. syst: p. 112. et Prodr: t. 36. sub *Tricuspidaria*.

» *Cal*: 5-dentatus. *Pet*: 5. tricuspidata. *Glandula*
» tori annularis 10-gona. *Stam*: dodecandra antheris
» muticis apice dehiscentibus. *Caps*: 3-locularis 3-
» valvis valvulis septiferis. »

*Obs*: Species unica.

1. *Tr*: *dependens* = Pers: l. c. (*Chili*). In specim: meo ex Bertero lecto in *Chili* prope *J. Fernandez* folia superiora tantum opposita adparent, inferiora evidenter alterna.

Obs: geographica circa *Elæocarpeas*.

*Elæocarpeæ* ex DC. sistunt numero 18., inter quas nullæ europeæ.

## Ordo XXIX.

### CHLENACEÆ

( Pet: Thou: syst: veg: afr: austr: p. 46. = DC. Prodr: I. 521. )

*Char: essent:*

» *Involucr*: 1-2-florum persistens. *Cal*: 3-sepalus. » *Cor*: 5-6-petala basi sub-coalita. *Stam*: indefinita » basi in tubulum sub-coalita. *Ovar*: liberum. *Styl*: 1. » *Stigm*: 3-lobum. *Caps*: 3-locularis loculis mono-po- » lyspermis. *Album*: carnosum? »

*Obs*: Ordo novus a Pet: Thou: statutus *Malvaceis* affinis, constans 8-10. stirpibus madagascariensibus in 4. genera divisis, quarum nullas possideo.

## Ordo XXX.

### TERNSTROEMIACEÆ

(DC. mém: soc: h. nat: Gen: vol. I. et Prodr: I. 523. = *Ternstroemieæ* Mirb:, Spr:)

*Char: essent:*

» *Cal:* 5-sepalus persistens sæpe bracteolatus. *Pet:* » totidem disco hypogyno inserta libera vel basi sub- » coalita. *Stam:* indefinita petalis sub-adnata. *Ovar:* » liberum. *Styl:* 2-5. *Fructus* sicco-baccatus indehi- » scens vel capsularis dehiscens loculis polyspermis » tot quot styli. *Semin:* in veris *Ternstroemiaceis* » (Trib: I. *Ternstroemieæ* DC.) ad placentam cen- » tralem adfixa parce carnoso-albuminosa. *Embr:* teres. » *Plumula* inconspicua. *Radicula* hilo adversa. »

*Obs:* Ordo sub-incertus ob fructus non satis notos fatente DC., accedens ad *Camelliæas* et *Ebenaceas*, sistens 13. genera exotica altera ad *Malvaceas*, *Tiliaceas*, *Aurantias* vel *incertæ sedis* a Juss: relata, altera postea detecta, fere omnia *polyandra*, nonnulla *adelpha*, unum (*Eurya*) *dodecandrum*. Arbores vel frutices exotici foliis alternis exstipulatis coriaceis indivisis; flores axillares vel terminales.

I. Ternstroemia Lin: fil: suppl: 39. = Lam: ill: t. 456. (Inter *Aurantiis* affines Juss:).

» *Cal:* 2-bracteolatus. *Pet:* polyandra biserialia. » *Styl:* 2. in 1. coaliti. *Bacca* exsucca 2-locularis lo- » culis 3-4-spermis. »

*Obs*: Genus constans speciebus 24. ex DC. quarum multæ valde dubiæ, 9. ex Spr: fere omnibus americanis.

1. *T. brevipes* = DC. Mém: soc: h. nat: et Prodr: I. 523. Colla h. Ripul: t. 38. (*Amer*: calidior:). Arbor elegantissima cult: in H. Ripul: ubi modo abunde floret Jun: - August:

II. Malachodendron Cav: diss: V. p. 303. f. 2. = Lam: ill: t. 593. (Inter *Malvaceas* Juss:).

» *Cal*: 1-bracteatus. *Pet*: crenulato-lacera. *Stam*: » polyandra basi in urceolum sessilem connata. *Styl*: » 5. *Stigm*: capitata. *Carpella* 5. 1-sperma in capsu- » lam connexa. *Semina* triquetra. »

*Obs*: Genus confusum a L. cum *Stewartia* a qua differt staminibus basi monadelphis, stylis 5. non 1., fructu multi-capsulari, modo constans sola specie sequenti.

1. *M. ovatum* = Cav: l. c. (*Virginia*). Frutex elegans floribus solitariis sub-sessilibus magnis.

III. Gordonia Lin: gen: ed: Schreb: n. 1144. = Lam: ill: t. 594. (Inter *Malvaceas* Juss:).

» *Cal*: coriaceus nudus vel raro bracteatus. *Pet*: » basi et staminum urceolo coalita. *Stam*: polyandra » basi in urceolum sessilem connata vel raro libera. » *Styl*: 1. rarius 5. *Caps*: 5-locularis 5-valvis loculis » 2-spermis. *Sem*: alata. »

*Obs*: Genus sistens 4-5. species facie affines sed diversas stylorum numero et staminibus quandoque liberis, ex quibus divisum a DC. in 3. sectiones.

1. *G. Lasianthus* = L. mant: 570. (*Carolina, Florida*). Frutex elegans. Pertinet ad I. sectionem (*Lasianthus* DC.). Cult: in H. Ripul: = 2. *G. pubescens* = Pursh: fl: bor: amer: 451. (*Carolin*: merid:, *Georgia*). Variat foliis subtus glabriusculis (*G. Franklini* Herit: stirp: I. p. 156.). Pertinet ad III. sectionem (*Lachatea* DC.). Cult: in H. Ripul: sub nomine *Lachateæ floridæ* Salisb:; flores non obtinui. = 3. *G. anomala* = Spr: syst: III. 126. (Ins: freti *Malacc*:). Ad *Camelliæ* genus relata a DC. Prodr: I. 529.; calyx bracteatus, styl: 1.; capsula tamen 5-locularis loculis plejospermis: an igitur genus medium inter *Lasianthum* et *Camelliam?* Cult: in H. Ripul: sub nomine *Camelliæ axillaris*.

Obs: geographica circa *Ternstroemiaceas*.

*Ternstroemiaceæ* ex DC. sistunt numero 54., inter quas nullæ europææ.

# Ordo XXXI.

## CAMELLIEÆ

(DC. Th: élém: et Prodr: I. 529. = *Theaceæ* Mirb: = *Aurantiis et Meliis* affines Juss:)

*Obs*: Ordo habitu haud differens a *Ternstroemiaceis*, a quibus distinguitur tantum semine *exalbuminoso*, sistens 2. genera vix distincta. Frutices vel arbores sempervirentes *Ind*: orient: incolæ.

I. Camellia Lin: gen: n. 848. = Lam: ill: t. 594.

» *Cal*: imbricatus. *Pet*: 5-9. *Stam*: basi sub-poly-
» adelpha. *Styl*: 3-6. plus minusve coaliti. *Caps:* 3-
» locularis 3-valvis 3-sperma. *Semina* axi demum li-
» bero adfixa. »

*Obs:* Genus elegantissimum constans 3-5. stirpibus. Cons: tamen Booth: in bull: un: 1831. p. 221.

1. *C. japonica* = L. sp: 982. (*Japon*:, *China*). Variat multimode colore, magnitudine et plenitudine florum. Frutex inter omnes elegantissimus et nunc ubique cultus; Ripulis sub dio hyeme quandoque perdurat. = 2. *C. Sesangua* = Thb: fl: Jap: p. 273. t. 30. (*Japon*:, *China*). Variat uti prior, a qua differt præsertim statura undique minori ac petalis emarginatis. Cult: in H. Ripul:; typum flore simplici numquam vidi. = 3. *C. Kissi* = Wall: asiat: res: 13. (*Nepal*:). Accedit magis ad *C. Sasanguam* quam ad *japonicam*; ab utraque differt præcipue floribus 3-

stylis; an variet ignoro. Specim: meum ab Huguenin communicatum ex planta culta in H. Burdinii flores habet simplices paullo minores quam in priori, petala spathulato-oblonga sub-emarginata albo-rosea, stamina petalis parum breviora vix basi monadelpha, ovarium lanuginosum.

II. Thea Lin: gen: n. 668. = Lam: ill: t. 474.

» *Cal*: 5-6-partitus. *Pet*: 5-9. imæ basi sub-cohæ-
» rentia 1-2-serialia. *Stam*: polyandra vel basi vix
» monadelpha. *Styl*: 3. coaliti. *Caps*: dehiscens vel
» indehiscens 3-locularis 3-valvis 3-sperma septis e
» valvularum marginibus introflexis formatis. »

*Obs*: Genus constans 3. stirpibus præsertim distinctis ex numero petalorum, et fructus dehiscentia vel indehiscentia.

1. *Th. chinensis* = Sims bot: mag: t. 998. (*China* austr: et med:, *Japon*: ). Huc pertinent duæ species Linnæanæ *Th: viridis* et *Th*: *Bohea*, quæ differunt tantum floribus enneapetalis et foliis longioribus in priori, floribus hexapetalis et foliis brevioribus in altera. Cult: in H. Ripul: ubi florent, sed fructus non ferunt.

Obs: geographica circa *Camellieas*.

*Camellieæ* ex DC. sistunt num: 8. omnes asiaticæ.

# Ordo XXXII.

## OLACINEÆ

(Mirb: bull: philom: 1813. n. 75. p. 377. = DC. Prodr: I. 531.)

*Char*: *essent*:

» *Cal*: 1-sepalus. *Pet*: 4-6. libera vel sub-coalita » pilis appendiculata. *Stam*: 3 - 10. *Ovar*: liberum. » *Styl*: 1. *Fructus* sub - drupaceus indehiscens sæpe » calyce ampliato cinctus abortu 1-locularis 1-sper- » mus. *Sem*: pendulum. *Album*: carnosum. *Embr*: » basilaris. *Radicula* ad umbilicum directa. »

*Obs*: Ordo distinctissimus, sed valde incertus ob affinitatem cum *Aurantiis*, *Sapoteis* et *Santolaceis*, sistens 17. species ex DC. in 8. genera, quorum nonnulla dubia ad *triandriam*, *pentandriam*, *octandriam* et *decandriam* in systemate sexuali collocanda. Arbores vel frutices exotici foliis simplicibus alternis integris, floribus parvulis axillaribus, inter quos nullos possideo.

# Ordo XXXIII.

## AURANTIACEÆ

(Corr: ann: mus: VI. p. 376. = DC. Prodr: I. 535. = *Aurantia* Juss: gen: 259. = J. S. Hill: fam: nat: t. 77. = *Hesperideæ* alior:)

*Char: essentialis.*

» *Cal:* sub-urceolatus 3-5-dentatus. *Pet:* 3-5. li-
» bera vel sub-coalita disco hypogyno inserta. *Stam:*
» indeterminata nunc libera, nunc inter se varie ad-
» nexa et sic monadelpha vel polyadelpha, semper
» tamen apice libera. *Ovar:* liberum. *Styl:* 1. *Fructus*
» (*Aurantium* DC.) constans indusio evalvi indehi-
» scente, intus carpellis plurimis circa axim verticil-
» latis nunc siccis, nunc pulposis. *Semin:* ad angu-
» lum interiorem carpellorum adfixa, exalbuminosa,
» plurima vel solitaria. *Embr:* rectus. *Radicula* re-
» tracta supera ad hilum versa. *Cotyl:* basi 2-auri-
» culatæ. »

*Obs:* Ordo satis naturalis præsertim habitu et fructus structura et proprietatibus, sistens ex DC. 12. genera, quorum nonnulla haud satis distincta. Arbores aut frutices glaberrimi oleo volatili in pluribus organis fructus indusio præcipue fæti; foliis alternis sempervirentibus compositis vel abortu simplicibus, spinis axillaribus.

I. Triphasia Lour: coch: I. p. 189.

» *Cal*: 3-dentatus. *Pet*: 3. basi sub-coalita. *Stam*: » 6. libera quorum 1. quandoque abortivum. *Bacca* » 3-locularis 3-sperma. *Semina* embryonibus pluribus » instructa. »

*Obs*: Genus constans 2. stirpibus, quarum una (*Tr*: *monophylla*) incerta ob fructum ignotum, altera (*Tr*: *trifoliata*) a genere *Limoniæ* divulsa.

1. *Tr*: *trifoliata* = DC. Prodr: I. 536. (*Ind*: orient:, *China*, *Cochinch*:). Frutex floribus axillaribus terminalibusque parvis odoratis. Variat spinis solitariis, geminis vel nullis. Specim: ex Vahl sine fructu.

II. Cookia Souner: voy: II. p. 130. t. 131.

» *Cal*: 5 - partitus. *Pet*: 5. navicularia. *Stam*: de- » candra. *Pomum* 5-loculare vel abortu 1-2-loculare » loculis 1-spermis. »

*Obs*: Genus constans 2. stirpibus foliis pinnatis, foliolis alternis basi inæqualibus.

1. *C*. *punctata* = Souner: l. c. (*China* austr:, ins: *Molucc*:). Panicula ampla terminalis; flores parvi albi. Cult: in H. Ripul:

III. Murraya Lin: gen: ed: Schreb: n. 717. = Lam: ill: t. 352.

» *Cal*: 5-partitus minimus. *Pet*: 5. corollam cam- » panulatam ludentia. *Stam*: decandra. *Bacca* 2-lo- » cularis sæpius abortu 1-locularis loculis 1-spermis. »

*Obs*: Genus vix a priori distinctum petalorum dis-

positione et fructus structura, sistens 2. stirpes ex DC., 4. ex Spr: inclusis *Claucena* et *Bergera*.

1. *M. exotica* = L. mant: 563. (*Ind*: orient:, *China*). Frutex elegans; flores albi odoratissimi mediocres in corymbos terminales. Cult: in H. Ripul:

IV. Citrus Lin: gen: n. 1218. = Lam: ill: t. 639.

» *Cal*: urceolatus 3-5-fidus. *Pet*: 5. *Stam*: varie » coalita. *Stigm*: crassum capitatum. *Fructus* baccatus » multilocularis loculis polyspermis. *Semina* in pulpa » vesiculosa nidulantia. »

*Obs*: Genus polymorphum præsertim forma fructus, pulpæ sapore, numero staminum, ex quibus plures species inductæ quæ vix varietatis nomen forsan merentur, constans 11. stirpibus ex DC., 12. ex Spr:, innumeris ex Risso et Gallesio. Arbores fruticesve spinis axillaribus quandoque abortivis, foliis apice petioli 1-foliatis, petiolo sæpe alato.

1. *C. Decumana?* = L. sp: 1100. (*China*, *Cochinch*:). Stirps valde obscura, quam cl: Gallesius in hortis italicis cultam haud esse existimat. Attamen ex diagnosi Linnæana, synonymia et icone Rumphii amb: II. t. 24. f. 2. erui potest *C. Decumanam* pertinere ad speciem cultam sub nomine *Pomi Adami* quæ e seminibus non variat præsertim petiolis constanter late alatis, foliis obtusis emarginatis, racemis sub-tomentosis multifloris coarctatis, fructibus maximis. Cult: in H. Ripul: cum sequentibus. = 2. *C. Aurantium* = Thb: jap: 293. (*Numidia*, *Mauritania*, *China*). Ubique in hortis culta, ab hortulanis nostris *Portugal*

dicta. Variat petiolis plus minusve alatis (numquam nudis), fructuum semper globosorum cortice, pulpæ sapore, aliisque notis. Huc pertinet certe *C. chinensis* Pers: et forsan *C. Hystrix* DC., cujus fructum nondum obtinui. = 3. *C. medica* = W. sp: III. 1426. (*Numidia*, *Mauritania*, *Persia*). Culta cum priore sub nomine vernaculo *Limon*, variat etiam multimode, sed petioli constanter nudi, fructus plus minusve oblongi: ad hanc pertinent *C. Limetta* et *Limonum* Risso a DC. probatæ. = 4. *C. buxifolia* = Poir: dict: V. p. 681. (*China*, ins: *Mascaren*:). Species obscura. Frutex priorum statura valde minor; habitus *Buxi sempervirentis*; flores nondum obtinui.

Obs: geographica circa *Aurantiaceas*.

*Aurantiaceæ* ex DC. sistunt numero 43., quarum nullæ europææ.

## Ordo XXXIV.

### HYPERICINEÆ

( DC. Th: élém: et Prodr: I. 541. = Chois: Prodr: hyp: = *Hyperica* Juss: gen: = J. S. Hill: fam: nat: II. p. 23. t. 75.)

*Char: essentialis.*

» *Cal:* 4-5-partitus. *Pet:* 4-5. hypogyna contorte » æstivata. *Stam:* sæpius polyadelpha raro monadel- » pha vel libera. *Ovar:* simplex. *Styl:* plures. *Caps:* » vel *bacca* loculis stylorum numero. *Sem:* placentæ » centrali adfixa. *Embryo* rectus. *Radicula* infera. » *Album:* nullum. »

*Obs:* Ordo facie facile distinguendus: flores sæpius lutei. Genera ex DC. 8.: herbæ, frutices, suffrutices et arbores, sæpius resinoso-glandulosæ, foliis plerumque oppositis sessilibus punctatis.

I. Androsæmum All: ped: n. 1440. = *Hypericum* L.

» *Cal:* 5-partitus lobis inæqualibus. *Pet:* 5. *Stam:* » plurima varie coalita. *Styl:* 3. *Caps:* baccata vel 1- » locularis. »

*Obs:* Genus constans sola stirpe sequenti ab *Hyperico* divulsa ratione fructus *baccati* non vere *capsularis.*

* 1. *A. officinale* = All: l. c. = Spr: syst: III. 351. = Blackw: t. 94. Ic: taur: vol. 15. t. 105. f. 2.

Vern: *Erba dla tajura, Erba dl feu* (In humidis *Eur: bor:*, *Caucasi* et *Græciæ. Pedem:* vulgare secus fossas et rivulos in agro *Nicæensi*, in Comitatu *Astensi*, *Monteferrato*, imo etiam in collibus calidioribus *Taurinensibus* All: l. c. Circa oppidum *Barge* eundo versus *Mombrac* Dana. Circa *Pinerolium*, *Piossasco* et *Cumiana* Bellardi. In sylvis inter *S. Mauro* et *Supergam* Re fl: torin: II. p. 36. sub *Hyperico Androsæmo*). Perenn: basi suffruticosum.

II. Hypericum Lin: gen: n. 902. = Lam: ill: t. 643.

» *Staminum* phalanges 5. *Styl:* 3 - 5. *Caps:* membranacea 3-5-valvis valvis introflexis duplicia dissepimenta formantibus. Cetera *Androsæmi.* »

*Obs:* Genus facie ab *Androsæmo* haud distinctum, constans ex DC. stirpibus 133., quarum multæ valde dubiæ vel vix notæ, ex Spr: 110., artificialiter a cl: Choisy divisum in plures sectiones ratione calycis laciniarum plus minusve basi adhærentium plus minusve æqualium, staminum adelphiis, stylorum numero, aliisque levibus notis; facilior Sprengelii divisio in *pentagyna* et *trigyna*, ac subdivisio in *fruticosa* et *herbacea.*

† Pentagyna.

*α Fruticosa.*

1. *H. chinense* = L. amæn: VIII. p. 323. (*C. B. S.*, *Ind:* orient:, *China, Japon:*). Flores magni terminales corymbosi. Cult: in H. Ripul: = 2. *H. calycinum* = L. mant: 106. (*Oriente, Hibernia, Thracia*). Flores

maximi solitarii; caules humifusi. Cult: in H. Ripul: sub dio; caules hyeme quandoque pereunt, sed turiones subterranei servantur, et tunc planta perennis evadit. = 3. *H. Kalmianum* = Lam: dict: IV. 148. (*Virginia*). Flores parvi terminales sub-corymbosi; folia in specim: meo ex BONJEAN mucronulata. = 4. *H. balearicum* = L. sp: 1101. (Ins: *Balear*:). Flores mediocres terminales solitarii. Cult: in H. Ripul:

*β Herbacea.*

5. *H. pyramidatum* = Ait: h. Kew: ed: 1. vol. III. p. 103. (*Amer*: bor:). Perenn: Flores magni terminales in pedunculis trichotomis incrassatis; petala oblonga staminibus duplo longiora. Specim: optimum ex hb: BIROLI. = 6. *H. Ascyron* = L. sp: 1102. non Mill: (*Sibir*:) Perenn: Flores magni terminales solitarii. Cult: in H. B. T. = 7. *H. macrocarpon* = Michx: sec: Spr: syst: III. 342. (*Amer*: bor:). Perenn: Priori valde affine cum quo forsan confusum a L. quum etiam *Amer*: bor: incolam dixerit; distinguitur præsertim stylis staminibus *brevioribus* vel ipsa *æquantibus* numquam *superantibus*, ac calycibus *ovato-lanceolatis*, nec *obtusis*. In specim: meo ex H. B. T. sub nomine *H. ascyroidei* W. sub quo retinetur a cl: DC., petala sunt oblongo-lanceolata, non ovata.

†† Trigyna.

*α Fruticosa.*

8. *H. canariense* = L. syst: p. 575. (Ins: *Canar*:, *Amer*: bor:?). Flores mediocres terminales corymbosi.

Huc pertinent sec: Spr: *H. elatum* Ait: et *grandiflorum* Chois: a cl: DC. distincta; posterius non possideo, sed *H. elatum* cui falsa patria tribuitur ab Ait: sec: Spr: vix differt in specim: meis a *canariensi* foliis angustioribus. = 9. *H. hircinum* = L. sp: 1103. (*Græcia*, *Ital*: regionib: mediter: In *Sardiniæ* sylvis frequens Moris st: sard: I. p. 10.). Flores mediocres terminales in pedunculos 2-bracteatos 3-fidos dispositi. Cult: in H. B. T. = 10. *H. prolificum* = L. mant: 106. (*Amer*: bor:). Huc pertinet sec: DC. *H. foliosum* Jacq: h. Schoëmbr: III. p. 27. t. 299. quod W. syst: III. 1448. refert ad *foliosum* Ait:; hoc non possideo: *H. prolifici* specim: meum ex hb: Bellardi floribus caret.

✻ 11. *H. Coris* = L. sp: 1107. = Spr: syst: III. 345. = Curt: bot: mag: t. 178. Ic: taur: vol. 10. t. 1. (*Eur*: austr:, *Oriente*. In aridis et siccis collib: *Nicæensibus* vulgare, neque desideratur in agro *Pedemontano* locis subalpinis aut alpinis maxime apricis et saxosis meridiano sole percussis All: n. 1439. Frequentissimum in rupibus apricis circa *Segusium* Re fl: segus: p. 63.). Flores mediocres terminales corymbosi. Dissentiunt Auctores circa foliorum dispositionem: *opposita* dicit W. et duabus stipulis cincta; *quaterna* appellat Spr: et de stipulis silet; *verticillata* definit DC.; melius *sub - verticillata* ex L., verticilli enim non constantes respectu foliorum numeri et proportionis; sæpius exteriora quaterna interioribus (*stipulæ* W.) duplo longiora, quandoque illa opposita cum vel sine foliis interioribus; hæc, quum adsunt, constanter breviora sed exterioribus simillima.

### β *Herbacea.*

❋ 12. *H. perforatum* = L. sp: 1105. = Spr: syst: III. 345. = Turp: in dict: sc: nat: ic: optima sec: DC. Vern: *Ipericon* (*Eur*: omni, *Amer*: bor: Ubique frequens in agro *Pedemontano* All: n. 1429. Re fl: segus: p. 63. et fl: torin: II. p. 36. Biroli fl: acon: II. p. 47. In *Sardiniæ* collibus aridis Moris st: sard: I. p. 10.). Perenn: Flores parvi in paniculas terminales foliosas; variat floribus albidis vel nigro-punctatis, magnitudine partium, aliisque notis ex DC. Prodr: I. 550. Varietas *angustifolia* crescit secus *Cerundam* prope *Venariam* sec: Re l. c. et app: alt: p. 202.

❋ 13. *H. quadrangulare* = L. sp: 1104. = Spr: syst: III. 345. = Fl: dan: t. 640. Ic: taur: vol. 23. t. 37. et fl: pedem: t. 83. f. 1. sub *H. maculato* (*Eur*: humidis. *Pedem*: in dumetis et umbrosis sylvaticis montium et collium, tum etiam secus fossas et puras fluentes aquas All: n. 1431. Re fl: segus: p. 63. et fl: torin: II. p. 36. Biroli fl: acon: II. p. 47. In *Sardiniæ* pascuis montanis humidis Moris st: sard: I. p. 10.). Perenn: Flores parvi in paniculas terminales multifloras plus minusve confertas. Variat modis a DC. Prodr: I. 548. indicatis, et huc pertinet *H. maculatum* All: n. 1433. c. descript: quod crescit in pratis Alpium et præsertim in *M. Cenisio* All: l. c. et *di Chianoc* Re fl: segus: p. 63.

❋ 14. *H. crispum* = L. mant: 106. = Spr: syst: III. 347. = Bocc: mus: II. p. 31. t. 12. (In regionibus mediterraneis. In *M. Cenisio* sec: All: n. 1437. et Re fl: segus: p. 63. quod denegat DC. fl: fr: sup:

630. nec ego unquam inveni ). Perenn: Flores parvi in paniculas terminales laxas.

❋ 15. *H. humifusum* = L. sp: 1103. = Spr: syst: III. 347. = Fl: dan: t. 141. Ic: taur: vol. 25. t. 27. (*Eur*:, *Caucaso*. *Pedem*: in collibus *Taurinensibus* ad vias. In agro *Nicæensi* ad rupes; copiose circa *Giaveno*; in agri *Canapiciensis* locis uliginosis All: n. 1436. Prope *la Molinetta*, in sylvis *della Mandria*, atque ad fossas *nella praglia di Pianezza* Re fl: torin: II. p. 37. In pascuis subalpinis collinis, et ericetis *Ticini* ubique Biroli fl: acon: II. p. 47. ). Perenn: Flores minimi cymosi.

❋ 16. *H. montanum* = L. sp: 1105. = Spr: syst: III. 348. = Fl: dan: t. 173. Ic: taur: vol. 15. t. 105. f. 1. ( In montanis *Eur*: *Pedem*: ad oras sylvarum locis montanis et collinis, nec non sylvis minime opacis vulgare All: n. 1430. Biroli fl: acon: II. p. 47. In sylvis *della Mandria*, nec non in sylvis editioribus *Taurinensibus* Re fl: torin: II. p. 37. ). Perenn: Flores mediocres terminales corymbosi. Variat foliorum margine lineis maculisque rubris obducto; invenitur in Alpibus *Monregalensibus* sec: Re app: alt: p. 202.

17. *H. dentatum* = Loisl: fl: gall: p. 499. (In insulis *Stœchadum*). Perenn: Flores mediocres terminales trichotomo - corymbosi. = 18. *H. ciliatum* = Lam: dict: IV. p. 170. ( *Calabria*, *Sicilia*, *Græcia*. In pascuis collinis *Sardiniæ* Moris st: sard: I. p. 10.). Perenn: Flores parvi terminales paniculato - corymbosi. Priori valde affine et forsan ejus tantum varietas monente cl: Morisio l. c. Specim: meum ex amico

refert folia omnia *integerrima*, nec superiora *dentata*.

✻ ? 19. *H. barbatum* = L. amæn: VIII. p. 323. = Spr: syst: III. 348. = Jacq: austr: III. p. 33. t. 259. (*Austria, Italia. Pedem:* in pratis alpinis humidis præsertim *M. Cenisii* sec: All: n. 1435.). Perenn: Flores mediocres terminales sub-corymbosi. Valde dubito an planta Allionii sit verum *H. barbatum* L. tum ex synonymo (*H. Richerii*) quod pertinet ad *H. fimbriatum* Lam: sec: Spr: et DC., cum ex calycibus qui in plantis a me cultis vix *ciliati* adparent nec *barbato-fimbriati*.

✻ 20. *H. fimbriatum* = Lam: = Spr: syst: III. 348. = Vill: delph: III. p. 501. t. 44. sub *H. Richeri* (Alpib: *Eur*: med: et austr:). Perenn: Priori valde affine sed differt præsertim sepalis ciliatis tantum non barbato-fimbriatis; variat tamen sepalis plus minusve ciliatis, floribus 3-5-gynis.

21. *H. elegans* = Steph: in W. sp: III. p. 1469. (*Sibiria*, litor: maris *Mediterranei*?). Perenn: Flores parvi terminales sub-corymbosi. Possideo specim: ex cl: Bellardio quæ lecta scripsit in locis sabulosis ad littora maris prope *Cannes*; quadrant reapse cum descriptione W. sp: III. 1469., sed plantæ omnibus partibus duplo minores quam in specim: ex hb: Bellardi sub nomine *H. Kotoliani*. = 22. *H. pulchrum* = L. sp: 1106. (*German:, Gallia, Anglia*). Perenn: Desunt flores in specim: meo.

✻ 23. *H. nummularium* = L. sp: 1106. = Spr: syst: III. 349. = Lam: ill: t. 643. f. 3. Ic: taur: vol. 19. t. 95. f. 2. (*Gallia* austr:, *Italia. Sabaudia* in

montibus *Carthusiæ majoris* et prope *les Echelles* in monte *de la Grotte* All: n. 1438. Ipse legi in montibus trans lacum *de Bourget*. In montibus *Pedem:* sec: DC. Prodr: I. 551.; sed ego numquam vidi.). Perenn: Flores mediocres terminales solitarii vel subcorymbosi. Cult: in H. B. T. primo illatum a Petro Molinerio monente All: l. c.

24. *H. hyssopifolium* = Vill: delph: III. p. 505. (*Gallia* austr:, *Caucaso*). Perenn: Flores parvi in paniculam strictam foliolosam verticillati; specim: optima ex Balbisio in *Delphinatu* lecta. = 25. *H. linearifolium* = Vahl symb: I. p. 65. (*Aquitania, Gallia* austr:, *Lusitania*. In arenosis *Sardiniæ* Moris st: sard: I. p. 10.). Perenn: Flores terminales parvi sub-corymbosi.

❀ 26. *H. hirsutum* = L. sp: 1105. = Spr: syst: III. 349. = Fl: dan: t. 802. Ic: taur: vol. 23. t. 36. (*Eur*: *Pedem*: ad sepes et dumeta et ad oras sylvarum tum in *Taurinensibus* tum in *Subalpinis* montibus abunde All: n. 1432. Re fl: segus: p. 63. In agri *Taurinensis* sylvis Re fl: torin: II. p. 38. In sylvis collium *di Briona*, *Ghemme* etc. Biroli fl: acon: II. p. 48. In sylvis collinis *Albensis* provinciæ Berterus). Perenn: Flores parvi in paniculam terminalem.

❀ 27. *H. tomentosum* = L. sp: 1106. = Spr: syst: III. 349. = Moris: hist: II. p. 470. s. 5. t. 6. n. 5. (*Hispan*:, *Gallia* austr:, *Ital*: austr: Ad fontes, rivulos et aquæductus in agro *Nicæensi* All: n. 1434. In apricis collinis *Sardiniæ* Moris st: sard: I. p. 10.). Perenn: Flores parvi in paniculam terminalem dichotomam.

28. *H. elodes* = L. sp: 1106. (*German:*, *Anglia*, *Gallia*, *Sibir:*). Perenn: Flores parvi terminales subcorymbosi; nimium affine priori dicit cl: W. sp: pl: III. 1466.; sed facie, inflorescentia ac sepalis *glabris* valde distinctum. = 29. *H. annulatum* = Moris st: sard: I. p. 9. Spr: fil: tentam: p. 21. (In *Sardinia* inter rupium schistosarum fissuras in summo monte *S. Vittoria Esterzili*). Perenn: Flores mediocres terminales in corymbos trichotomos. Species optima a ceteris distinctissima præsertim bracteolis in trichotomiam annulatim glanduliferis. = 30. *H. australe* = Tenor: app: V. Spr: fil: tentam: p. 21. (*Neapol:*; *Sardinia* in arenosis *Muravera*, *Bari* Moris st: sard: I. p. 10.). Perenn: *H. dubium* Mauri sec: Spr: Flores parvi in paniculam terminalem amplam laxam dispositi.

## *Hyperica dubia.*

31. *H. veronense* = Pollin: Schrank sec: Steud: nomencl: (Agro *Veronensi*). Perenn: An *H. perforati* var: monente Steud: l. c.? Omissum a DC. et Spr: = 32. *H. spicatum* = Bellardi hb: ex Bert cum sequenti nota: « *Species singularis ex Ægypto floribus in spicam dispositis alternis pedunculatis.* » Optimam mihi videtur speciem constituere, quam ita definio: » *H.* caule herbaceo sub-tetragono demum tereti hirsutiusculo ramoso, foliis cordato-amplexicaulibus sub-pandureformibus hirsuto-punctatis, floribus spicatis pedicellatis 2. bracteatis, sepalis lanceolatis integerrimis ciliatis corolla dimidio brevioribus, stylis 3. arcte coalitis, antheris nigro punctatis. » Nob: Crescit in *Ægypto*.

33. *H. marylandicum* = Biroli hb: sine alia indicatione; ita definiendum: « *H.* caule herbaceo sub» ancipiti lævi ramosissimo, foliis ovato-oblongis ob» tusissimis mucronulatis glabris subpellucido-margine » nigro-punctatis, pedunculis 1-3 terminalibus, se» palis ovato-lanceolatis integris glabris corolla triplo » brevioribus, petalis oblongis nigro-punctatis, stylis 3. » basi coalitis. » Nob: Patria?

34. *H. patentissimum.* « Caule herbaceo tereti ra» misque patentissimis glabris, foliis lanceolatis acu» tis glabris margine undulato-revolutis nigro sub» punctatis, pedunculis terminalibus solitariis, sepalis » ovatis acutis integris glabris brevissimis, petalis li» neari-lanceolatis impunctatis, stylis 3. ad medium » coalitis. » Nob: (*Amer*: bor:?). Planta ex hb: Biroli ita inscripta « *Hypericum ..... ex America septentrionali in horto Parisiensi cultum.* »

II. Martia Spr: syst: III. 330. non Leandr: = *Hypericum* alior:

» *Staminum* phalanges 3. singulæ 4-5. staminiferæ. » *Glandulæ* 3. nectariferæ inter basim phalangium et » petalorum. *Styl*: 3. *Caps*: 3-locularis. Cetera *Hy*» *perici.* »

*Obs*: Genus a Spr: nuper statutum constans 4. stirpibus ab *Hyperico* ademptis.

1. *M. polyandra* = Spr: syst: III. 833. DC. Prodr: I. 549. sub *Hyperico ægyptiaco* ex L. (*Ægypto*). Frutex. Flores parvi sæpius bini in ramulis. Cult: in H. Ripul:

Obs: geographica circa *Hypericineas.*

| | |
|---|---|
| *Hypericineæ* ex DC. sistunt numero . . | 165 |

*Hypericineæ* pedemontanæ.

| | |
|---|---|
| *Androsæmum* . . . . . . . | 1 |
| *Hypericum* . . . . . . . | 11 |
| | 12 |

Et sic 15.am partem vix excedunt.

---

## Ordo XXXV.

### GUTTIFERÆ

(Juss: gen: p. 255. = J. S. Hill: fam: nat: II. p. 26. t. 76. = Choisy mém: hist: nat: par: vol: I. part: 2. = DC. Prodr: I. 557.)

*Char: essent:*

» *Cal:* 2-6-sepalus. *Pet:* 4-10. hypogyna. *Stam:* in-
» definita sæpius polyandra raro monadelpha vel
» polyadelpha. *Stylus* nullus aut unicus. *Caps:* bac-
» cata aut *bacca* vel *drupa* 1-locularis oligosperma
» aut multilocularis loculis 1- aut polyspermis. *Em-*
» *bryo* rectus. *Album:* nullum. *Cotyl:* crassæ quan-
» doque in unam coadunatæ. »

*Obs*: Ordo *Hypericineis* valde affinis numero situque partium, et succo sæpe resinoso; differt tamen præsertim habitu et fructus structura: constat 21. generibus ex DC., quorum nonnulla incertiora vel non satis nota. Frutices arboresve sæpe parasiticæ, foliis sæpius oppositis coriaceis, *Indiarum* incolæ ibique plerumque suavissimos fructus gerentes, in calidariis europæis rarissimæ.

I. Mammea Lin: gen: 1156. = Lam: ill: t. 458.

» *Cal*: 2-sepalus coloratus. *Pet*: 4. coriacea. *Stam*:
» polyandra. *Stylus* persistens. *Bacca* carnosa 1-locu-
» laris 4 - vel sæpius abortu 2 - 3 - sperma.

*Obs*: Genus constans 2-3. stirpibus americanis. Arbores foliis magnis, floribus solitariis aut geminis interdum divisis, fructibus edulibus.

1. *M. americana* = L. sp: 731. (Ins: *Caribæis*). Fructus maximi suavissimi. Specim: optimum ex Bertero.

II. Calophyllum Lin: gen: n. 658. = Lam: ill: t. 459.

» *Cal*: 0-2-4-sepalus coloratus. *Pet*: 4. *Stam*: sub-
» polyadelpha. *Stylus* crassus. *Drupa* 1 - sperma vel
» raro 2-sperma. »

*Obs*: Genus valde obscurum constans 9. stirpibus ex DC., 8. ex Spr: Arbores a *Mammea* habitu vix distinctæ.

1. *C. Calaba* = L. sp: 732. (Ins: *Caribæis*). Flores parvi quandoque dioici. Cult: in h. Ripul: nondum floruit. Specim: optimum ex Bertero.

III. Canella Brown Jam: 215. = Sub *Winterana* L. gen: 598. = Lam: ill: t. 399. = Inter *Meliæas* Juss: gen: p. 263.

» *Cal*: 3 - 5 - sepalus. *Pet*: 5. coriacea æstivatione » contorta. *Stam*: sub - polyadelpha antheris sulcum » simulantibus. *Stigm*: 3. *Bacca* sub-3-locularis lo- » culis 1-2-spermis. »

*Obs*: Genus haud satis determinatum constans 1-2. stirpibus americanis.

1. *C. alba* = Murr: syst: p. 443. (*Ind*: occid:). Arbor. Calyx in specim: meo ex Bertero *Guadalupæ* lecto 3-sepalus. = 2. *C. axillaris* = Mart: sec: Spr: syst: III. 84. (*Brasil*:). Arbor. Differt a priori præsertim pedunculis *axillaribus paucifloris*, nec *terminalibus corymbosis*; folia in specim: meo communicato a cl: Martio et *Brasilia* (cap: *Frio*) lecto, sunt prorsus *elliptica* nec *spathulata*, nitidissima.

Obs: geographica circa *Guttiferas*.

*Guttiferæ* ex DC. sistunt numero 60., quarum nullæ europææ.

# Ordo XXXVI.

## MARCGRAVIACEÆ

(Juss: ann: mus: XIV. p. 397. = DC. Prodr: I. 565.)

*Char: essentialis.*

» *Cal*: 2-7-sepalus. *Cor*: hypogyna mono-vel- 5-
» petala. *Stam*: sæpius polyandra raro pentandra
» nunc receptaculo nunc membranæ hypogynæ in-
» serta. *Styl*: 1. *Caps*: coriacea multivalvis vix de-
» hiscens. *Sem*: minutissima numerosissima in pulpa
» nidulantia. »

*Obs*: Ordo valde obscurus 4. tantum constans generibus, quorum 1. (*Antholoma*) *N. Caledoniam*, cetera *Americam* calidiorem incolentia, et a Juss: gen: inter *Capparideis* affinia, et incertæ sedis relata.

I. Marcgravia Lin: gen: 640. = Lam: ill: t. 447.

» *Cal*: 6-sepalus persistens imbricatus inæqualis.
» *Cor*: calyptræformis integra. *Stam*: polyandra mem-
» branæ ovarium circumdanti inserta. *Styl*: sub-nullus.
» *Stigm*: crassum persistens. *Caps*: baccata. »

*Obs*: Genus constans 4. stirpibus fruticosis.

1. *M. umbellata*. = L. sp: 503. (*Amer*: trop:). Specim: ex Bertero e *Guadalupa*; folia non prorsus *sessilia* ut in diagn: DC. Prodr: I. 566. sed *brevi petiolata*; desunt rami steriles folia ovato-obtusa gerentes.

Obs: geographica circa *Marcgraviaceas.*

*Marcgraviaceæ* ex DC. sistunt n. 9. quarum nullæ europææ.

---

## Ordo XXXVII.

## Hippocrateaceæ

(H. et B. nov: gen: am: V. p. 135. = DC. Prodr: I. 567.)

*Char: essentialis.*

» *Cal*: 5-rarius 4-6-sepalus ad medium coalitus. » *Cor*: 5-rarius 4-6-petala aestivatione imbricata. » *Stam*: 3. rarius 4-5 basi in tubum hypogynum » connexa. *Ovar*: intra tubum immersum. *Styl*: 1. » *Fructus* nunc carpellis 3. samaroideis constans » nunc baccatus 1-3-locularis. *Semin*: in quoque lo- » culo 4 axi geminatim adfixa exalbuminosa. »

*Obs*: Ordo non satis distinctus maxime circa species baccatas, ab Auctoribus modo *Acerineis*, modo *Malpighiaceis* conjunctus, constans ex DC. 7. generibus quorum nonnulla valde dubia, et ab aliis Botanicis, Sprengelio praesertim, variis nominibus indicata. Frutices sæpius scandentes, foliis oppositis

simplicibus, fere omnes regiones calidiores *Indiarum* incolentes.

I. Hippocratea Lin: gen: 54. = Lam: ill: t. 28.

» *Cal*: 5-sepalus. *Pet*: 5 cucullata. *Stam*: 3. *Anther*: » transversim apice dehiscentes. *Carpel*: 3 samaroidea » 2-valvia. *Semin*: basi deorsum alata. »

*Obs*: Genus habitu proprio constans 23 stirpibus ex DC., 17 ex Spr: fere omnibus scandentibus.

1. *H. ovata* = Lam: ill: t. 28. f. 1. (*Ind*: occid:). Specim: ex Bertero. = 2. *H. divaricata* = Mart: hb:? (*Brasil*:). Communicata a cl: Martio in *Brasilia* cap: *Frio* lecta, a priori valde differre non videtur nisi paniculis magis divaricatis; desunt fructus in specim:, forsan characterem differentiæ præbentes.

Obs: geographica circa *Hippocrateaceas*.

*Hippocrateaceæ* ex DC. sistunt n. 50, quarum nullæ europææ.

# Ordo XXXVIII.

## ERYTHROXYLEÆ

(H. B. et Kunth nov: gen: am: V. p. 175. = DC. Prodr: I. 573. = *Malpighieæ* Juss:)

*Char: essentialis.*

» *Cal*: 5-sepalus vel 5-partitus persistens. *Pet*: 5 » hypogyna intus squama aucta. *Stam*: 10 basi in » urceolum concreta. *Styl*: 3 distincti vel basi coaliti. » *Drupa* 1-locularis vel 3-locularis loculis lateralibus » abortivis. *Semen* angulatum. *Album*: corneum. »

*Obs*: Ordo a *Malpighiaceis* vix distinctus petalis *appendiculatis*, semine *albuminoso*, fructu sæpius 1-*loculari*, constans ex DC. 2. generibus. Frutices aut arbores intratropicales stipulis axillaribus, foliis alternis raro oppositis, floribus parvis bracteatis.

I. Erythroxylon Lin: gen: 575. = Lam: ill: t. 783.

» *Cal*: 5-partitus. *Styl*: distincti. »

*Obs*: Genus constans 24-26 stirpibus in 2. sectiones divisum foliis *penninerviis* (Penninervia DC.) vel *areolatis* (Areolata DC.).

1. *E. squamatum* = Vahl symb: III. p. 60. t. 63. (*Cayenn*:, *Guiana*). Folia penninervia, in specim: meo denticulata; pedunculi 2 florem minimum longe superantes.

Obs: geographica circa *Erythroxyleas.*

*Erythroxyleæ* ex DC. sistunt n. 26. quarum nullæ europææ.

---

## Ordo XXXIX.

### MALPIGHIACEÆ

(Juss: gen: 252. = DC. Prodr: I. 577. = J. S. Hill: fam: II. p. 19. t. 74. = Adr: Juss: mém: sur la famille des *Malpighiées* in Bull: univ: 1831. août p. 187.).

*Char: essentialis.*

» *Cal*: 5-partitus sæpius persistens. *Pet*: 5 disco » hypogyno inserta. *Stam*: 10 rarius pauciora libera » vel interdum 1-2-adelpha. *Styl*: 3. distincti aut in » 1. coaliti. *Fructus* 3-capsularis aut 1-carpus 3- » locularis capsulis loculisve 1-spermis. *Sem*: exal- » buminosa. »

*Obs*: Ordo naturalissimus habitu præsertim inspecto, constans ex DC. 17. generibus, quorum plurima nova ac nonnulla valde dubia, in 2. Tribus divisum sc: *Malpighieas* (styl: 3. distincti aut in 1. coaliti, fructus carnosus indehiscens), et *Hiptageas*

(styl: 1., capsulæ 3. indehiscentes sæpe in alas varie expansæ). Frutices aut arbusculæ foliis plerumque oppositis simplicibus sæpe stipulatis, floribus sæpius racemosis vel corymbosis, pedicellis plerumque medio articulatis aut 2-squamulosis.

I. Malpighia Lin: gen: n. 572. = Lam: ill: t. 381.

» *Cal*: basi extus 8-10-glandulosus. *Pet*: unguicu-
» lata. *Stam*: basi sub-connata. *Styl*: distincti. *Drupa*
» 3-pyrena. »

*Obs*: Genus constans 19. speciebus ex DC., 36. ex Spr: qui stirpes *Byrsonimæ* ad *Malpighiam* et *Galphimiam* amandavit; in 2. sectiones divisum sc: *foliis glabris* vel pilis non urentibus donatæ (*Apyræ* DC.), et *foliis urentibus* (*Urentes* DC.). Frutices elegantissimi.

*α Apyræ.*

1. *M. coccifera* = L. ed: Reich: II. p. 371. (*Amer*: calid:). Pedunculi 1-2-flori longissimi; flores mediocres purpurascentes. Cult: in H. Ripul: = 2. *M. punicifolia* = L. sp: 609. non Cav: (*Cayenna*). Specim: ex Bellardio s. fl: = 3. *M. glabra* = L. sp: 609. (*Amer*: calid:). Priori valde affinis sed pedunculi *umbellati* nec 1-2-flori. Cult: in H. Ripul: = 4. *M. spicata* = Cav: diss: VIII. p. 409. t. 237. (Ins: *Carib*:). Sub *Byrsonima* DC. Prodr: I. 580. Specim: optimum ex Bertero; flores in spicam terminalem conferti parvi brevi pedicellati. = 5. *M. volubilis* = Sims bot: mag: t. 809. (*Ind*: occid:). Cult: in H. Ripul: sub nomine *M. reclinatæ*? est vera *M. volu-*

*bilis* ( Cons: Colla H. Rip: p. 85. n. 5. et app: I. p. 135.), nam prior (*Hiræa reclinata* Jacq:) folia gerit basi *sub-cordata*, pedunculos *congestos abbreviatos 4-floros* ; in nostra folia sunt basi *integerrima*, pedunculi *racemoso-corymbosi*, pedicelli longissimi, flores lutei mediocres ; fructus ignoti monente DC. qui stirpem refert sub *Byrsonima* dubitans an ad *Banisteriam* forsan pertineat (Prodr: I. 581.).

*β Urentes.*

6. *M. urens* = L. sp: 610. (*Amer*: calid:). = 7. *M. macrophylla* = W. en: supp: 24. Colla H. Ripul: p. 84. n. 4. et t. 11. (*Brasil*:). Cult: in H. Ripul:

II. Galphimia Cav: ic: V. p. 61. = *Malpighia* et *Byrsonima* alior:

» *Cal*: eglandulosus. *Caps*: 3-cocca coccis dorso de-
» hiscentibus. Cetera *Malpighiæ*. »

*Obs*: Genus constans perpaucis stirpibus a *Byrsonima* Rich: et *Malpighia* L. evulsis ratione calycis *eglandulosi*, et fructus *structuræ* : habitus idem.

1. *G. chrysophylla* = Spr: syst: II. 385. Sub *Byrsonima* DC. Prodr: I. 579. (Ad *Orynuc*). Specim: optimum ex cl: Martio *Brasilia* lectum 1827.

III. Hiræa Jacq: am: 137.

» *Cal*: glandulosus vel eglandulosus. *Carpella* (*Ache-*
» *nia* Spr:) 3. samaræformia dorso cristata ala mem-
» branacea cincta. Cetera *Malpighiæ*. »

*Obs*: *Hiræœ* glandulosæ novum *Mascagniæ* genus

constituunt a cl: Bertero statutum ob characteres satis distinctos, et a Colla H. Ripul: p. 86. allatos; attamen cll: DC. et Spreng: genus hoc ex eorum sapientia haudquaquam probare existimaverunt!

1. *H. macradena* = DC. Prodr: I. 585. *H. oblongifolia* Spr: syst: II. 389. *Mascagnia americana* Berter: in Colla l. c. (Ad *S. Martham*). Cult: in H. Ripul:

IV. Triopteris Lin: gen: 574. = Lam: ill: t. 382.

» *Cal*: basi extus 2-glandulosus. *Carpella* (*Samaræ* » Spr:) 3-4 basi sub-coalita expansa in alas sæpius » inæquales. Cetera *Malpighiæ*. »

*Obs*: *Triopterides* 4-alatæ genus *Tetrapteridis* Cav: constituunt, quod a DC. probatum fuit, neutiquam à Spr: Spec: 14. ex DC., 9. ex Spr:

1. *Tr*: *jamaicensis* = L. sp: 612. (*Hispaniola*, *Brasil*:).

V. Banisteria Lin: gen: 573. = Lam: ill: t. 381.

» *Cal*: basi extus 8-10-glandulosus. *Styli* apice » explanati. *Carpella* (*Samaræ* Spr:) 3. basi distin- » cta expansa in alam simplicem. Cetera *Malpi-* » *ghiæ*. »

*Obs*: Genus vix ab *Hiræa*, *Triopteride*, *Tetrapteride* et *Heteropteride* distinctum forma et numero alarum in fructu. Species 47. ex DC., 38. ex Spr: plerumque scandentes *Amer*: tropicalis incolæ.

1. *B. argentea* Spr: = 2. *B. fulgens* L. non Lam: = 3. *B. splendens* DC. = 4. *B. laurifolia* L. = 5. *B. periplocæfolia* Desf: = 6. *B. purpurea* L. = 7. *B.*

*tomentosa* Desf: omissa a Spr: quæ læte floruit majo 1833. in H. Ripul:

*Banisteriæ dubiæ.*

8. *B. velutina* = Mart: hb: « *B.* foliis sub-rotundo-» ovatis reticulatis supra velutinis subtus ferrugineo-» tomentosis, petiolis brevissimis eglandulosis, racemis » paniculatis terminalibus. (Flores parvi numerosissi-» mi ex sicco albidi; desunt fructus). » Nob: Lecta in *Brasil*: et communicata a cl: Martio.

9. *B. macrophylla.* « Foliis late ovatis sub-coriaceis » supra nitidis subtus pubescentibus nervosis oblique » venosis, petiolis brevibus eglandulosis, floribus » axillaribus sub-corymbosis corymbis folio 2-3-» brevioribus (Flores 5-8 longe pedicellati mediocres » ex sicco purpurei; desunt fructus). » Nob: (*Brasil*:). Communicata cum priori a cl: Martio sine nomine specifico, magis accedere videtur ad *B. laurifoliam* L., sed in nostra folia sunt longiora, fere duplo latiora, subtus vix pubescentia nec ferruginea, evidentius nervosa, oblique nec reticulato-venosa, inflorescentia axillaris, flores demum majores.

Obs: geographica circa *Malpighiaceas.*

*Malpighiaceæ* ex DC. sistunt numero 170. quarum nullæ europææ.

## Ordo LX.

### ACERINEÆ

(Juss: gen: p. 250. sect: 2. = DC. Prodr: I. 593. = J. S. Hill: fam: II. p. 15. t. 73. sect: 2.)

*Char: essentialis.*

» *Flores* polygami vel dioici. *Cal:* sæpius 5-par-
» titus. *Pet:* totidem disco hypogyno inserta rarius
» nulla. *Stam:* 8. quandoque 5-12 libera. *Styl:* 1.
» *Stigm:* 2. *Fructus* constans carpellis 2. raro 3.
» samaroideis indehiscentibus 1-2-spermis in alam
» desinentibus. *Sem:* basi loculamentorum adfixa ex-
» albuminosa. »

*Obs:* Ordo vix a 2. sectione *Malpighiacearum* (*Hiptageæ* DC.) distinctus, constans generibus 2. incluso *Negundio* Moench: quod ad *Acerum* potius referendum. Arbores foliis oppositis simplicibus aut raro compositis, floribus racemosis aut corymbosis, axillaribus polygamis vel dioicis.

I. Acer Lin: gen: n. 1590. = Lam: ill: t. 844.

*Characteres ordinis.* Species circiter 30. quarum variæ europææ vel exoticæ cultæ sub dio ornamenti gratia.

*Species pedemontanæ.*

❋ 1. *A. campestre* = L. sp: 1497. = Spr: syst: II. 225. = Tratt: arch: I. n. 6. var: *austriaca* c. ic:

et n. 7. var: *hebecarpa* c. ic: Vern: *Obi* (*Eur*:, *Tauria. Pedem*: ad sepes agri *Pedemontani* frequentissimum, potissimum locis submontanis vel etiam collinis *Taurinensibus* All: n. 1629. Ubique vulgare in Provinc: *Segus*: Re fl: segus: p. 83. In vineis *Planiciæ* ac *Alpiniani* præsertim colitur ad vites fulciendas Re fl: tor: II. p. 158. In Provinc: *Novariensis* sylvis et ad sepes montium vulgare Biroli fl: acon: II. p. 143.). Flores racemosi parvi polygami; variat statura, fructibus pubescentibus vel glabris, foliorum lobis plus minusve obtusis, acuminatis in var: γ *austriaco*.

❀ 2. *A. Pseudoplatanus* = L. sp: 1496. = Spr: syst: II. 225. = Duham: arb: I. t. 36. f. 1. Ic: taur: vol. 14. t. 102. (*Eur*: sylvis. *Pedem*: in montanis et collinis sylvis vulgaris arbor All: n. 1628. In locis montanis et alpestribus Provinciæ *Segusianæ*, et præsertim frequens in regione *di Fossimagna* Re fl: segus: II. p. 83. In monte *Musinè* Re fl: torin: II. p. 158. In Provinc: *Novariensis* alpibus et collibus Biroli fl. acon: II. p. 143.). Flores racemosi parvi polygami; racemi sub-compositi penduli; variat foliis variegatis ac etiam foliorum lobis obtusioribus (*A. opulifolium* Thuill: non Vill:); possideo var: fructibus rubris ex H. Littæ.

❀ 3. *A. platanoides* = L. sp: 1496. = Spr: syst: II. 225. = Duham: arb: I. t. 10. f. 1. (*Eur*: sylvaticis. *Pedem*: sylvis editioribus vallis *Bross* et *Segusii* frequens All: n. 1627. Prope *la Fabbrica del marmo* Re fl: segus: p. 83.). Flores corymbosi parvi polygami. Variat foliorum lobis inciso-laceris (*A. laciniatum* Ait:), crispisve (*A. crispum* Lauth:); hæc

ultima var: eximia. An inter has varietates recensendum *A. Lobelii* Tenor:? Videtur cum ex diagnosi, cum ex obs: Auctoris in syll: fl: neapol: p. 193., nec non ex specim: ab ipso humaniter communicato.

❀ 4. *A. opulifolium* = Vill: dauph: IV. p. 802. non Thuill: = Spr: syst: II. 224. = Tratt: arch: I. n. 13. c. ic: Vern: *Plaje* (*Gallia* occid:, *Ital*: sup:, *Pyreneis*. Provinciæ *Segusianæ* locis montanis calidisque supra *Chianoc* eundo *alle Combe*; frequens in montibus *di Bossoleno* et ad templum *S. Michaëlis* tum quoque *alla Losa* Re fl: segus: p. 83. In Comit: *Nicœensi* in rupibus a *Fontan* ad *Saurgium*. Bell: app: p. 46. In *Sabaudia* Dufresn: sec: Bell:). Flores corymbosi mediocres polygami.

❀ 5. *A. monspessulanum* = L. sp: 1497. = Spr: syst: II. 224. = Duham: arb: I. p. 28. t. 10. f. 8. sub *A. trifolio* (*Eur*: med: et austr: *Sabaud*: locis apricis et vinetis vallis *Mauraniensis* circa *S. Michel*, *S. Martin*, *S. Julien* All: n. 1630. In sylvis *Sardin*: med: Moris st: sard: I. p. 10.). Flores corymbosi polygami; corymbi pauciflori.

*Species exoticæ.*

6. *A. creticum* L. = 7. *A. dasycarpon* Ehr: = 8. *A. heterophyllum* W. = 9. *A. montanum* Ait: = 10. *A. Negundo* L. (*Negundo aceroides* Moench:, *Negundo fraxinifolium* DC. ex Nutt:). = 11. *A. palmatum* Thb: = 12. *A. pensylvanicum* L. (*A. canadense* Duham: omissum a Spr: in synonymia). = 13. *A. rubrum* Ehr: = 14. *A. saccharinum* L. = 15. *A. tataricum* L.

Obs: geographica circa *Acerineas.*

*Acerineæ* ex DC. sistunt numero 32.

*Acerineæ* pedemontanæ numero 5., et sic sextam fere partem constituunt.

---

## Ordo XLI.

### HIPPOCASTANEÆ

(DC. Théor: ed: 2. p. 244. et Prodr: I. 597. = *Acera* Juss: gen: 251. sect: 1. = J. S. Hill: Famil: II. p. 15. t. 73. sect: 1.)

*Char: essentialis.*

» *Caps:* junior 3-locularis 3-valvis, loculis bi-ovu-
» latis, valvis medio septiferis; adulta coriacea sub-
» globosa abortu 2-3-valvis, 2-3-locularis, 2-4-
» sperma echinata vel inermis. *Sem*: sub-globosa varie
» compressa et angulata, hilo lato basilari. *Embr*:
» curvatus inversus, cotyledonibus carnosis gibbis,
» *plumula* grandiuscula 2-phylla. Cetera fere ut in
» *Acerineis.* »

*Obs*: Ordo a priori distinctus fructus structura, constans 1. tantum genere (*Æsculus*), ex DC. in 2. divisus præsertim respectu capsulæ *echinatæ* vel

*inermis*. Arbores vel frutices foliis compositis, racemis terminalibus.

I. ÆSCULUS Lin: gen: n. 462. = Lam: ill: t. 273. (*Æsculus* et *Pavia* DC.).

» *Cal*: campanulatus vel tubulosus. *Pet*: 4-5. ex-
» pansa vel 4. erecta. *Stam*: 7-8. introrsum recurva
» vel recta. *Caps*: echinata vel inermis. »

*Obs*: Spec: 4-5. *Indias* boreales colentes ac in fere tota *Europa* sub dio cultæ, in binas sectiones (*Æsculus* et *Pavia*) divisæ.

1. *Æsculus.*

1. *Æ. Hippocastanum* = L. Vern: *Castagna d'India*. = 2. *Æ. rubicunda* = DC. (*Æ. caruca* Hortul:). = 3. *Æ. glabra* = W. Huc pertinet sec: SPR: *Æ. ohiôensis* MICHX:

2. *Pavia.*

4. *Æ. macrostachya* = Mich: = 5. *Æ. Pavia* = L. *Pavia rubra* LAM: = 6. *Æ. discolor* = Pursh: *Æ. hybrida* DC. = 7. *Æ. flava* = Ait:

*Species dubiæ.*

8. *Æ. pubescens* = H. Loddig: Missa sub hoc nomine ab HUGUENIN et culta in H. BURDINII, ad *Æ. Paviam* valde accedere videtur, sed differt foliolis concoloribus utrinque sub-pubescentibus, axillis nervorum haud pilosis, lobis calycinis obtusissimis, petalis amplioribus, demum colore florum; hinc sequentem diagnosim propono: « *Æ.* foliis quinato-digitatis,

» foliolis ovato-oblongis serratis utrinque acutis pe-
» tiolisque sub-pubescentibus, unguibus petalorum
» calycem obtusissimum sub-æquantibus, staminibus
» rectis corolla 4-petala brevioribus, capsula inermi
» (flores rubicundi ampli). » Nob:

Obs: geographica circa *Hippocastaneas*.

*Hippocastaneæ* ex DC. sistunt numero 9., quarum nullæ pedemontanæ.

---

## Ordo XLII.

### RHIZOBOLEÆ

(DC. Prodr: I. 599. = Gærtn: fruct: II. p. 93. t. 98. = Lam: ill: t. 486. sub *Pekea* = *Sapindis* affines pro genere *Pekea* Juss: gen: 249., *incertæ sedis* pro genere *Caryocar* Juss: ib: p. 435.)

*Char: essentialis.*

» *Cal:* 5-fidus. *Pet:* 5. alterna disco hypogyno cum
» staminibus inserta. *Stam*: numerosissima duplici or-
» dine, interiora sæpe breviora et castrata, basi sub-
» connata. *Ovar*: liberum 4-loculare 4-ovulatum.
» *Styl*: 4. *Fructus* constans nucibus 4. vel (abortu)
» paucioribus adglutinatis; *nux* quæque semilunata

» hinc gibba et globose turgida, inde compressiuscula,
» indehiscens, 1 - locularis, duplici putamine exte-
» riore lignoso, interiore cartilagineo - membranaceo
» extus tuberculato vel setoso intus glaberrimo. *Sem*:
» reniforme exalbuminosum. *Embr*: radicula maxima
» adscendente totam nuclei substantiam amygdalinam
» efficiente, *plumula* (*scapus* GÆRTN:, *tigella* RICH:,
» *cauliculus* DC.) ancipiti cotyledones foliaceas ge-
» rente. »

*Obs*: Ordo ob fructus structuram prorsus distinctus ludens inter *Hippocastaneas* et *Sapindaceas*, ac constans 6. stirpibus *Americam* calidiorem colentibus, in calidariis europæis rarissimis, nunc ad unicum genus (*Caryocar* L., *Rhizobolus* GÆRTN:, *Pekea* et *Saonari* AUBL:) spectantibus. Arbores excelsæ foliis oppositis 3-5-foliolatis, floribus racemosis ebracteatis (Cons: AUBL: Gujan: I. p. 594 - 599. et t. 238 - 241.). Nulla specim: in hb:

# Ordo XLIII.

## SAPINDACEÆ

(DC. Prodr: I. 601. = *Sapindi* Juss: gen: 246. = J. S. Hill: fam: II. p. 8. t. 72.)

*Char: essentialis.*

» *Cal*: plus minusve 4-5-divisus. *Pet*: sæpius tot » quot calycis divisiones interdum 1. deficiente, raro » nulla, cum staminibus disco hypogyno inserta, » nuda, vel intus villosa aut appendice petaliformi » (*nectaricymata* Spr:) interiore aucta. *Stam:* sæpius » numero petalorum dupla. *Ovar*: sub-rotundum. » *Styl*: 3. vel rarius 1. *Fructus* drupaceus vel cap- » sularis 3-locularis vel (abortu?) 1-2-locularis. *Sem*: » in loculis solitaria, angulo interiori adfixa, exalbu- » minosa. *Radicula* incurva, cotyledonibus replicatis » raro rectis. »

*Obs*: Ordo satis distinctus, et habitu valde naturalis, constans ex DC. generibus 29., quorum nonnulla forsan sejungi debent et ordinem distinctum constituere (*Dodoneaceæ* H. et B.), alia valde dubia. Arbores vel frutices erecti aut scandentes, rarius herbæ scandentes, foliis alternis plerumque compositis; plantæ omnes exoticæ pleræque intratropicales, nonnullæ cultæ in calidariis europæis, paucæ (annuæ) sub dio.

I. Cardiospermum Lin: gen: 498. = Lam: ill: t. 317.

» *Cal*: 4-sepalus. *Pet*: 4. intus appendiculata; glan-
» dulæ 2. hypogynæ inter petala et stamina. *Stam*: 8.
» *Styl*: 3. *Caps*: inflata membranacea 3-locularis. *Sem*:
» globosa hilo lato cordato. »

*Obs*: Genus constans 12. speciebus ex DC., 8. ex Spr: Herbæ vel raro frutices sub-scandentes, pedunculis racemosis, pedicellis inferioribus 2. abortivis cirrhosis.

1. *C. Halicacabum* = L. (*Indiis*). = 2. *C. Corindum* = L. (*Brasil*:). = 3. *C. corymbosum* = H. paris: A *Corindo* non videtur differre.

II. Seriana Plum: gen: 34. t. 35. = Lam: ill: t. 318. f. 1.

» *Cal*: 5-sepalus. *Pet*: 4. intus appendiculata,
» quinti deficientis sede vacua. *Samaræ* 3. connexæ
» inferne in alam membranaceam dilatatæ. *Sem*: ob-
» ovata. »

*Obs*: Genus constans 20. circiter stirpibus. Frutices scandentes sarmentosi, foliis 1-2-3-ternatis aut impari-pinnatis; inflorescentia *Cardiospermi*.

1. *S. triternata* = W. *Paullinia* L. (*Ind*: occid:). Specim: ex Bertero lectum in *Guadalupa* refert petiolos vix *sub-marginatos* uti ex Spr: syst: II. 248., nec reapse *alatos* uti ex diagn: DC. Prodr: I. 604.: an species diversa? Sed in ceteris perfecte quadrat.

2. *S*.... Specimen possideo ex cl: Martio ex *Brasilia* sine nomine specifico, et sine fructu, ceterum perfectissimum. Spectat ad II. sectionem (foliis 2-ternatis), sed differt ab aliis stirpibus Auctorum. *Caulis* arbo-

reus, volubilis, teres, glaber, cortice griseo, ramosus, ad ramos raro ad racemos cirrhosus. *Folia* modo ternata sæpius 2-ternata; foliola in 2-ternatis inferiora petiolata superiora sub-sessilia, omnia ovata 1-poll: longa 1/2 lata, terminale sæpius rhombeum, crenulata, superne lucida subtus ferruginea; *petioli* nudi, canaliculati, sub-ferruginei. *Racemi* axillares, simplices, sæpius ad apicem rachidis paniculati foliorum longitudine; pedicelli setiformes; flores ex sicco albidi parvuli.

*Obs*: Valde affinis videtur *S. lupulinæ* Schum: (DC. Prodr: I. 604., Spr: syst: III. 247.) a qua differt petiolis *nudis* nec *sub-alatis* ac in nostra *ferrugineis* uti foliorum pagina inferior, insuper racemis sæpius, præsertim superioribus, ad apicem paniculatis; alæ fructus desunt in specim: Si distinctam speciem constituit, ceu cl: Martius dubitavit, *ferrugineam* appello et ita definio:

» *S. ferruginea* foliis ternatis 2-ternatisve; foliolis
» crenulatis supra lucidis subtus petalisque ferrugi-
» neis, terminali sub-rhombeo, lateralibus ovatis;
» petiolis nudis; racemis sub-paniculatis. » Nob:

III. Paullinia Lin: gen: n. 679. = Plum: gen: 34. t. 35. sub *Curura* = Lam: ill: t. 318. f. 4.

» *Cal*: inæqualis. *Caps*: coriacea 3-locularis 3-valvis.
» *Sem*: semi-arillata. Cetera *Serianæ*. »

*Obs*: Genus vix a priori distinctum fructus structura; habitus idem. Spec: 39. ex DC., quarum plurimæ valde dubiæ ob fructus ignotos.

1. *P. carthagenensis* = Jacq: (*Ind*: occid:). = 2.

*P. triquetra.* Sub hoc nomine ex hb: Bellardii cum sequenti indicatione: « *Ex h. Matrit:* Pasch: *dedit.* » Videtur accedere ad *P. connatifoliam* Rich: juxta diagnosim Spr: syst: II. 249.; caulis triqueter villosissimus, folia 2-ternata vel pinnata; foliola *membranacea* nec *coriacea* uti in *P. connatifolia*, superne *villosiuscula* nec *glabra*, subtus petiolique nudi ferruginea, pedunculi cirrhosi villosi, racemi elongati; desunt fructus.

IV. Sapindus Lin: gen: n. 499. = Lam: ill: t. 307.

» *Cal:* 4-5-sepalus coloratus. *Pet:* 4-5. intus glan-
» dulosa vel barbata. *Styl:* 3. *Stigm:* 3. (*styl:* 1.,
» *stigm:* 1. ex Brown; *styl:* 1., *stigm:* 3. ex DC.).
» *Caps:* 3-cocca, sc: carpella 3. globosa connata 2.
» sæpe abortiva. *Sem:* sphærica. »

*Obs:* Genus constans 18. stirpibus satis determinatis, 3-4. valde dubiis. Arbores regionum calidiorum incolæ, nonnullæ cultæ in calidariis europæis ubi rarissime florent, foliis abrupte aut sub-imparipinnatis, petiolo communi alato vel nudo, floribus paniculatis terminalibus.

1. *S. marginatus* = W. (*Georgia*). Cultus in H. Ripul: ac sæpe confusus cum *S. Saponaria* L. valde diverso foliis 3-*jugis* nec 5-6-*jugis*, petiolo *late-ovato*, non *superne* tantum *anguste marginato*. = 2. *S. inæqualis* = DC. (*Guadalupa*). Specim: communicatum a Bertero sub nomine *S. Saponariæ?*, Balbisius credidit esse *S. rigidum* Ait:; at in planta Berteri folia petiolique glabri, foliola 4-5-juga coriacea, eviden-

tius acuminata, paniculæ valde divaricatæ; hinc species cl: DC. (Prodr: I. 608.) admittenda.

V. CUPANIA Lin: gen: n. 645. = Plum: gen: 49. t. 19. et Lam: ill: t. 305. sub *Molinæa.*

» *Cal*: 5-sepalus. *Pet*: 5. intus glabra cucullata vel
» planiuscula. *Stam*: 8. *Styl*: 1. 3-fidus. *Caps*: 3-lo-
» cularis 3-valvis, valvis medio septiferis, loculis 1-
» 2-spermis. *Sem*: arillata. »

*Obs*: Genus nunc conjunctum cum *Molinæa* COMMERS: et JUSS: a qua distinguitur tantum petalis *planiusculis*, filamentis *villosis*. Arbores intratropicales *americanæ* (*Cupaniæ*), *mauritianæ* aut *indicæ* (*Molineæ*), rarissimæ in calidariis, foliis abrupte pinnatis, floribus sæpe abortu masculis.

1. *C. tomentosa* = SW: Optimum specim: ex BERTERO lectum in *Guadalupa* = 2. *C. Poiretii* = Kunth sec: Spr: c. p. pag. 149. *Robinia rubiginosa* Poir: (Ins: *Trinit*:, *Guadal*:). Specim: ex BERTERO ut supra sub nomine *Robiniæ rubiginosæ.*

VI. MELICOCCA Lin: gen: n. 648. = Lam: ill: t. 306.

» *Cal*: 4-5-partitus persistens. *Pet*: 4-5. reflexa
» quandoque 0. *Stam*: 8. *Styl*: 1. *Stigm*: sub-pelta-
» tum. *Bacca* corticosa sæpius abortu 1-locularis 1-
» sperma. »

*Obs*: Genus constans ex DC. 7. stirpibus, quarum tres ultimas SPR: ad *Stadmanniam* amandat utpote flores *apetalos*, fructusque 2-3-*spermos* gerentes; cur igitur idem cl: Auctor *Melicocco* petala tribuit quan-

doque nulla in charactere generico? Arbores intra-tropicales, floribus sæpe polygamis; habitus *Sapindi*.

1. *M. bijuga* = L. Specimen perfectum a Bertero lectum in *Guadalupa*; rachis *compressa* non *sub-alata* uti in diagnosi DC. Prodr: I. 615.

VII. Koelreuteria Laxm: nov: comm: petr: XVI. p. 561. = Lam: ill: t. 308.

» *Cal*: 5-sepalus. *Pet*: 4. basi squamosa. *Stam*: 8.
» *Styl*: 1. incrassatus. *Caps*: 3-locularis inflata loculis
» 2-spermis. »

*Obs*: Genus constans unica specie a *Sapindo* (*Sapindus chinensis* L. fil:) vix distincta, habitu tamen diversa, et pertinente juxta Sprengelii opinionem ad *Meliaceas* (syst: II. 173. n. 1428.). Frutex foliis imparipinnatis grosse dentatis, floribus paniculatis.

1. *K. paniculata* = Laxm: (*China*). Cult: in H. Ripul:

VIII. Llagunoa R. et P. fl: per: prodr: 126. t. 28. (*Amirola* Pers: et DC.).

» *Cal*: 4 - 5 - fidus latere fissus. *Pet*: 0. *Stam*: 8.
» *Styl*: 3-sulcus. *Caps*: inflata 3-locularis 3-valvis,
» valvis membranaceis medio septiferis monospermis. »

*Obs*: Genus a prioribus habitu valde distinctum et forsan ab ordine sejungendum cum aliis *Dodonæaceis*, constans 3. stirpibus. Frutices peruviani, erecti, foliis simplicibus vel basi sub-3-sectis, floribus sæpe (abortu) monoico-polygamis sub-racemosis.

1. *L. nitida* = R. et P. Cult: in H. Ripul: sub *Amirola*.

IX. Dodonæa Lin: gen: ed: 1. n. 855. non Plum: = Lam: ill: t. 304.

» *Cal*: 4-partitus deciduus. *Caps*: 2-3-locularis 2-
» 3-valvis 2-3-alata, valvis angulo centrali in facie-
» bus seminiferis 2-spermis. *Sem*: sub-globosa. Cetera
» *Llaguneæ.* »

*Obs:* Genus priori valde affine, distinctum fructus præsertim structura, constans 12-18. stirpibus, quarum 5-6. non satis notæ. Frutices ex *Indiis* vel *Australasia*, foliis oblongis sæpius viscosis, floribus quandoque (abortu) polygamis aut dioicis, sub-racemosis.

1. *D. viscosa* = L. (*Ind*: occid:, *Afr*: occid:). = 2. *D. jamaicensis* = DC., *angustifolia* Savi (*Jamaica*, *Hispaniola*). Possideo insuper sine nomine triviali specim: ex hb: Bellardii cum scheda: cl: Billardierii ita inscripta: « *Dodonæa* .... *e cap*: *Van-Diemen.* » Videtur valde affinis *D. salicifoliæ* DC. Prodr: I. 617: quam Spr: cum *D. jamaicensi* conjunxit; sed desunt fructus uti in specim: ex quo cl: Candolleus diagnosim exaravit.

## Obs: geographica circa *Sapindaceas*.

*Sapindaceæ* ex DC. sistunt numero 193., quarum nullæ europææ.

# Ordo XLIV.

## MELIACEÆ

(DC. Prodr: I. 619. = *Meliæ* Juss: gen: 263. = J. S. Hill: fam: II. p. 40. t. 78. = *Meliaceæ* et *Cedrelaceæ* Adr: Juss: mém: sur le groupe des *Meliacées* extr: du mus: d'hist: natur: 1830.)

*Char: essentialis.*

» *Cal:* 3-4-5. (in *Cedrelaceis* 4-5.) divisus. *Pet:* » totidem ungue lato sæpius basi conniventia. *Stam:* » numero petalorum dupla in tubum coalita rarissime » (in *Cedrelaceis Cedreleis*) distincta, disco hypogyno » inserta. *Ovar:* 1. loculis numero petalorum æqua- » libus aut paucioribus 1-2-rarissime 4-ovulatis in » *Meliaceis*, 4-vel pluri-ovulatis in *Cedrelaceis*, et » tunc ovula 2-seriata imbricata. *Fructus* carnosus » indehiscens aut sæpius capsularis valvis medio se- » ptiferis in *Meliaceis*, capsularis valvis a septis so- » lubilibus in *Cedrelaceis*. *Semin:* arillata vel exaril- » lata, in *Cedrelaceis* plana alata. *Album:* carnosum » in *Melieis*, nullum in *Trichilieis*, tenue vel nul- » lum in *Cedrelaceis*. »

*Obs:* Ordo valde adhuc obscurus etsi recentius a cl: Adr: Juss: l. c. optime illustratus atque in 2. distinctus ex notis supra allatis, quorum primus (*Meliaceæ*) in *Melias* et *Trichilieas*, alter in *Swietenieas* et *Cedreleas* subdivisus, constans ex DC. 16. generibus, nunc ex Adr: Juss: 26. pro *Meliaceis*, 7. pro

*Cedrelaceis*. Arbores vel frutices ex regionibus calidioribus, foliis exstipulatis plerumque pinnatis raro simplicibus, inflorescentia valde composita, floribus pseudo-hermaphroditis.

. Melia Lin: gen: 576. = Lam: ill: t. 352. = Adr: Juss: l. c. p. 67. t. 2. n. 4.

» *Cal*: 5-fidus minimus. *Pet*: 5. patentia. *Stam*: 10.
» in tubum apice denticulatum intus ad faucem an-
» theriferum coalita. *Styl:* filiformis. *Stigma* capitato-
» 5-angulum. *Drupa* ovata, nucleo 5-loculari, locu-
» lis 1 - spermis. *Semina* ala destituta albuminosa.
» *Embr*: inversus. »

*Obs*: Genus nunc constans 10. stirpibus, quarum nonnullæ cultæ in hortis europæis.

1. *M. Azedarach* = L. (*Eur:* austr:, *Afr*:, *India*). = 2. *M. sempervirens* = Sw: (*Jamaica*). Statura minori a priori, cujus forsan sola var:, distinguitur.

I. Trichilia Lin: gen: n. 528. = Adr: Juss: l. c. p. 83. t. 7. n. 18.

» *Cal*: 4-5-dentatus. *Pet*: 4-5. *Stam*: 10. vel sub-
» distincta, vel in tubum 10-fidum intus antherife-
» rum coalita. *Stigma* capitato-sub-3-lobum. *Caps*:
» 3-locularis loculis 1-2-spermis. *Sem*: ala destituta
» exalbuminosa. *Embr*: inversus. »

*Obs*: Genus constans 18-20. stirpibus. Unicam possideo, scilicet *Tr*: *spinosam* (W. sp: II. 554.) ex hb: Bellardii missam a W. cum flore, sed sine fructu, nunc exclusam et ad *Turræam* amandatam (Adr: Juss: l. c. p. 85.).

III. Cedrela Lin: gen: n. 277. = Lam: ill: t. 137. = Adr: Juss: l. c. p. 102. t. 12. n. 29.

» *Cal*: 5-dentatus minimus. *Pet*: 5. antherifera 5. » sterilia vel nulla conniventia, cum toro staminifero » pedicello ovarii inserta. *Stam*: 5. libera. *Stigma* ca- » pitatum 5-gonum. *Caps*: lignosa 5-locularis 5-valvis. » *Sem*: numerosa compressa imbricata infra alata al- » buminosa. »

*Obs*: Genus constans ex DC. 5. stirpibus, ex Adr: Juss: 10. Arbores ligno odorato coloratoque, foliis pinnatis foliolis inæquilateris, paniculis terminalibus amplis pyramidatis. Colo in H. Ripul: *C. odoratam* L. quæ nondum floruit.

IV. Swietenia Lin: gen: n. 575. = Gærtn: fruct: II. p. 89. t. 96. = Adr: Juss: l. c. p. 96. t. 11. n. 25.

» *Cal*: minimus 5-dentatus deciduus. *Pet*: 5. *Stam*: » 10. in tubum apice dentatum intus antheriferum » coalita. *Stigm*: capitatum 5-radiatum. *Caps*: lignosa » 5-locularis 5-valvis polysperma. *Sem*: deorsum im- » bricata apice alata albuminosa. »

*Obs*: Genus habitu *Cedrelæ*, sed distinctum præsertim staminibus monadelphis, seminibus apice non infra alatis, embryone erecto, nunc constans sola *S. Mahagoni* L. culta in H. Ripul:

Obs: geographica circa *Meliaceas*.

*Meliaceæ* ex DC. sistunt num: 65., ex Adr: Juss: numero 150., quarum nullæ europææ excepta forsan *Melia Azedarach*.

## Ordo XLV.

### AMPELIDEÆ

(H. B. et DC. Prodr: I. 627. = *Vites* Juss: gen: 267. = J. S. Hill: fam: II. p. 48. t. 79. = *Sarmentaceæ* Vent: = *Viniferæ* Juss: mém: mus: et Spr: pro solo genere *Vitis*.

*Char: essentialis.*

» *Cal*: monosepalus sub-integer. *Pet*: 4-5. distincta » rarius coalita, disco ovarium ambiente extus cum » staminibus inserta. *Stam*: tot quot petala eisque » opposita. *Ovar*: simplex. *Styl*: 1. brevissimus aut » sub-nullus. *Stigm*: simplex. *Bacca* 2-locularis lo- » culis dispermis, sæpe maturitate dissepimentis eva- » nidis 1-locularis. *Sem*: ossea, superficie inæqualia, » albuminosa. *Embr*: erectus. »

*Obs*: Ordo satis naturalis pro veris *Ampelideis* seu *Viniferis*, quæ primam sistunt sectionem ex DC.; obscurus circa *Leeaceas* secundam sectionem constituentes; in illis petala distincta, pedunculi sæpe cirrhosi; in hisce corolla gamopetala, pedunculi absque cirrho; fructus et semina vix nota. Frutices sarmentosi scandentes, foliis stipulatis simplicibus compositisve, floribus minimis virescentibus.

. Cissus Lin: gen: n. 147. = Lam: ill: t. 84.

» *Cal*: minimus integer. *Pet*: 4. persistentia ab

» apice ad basim abscendentia. *Stam*: 4. *Bacca* 2-lo-
» cularis loculis 1-2-spermis. »

*Obs*: Genus constans 66. stirpibus ex Spr., 80. ex DC. juxta foliorum compositionem in plures sectiones divisis; nullæ europææ; nonnullæ in hortis cultæ.

1. *C. antartica* = Vent: choix t. 21. (*N. Holland:*). Culta in H. Ripul: ubi parce floret. = 2. *C. sicyoides* = L. sp: 170. (*Jamaica*). = 3. *C. virginea* = L. sp: 170. (*India*). Undique ferruginea, folia quandoque retusa. = 4. *C. acida* = L. sp: 170. (*Amer: calid:*). Umbellæ in specim: haud sub-sessiles uti in diagnosi Spr:, immo longe pedunculatæ. = 5. *C. trifoliata* = Jacq: am: 73. (*Indiis*). Species obscura. Cl: DC. dubitat eandem esse ac *C. acida*; specim: meum valde differt foliolis multoties majoribus, dentibus distantibus; nec omnino quadrat cum diagnosi Spr: circa *C. trifoliatam* L.; foliola enim potius *ovato-cuneata* quam *sub-rotunda*, *glabriuscula* non *hirsuta*: huc refert idem Spr: *C. alatam* et *obtusifoliam* Lam:; primam ad *C. trifoliatam* L. non Jacq: dubitat pertinere cl: Candolleus, alteram ad *C. crenatam* Vahl. = 6. *C. digitata* = Lam: ill: n. 1627. (*Arabia*). Folia inferiora tantum digitata, superiora ternata. = 7. *C. striata* = R. et P. fl: per: I. p. 64. t. 100. (*Peruv:, Chili*). Specim: optimum ex Bertero lectum in *Chili* loco dicto *Monte la Leona*; foliola male dicuntur *oblongo-lanceolata*, melius *oblongo-spathulata*, media duplo fere majora; cimæ seu potius racemi axillares et terminales longissimi multiflori, flores valde coarctati. = 8. *C. orientalis* = Lam: ill: p. 322. t. 84. f. 2. (*Orient:*). = 9. *C.* . . . Ex hb: cl: Martii specim:

habeo sine nomine triviali, in *Brasilia* loco dicto *Pareiles* lectum, novam forsan stirpem constituens; folia sunt pinnata; foliola 3-5-ovato-lanceolata denticulata acuta subtus ferrugineo-subtomentosa; rami tetragoni grisei; racemi axillares foliorum longitudine: desunt fructus. Si pro nova specie habenda, *C. brasiliensem* appello.

II. Ampelopsis Michx: fl: bor: am: I. p. 159. = Sub *Vite* Spr:

» *Pet*: 5. *Stam*: 5. Cetera *Cissi*. »

*Obs*: Genus medium inter *Cissum* et *Vitem*, cui magis affine numero petalorum et staminum, constans 5-6. stirpibus. Undique culta invenitur *A. hederacea* Michx: l. c. p. 160., *Hedera quinquefolia* L., *Virginiæ* incola, modo fere indigena et sub nomine vernaculo *Brassabosch* notissima.

III. Vitis Lin: gen: n. 284. = Lam: ill: t. 145.

» *Cal*: sub-5-dentatus. *Styl*: o. Cetera *Ampelo-*
» *psidis*. »

*Obs*: Genus constans 20. circiter stirpibus exclusa *Ampelopside*, quarum nonnullæ valde dubiæ.

*? 1. *V. vinifera* = L. sp: 293. = Spr: syst: I. 777. = Lam: ill: t. 145. f. 1. Ic: taur: vol. 8. t. 84. et vol. 21. t. 109. (*Asiæ* austr: indigena, nunc ubique fere culta). Cl: Allionius tradidit *Vitem viniferam* non modo coli, sed *Labruscam* sive *V. sylvestrem* ad sepes et dumeta sponte nasci; addit insuper *V. Labruscam* matrem esse plurium *V. viniferæ* differentiarum (All: pedem: n. 1759.); hinc forsan cre-

didit esse spontaneam: valde tamen dubito errore ductum fuisse cl: Virum ex quo in *Pedemontio* vernaculo sermone *Lambrusca* appelletur *Vitis* illa quæ inculta crescit ad sepes, quamque puto esse veram *V. viniferam* in statu naturali ex seminibus initio ortam et hinc spontaneam factam; nam vera *V. Labrusca* L. *Americæ* borealis incola a nostra *Lambrusca* valde differt, et hæc jam erat spontanea quum borealis *America* detecta fuit; in *Labrusca* L. folia sublus petiolique sunt prorsus ferrugineo-tomentosi, dentes distantes breves acutissimi; flores polygami: non loquor de foliorum sinubus lobisve qui multimode variant in *V. vinifera;* sed priores characteres in hac et in nostra *Lambrusca* frustra quæsivi.

2. *V. laciniosa* = L. sp: 293. Stirps hæc cujus patria incerta traditur ab Auctoribus, varietatem forsan prioris esse dubitat DC. se se referens ad R. et S. syst: V. p. 314. pro var: 24. (*Walsche*); observandum tamen, hanc varietatem ex R. et S. habere folia *ad costas usque 5-partita*, dum in *laciniosa* apud eosdem Auctores p. 319. n. 16. illa sunt *quinata*, *foliolis multifidis* uti in specim: meis. = 3. *V. riparia* = Michx: fl: am: bor: II. p. 231. (*Amer*: bor:). Huc pertinet *V. odoratissima* Donn: sec: R. et S. et DC.; at hæc culta in H. Burdinii quam habeo ex Huguenin videtur a *V. riparia* differre petiolis nervisque foliorum *glabris* nec *pubescentibus;* insuper in *V. riparia* lobi foliorum evidentiores, dentes breviores. = 4. *V. vulpina?* Valde dubia, ab Auctoribus confusa cum *V. æstivali* et *cordifolia* Michx:

Specim: meum vix differt a *V. Labrusca*. Cons: R. et S. l. c. p. 317. n. 8. 9.

Obs: geographica circa *Ampelideas*.

*Ampelideæ* ex DC. sistunt numero 115., quarum una tantum scilicet *Vitis vinifera* spontanea in *Pedemontio* evasit.

---

## Ordo XLVI.

### GERANIACEÆ

(DC. Prodr: I. 637. = *Gerania* Juss: gen: 268. = J. S. Hill: fam: II. p. 51. t. 80.)

*Char: essentialis.*

» *Cal:* persistens 5-partitus vel sæpius sepala 5.
» uno interdum basi in calcar cum pedunculo con-
» natum producto. *Pet:* 5. (rarius 4., in *Rhyncothe-*
» *ca* 0.) sepalis alterna, æqualia vel inæqualia. *Stam:*
» fere semper basi monadelpha numero et mensura
» inæquali, rarissime libera (in *Rhyncotheca*). *Ovar:*
» torus elongatus in axim pentagonum gracilem, desi-
» nens prima fronte in stylum unicum crassum lon-
» gum stigmatibus 5. coronatum, sed revera styli 5.
» juxta torum sessiles et arcte connati persistentes.

» *Fructus* constans arillis seu carpellis 5. 1-2-sper-
» mis indehiscentibus, maturitate ab apice ad me-
» dium tori e fundo calycis elastice secedentibus in
» vim stylorum (*aristæ* Auctorum). *Semin:* exalbu-
» minosa. *Embr*: curvus. »

*Obs*: Ordo valde naturalis habitu, organis floralibus, et præsertim singulari fructus structura, constans generibus 5. rite determinatis. Herbæ aut suffrutices caulibus articulato-nodosis, foliis oppositis vel alternis, et tunc pedunculi folio oppositi, floribus solitariis vel umbellatis.

I. Monsonia Lin: supp: p. 342. = Lam: ill: t. 678.

» *Cal*: 5-sepalus æqualis aristatus. *Pet*: 5. æqualia
» sub-dentata. *Stam:* 15. basi monadelpha vel penta-
» delpha. *Carpellorum* aristæ contortæ barbatæ. »

*Obs*: Genus elegantissimum ob magnitudinem ac colorem florum, constans 7 - 8. stirpibus fruticulosis spinosis, floribus monadelphis (*Sarcocaulon* DC.) vel herbaceis inermibus, floribus pentadelphis (*Olopetalum* et *Odontopetalum* DC.); omnes incolæ *C. B. S.*

1. *M. lobata* = Mont: act: goth: II. p. 1. t. 1. = 2. *M. ovata* = Cav: diss: IV. p. 193. t. 113. f. 1. = 3. *M. pilosa*, var: *suffruticosa* = Colla H. Ripul: p. 93. n. 1. tab: II.

II. Geranium L'Herit: ger: = Lam: ill: t. 573.

» *Cal*: 5 - partitus laciniis aristatis raro muticis.
» *Pet*: 5. æqualia. *Stam*: 10. basi monadelpha alter-
» natim inæqualia. *Glandula* nectarifera ad basim sta-
» minum majorum. *Carpellorum* aristæ rectæ nudæ. »

*Obs*: Genus jam a D. Linnæo cum *Pelargonio* confusum, modo proprium et ipso habitu facile dignoscendum, constans stirpibus 66. ex DC., 62. ex Spr: Herbæ perennes vel annuæ, rarissime suffruticosæ, foliis diverse lobatis, pedunculis 1-2-floris.

1. *Perennia, pedunculis 1-floris.*

1. *G. sibiricum* = L. sp: 957. (*Sibir:*, *Caucaso*, *China*). Rami haud *villosi* uti ex Spr: sed *glabri* subangulati.

❋ 2. *G. sanguineum* = L. sp: 958. = Spr: syst: III. 71. = Cav: diss: IV. t. 76. f. 1. Ic: tauc: vol. 5. t. 67. (*Eur*: sylvaticis. In sylvis collium *Taurinensium* et ad rupes diffractas in subalpinis et montanis *Pedemont*: frequens All: n. 1411. Passim in pascuis aridis atque saxosis provinciæ *Segusianæ* Re fl: segus: p. 58. Copiose in sylvis *della Mandria* Re fl: torin: I. 350. In sylvis collinis provinciæ *Novariens*: Biroli fl: acon: II. 18.). Flores ampli plus minusve purpurei: variat caule prostrato (*G. prostratum* Cav:); foliis plus minusve sectis, quandoque villosissimis (*G. villosissimum* Gaud:).

2. *Perennia, pedunculis 2-floris.*

3. *G. anemonæfolium* = L'Herit: ger: t. 36. (Ins: *Canar:*). Suffrutic: Flores ampli purpurascentes.

❋ 4. *G. macrorrhizon* = L. mant: 343. = Spr: syst: III. 71. = Cav: diss: IV. p. 212. t. 25. Ic: taur: vol. 5. t. 61. (*Carinthia*, *Græcia*, *Italia*. *Pedem*: in *M. Cenisio* et supra *Tendam* All: n. 1398. In *M. Turlo* prov: *Novariens*: Biroli fl: acon: II. 18.). Basi suffrut:

5. *G. Wallichianum* = Sweet: ger: t. 90. (*Nepal:*). Ex nervorum dispositione folia sunt rectius 3-loba quam 5-fida sec: Spr: vel 5-loba sec: DC.; lobi inferiores sunt sub-2-lobati, omnes lobato-dentati; herba pulchella sericeo-villosa petalis amplis emarginatis læte purpureis; ita in specim: plantæ cultæ, ab humanissimo Huguenin communicatæ. = 6. *G. Vlassovianum* = Fisch: ex DC. Prodr: I. 641. (*Sibir:*). = 7. *G. striatum* = L. am: IV. p. 282. (*Ital:*, *Græcia*).

✻ 8. *G. nodosum* = L. sp: 953. = Spr: syst: III. 72. = Cav: diss: IV. t. 80. f. 1. Ic: taur: vol. 5. t. 58. (*Anglia, Gallia, Italia. Pedem:* in umbrosis sylvis *Taurinensibus;* in montanis et subalpinis frequens All: n. 1401. Re fl: tor: I. 351. In omnibus sylvis provinciæ *Segusianæ* Re fl: segus: 57. In sylvis collinis provinciæ *Novariensis* Biroli fl: acon: II. 19.). Folia ampla 3-5-loba, non prorsus glabra sed superne pilis brevissimis mollibus pellucidis adspersa, inferne glaberrima albescentia; laciniæ calycinæ longissime aristatæ; flores mediocres; petala purpurascentia striata.

✻ 9. *G. reflexum* = L. mant: 257. = DC. Prodr: I. 641. = Cav: diss: IV. t. 81. f. 1. (*Italia, Græcia.* In provincia *Novariensi* ad sepes inter *la Bicocca* et *Olengo* observatur sec: Biroli fl: acon: II. p. 18.). Pedunculi et calyces villosissimi.

10. *G. ibericum* = Cav: diss: IV. p. 209. t. 124. f. 1. (*Iberia*). Folia radicalia amplissima.

✻ 11. *G. phæum* = L. sp: 933. = Spr: syst: III. 72. = Cav: diss: IV. t. 89. f. 2. Ic: taur: vol. 10.

t. 56. 69. (*Eur*: *Pedem*: in lapidosis umbrosis alpinis et subalpinis. In *Sabaudia* frequentius, secus viam ab *Exilles* ad *Chaumont* ALL: n. 1399. *Alle Combe* supra *Chianoc* crescit var: β, *G. fuscum* L. mant: 97., RE fl: segus: 57.). Variat colore et forma petalorum, scilicet petalis rubro-fuscis albo-maculatis (*G. phæum* L.); petalis atro-fuscis (*G. fuscum* L.); petalis roseis emarginatis (*G. lividum* L'HER:, *G. patulum* VILL:, *G. subcæruleum* SCHLEICH:).

❋ 12. *G. sylvaticum* = L. sp: 954. = Spr: syst: III. 73. = Engl: bot: t. 121. (*Eur*: sylvis et pascuis montosis. *Pedem*: saxosis umbrosis *Alpium* præcipue ad earum radices; in sylvis umbrosis alpinis et pascuis editiorum *Alpium*, uti circa thermas *Vinadienses*, in pratis *Fenestrellarum* frequens ALL: n. 1402. Prope *Segusium* in regione dicta *delle Gorgie* RE fl: segus: 57. In monte *Musiné* RE fl: torin: I. 351. In provincia *Novariensi* præsertim ad radices montium *d'Intrasca* et *Canobbio* BIROLI fl: acon: II. p. 19.). Flores magni cærulei: variat petalis emarginatis (*G. sylvaticum* L.), et floribus majoribus petalis integris (*G. batrachioides* CAV: diss: IV. p. 211. t. 85. f. 1.).

❋ 13. *G. pratense* = L. syst: XII. p. 455. = Spr: syst: III. 73. = Cav: diss: IV. t. 87. f. 1. (*Eur*: dumetis. *Pedem*: abunde in montanis et subalpinis ALL: n. 1403.). Flores ampli cærulei. Variat statura minori excepto flore undique albido-sub-tomentoso, foliorum segmentis linearibus pinnatifidis: var: hæc crescit in *Dahuria* et communicata fuit a cl: FISCHERIO sub nomine *G. pratensis laciniati*.

❋ 14. *G. aconitifolium* = L'Her: ger: t. 40. = Spr:

syst: III. 73. (Alpibus *Delphinatus* et *Helvet:* ad rivulos. *Pedem:* in cavis gypseis ultra *la Posta* in *M. Cenisio* Balbis: misc: p. 34. Re fl: segus: p. 58. In alpibus *Sessitis* Biroli fl: acon: II. p. 19.). Flores parvi albidi lineati. Huc pertinet sec: DC. et Spr: *G. rivulare* Vill: dauph: III. t. 40.

15. *G. cæruleum* = DC. Prodr: I. 642. ex Patr: (*Dahuria*). Cult: in H. Ripul: ex seminibus missis a cl: Fischerio. Flores non *parvi* uti in diagnosi DC., immo *ampli*; ceterum quadrat: an satis a *G. pratensi* distinctum? an potius var: altera glabra? = 16. *G. collinum* = Bieb: fl: taur: II. p. 137. (*Tauria, Caucaso*). Planta valde dubia.

❉ 17. *G. palustre* = L. amæn: IV. p. 323. = Spr: syst: III. 73. = Oed: fl: dan. t. 596. Ic: taur: vol. 5. t. 57. (In pratis paludosis sub-sylvaticis a *Gallia* ad *Dahuriam* DC. *Pedem:* ad lacum *M. Cenisii* All: n. 1400. Re fl: segus: p. 57.). Penes nos rarissima species, quam frustra loco ab All: indicato quæsivi; folia in specim: misso ab Huguenin in *Cenisio* lecto 1828., uti ex scheda, sunt albidiusculo-sub-tomentosa; calyces striati; petala integra ampla ex sicco purpurea: ceterum quadrat cum descriptionibus Auctorum.

❉ 18. *G. pyrenaicum* = L. mant: 97. = Spr: syst: III. 73. = Cav: diss: IV. t. 99. f. 2. Ic: taur: vol. 23. t. 32. (In submontosis ab *Hispania* et *Anglia* ad *Iberiam*. *Pedem:* in alpibus *di Tenda* et circa *Segusium* All: n. 1408. Re fl: segus: 58. Alpibus *Sabaudiæ* Boccone sec: All: l. c. In pratis *del Campello* versus *Rimella* provinc: *Novariensis* frequens Biroli

fl: acon: II. 59.). Calyces sub-mutici; petala parva alba vel purpurascentia. Variat caule flaccidiore subnudo (*G. umbrosum* Kit:), et foliis profundius lobatis, petalis integerrimis (*G. nemorosum* Tenor:).

19. *G. nepalense* = Sweet: ger: t. 12. (*Nepal:*). Specim: optimum ex planta culta ab Huguenin. = 20. *G. parviflorum* = W. en: 716. (*Nov: Holland:*). Communicatum a Balbisio; flores parvi. = 21. *G. tuberosum* = L. sp: 953. *G. radicatum* M. B. non Lapeyr: (*Eur:*, a *Marsilia* ad *Tauriam*). = 22. *G. Berterianum* = Colla pl: rar: Chil: I. p. 7. *G. tuberoso proximum* Berter: in Merc: chil: n. XIV. p. 643. (*Valparaiso* in pascuis declivibus collium). Differt a priori statura undique minori, foliorum lobis *cuneatis* nec *linearibus*, calycibus *non coloratis*, radice *napiformi*. = 23. *G. incanum* = L. sp: 957. (*C. B. S.*).

❀? 24. *G. argenteum* = L. amœn: IV. p. 324. = Spr: syst: III. 74. (In Alpib: *Gallo-provinciæ*, *Carinthiæ*, *Pedemontii?* ex DC.). Sola fide cl: DC. refero hanc pumilam herbam tamquam *Pedemontii* spontaneam, nam Auctores nostri de ea silent; specim: meum communicatum fuit a cl: Perretio strenuo sabaudo Botaniphilo, qui plantam in *Gallia* legit.

25. *G. cinereum* = Cav: diss: IV. p. 204. t. 89. f. 1. (*Pyren:*).

### 3. *Herbacea, annua.*

26. *G. lanuginosum* = Lam: dict: II. p. 655. non Jacq: (*Amer: bor:*). = 27. *G. carolinianum* = L. sp: 956. *G. lanuginosum* Jacq: non Lam: (*Amer: bor:*).

Vix a priore diversum foliorum laciniis magis sectis nec prorsus lanuginosis.

✻ 28. *G. molle* = L. sp: 955. = Spr: syst: III. 74. = Oed: fl: dan: t. 679. Ic: taur: vol. 5. t. 65. 66. (*Eur*: fere tota. *Pedem*: ad vias et præcipue locis ruderatis All: n. 1406. Re fl: torin: I. 351. Biroli fl: acon: II. 20. *Sardinia* in ruderatis Moris st: sard: I. 10. In agro *Genuensi* Bertol: pl: gen: ed: 1. p. 81.). Flores parvi; calyces mutici sec: Auctores, in specim: meis brevissime aristati.

✻ 29. *G. rotundifolium* = L. sp: 957. = Spr: syst: III. 75. = Cav: diss: IV. t. 93. f. 2. (*Eur*: fere tota. *Pedem*: ubique ad vias Balbis: misc: bot: p. 35. Re fl: torin: I. 253. In pascuis provinciæ *Segusianæ* Re fl: segus: 58. In provinciæ *Novariensis* campis et pratis vulgare Biroli fl: acon: II. 20. In *Sardiniæ* arvis Moris st: sard: I. p. 10. In agro *Genuensi* cum priore Bertol: pl: gen: ed: 1. p. 82. n. 190. et amæn: ital: p. 168. c. descript: pro var: *petalis emarginatis* ). Planta hæc facillime confunditur cum priori a qua vix differt calyce aristato, et carpellis pubescentibus, seminibus reticulatis; ceterum in segmentis foliorum valde variat, immo quandoque in calycinis aristis. Var: a cl: Bertolonio descripta eximia; in ea calyces dicit *setula brevissima* terminatos, non reapse *aristatos*; specim: possideo in quibus *sub-mutici* adparent.

30. *G. intermedium* = Colla pl: rar: chil: I. p. 8. (*Chili* pascuis et sepibus *Rancagua*). Ex Bertero sub nomine *G. rotundifolii* cum dubitationis signo. Ludit reapse inter *G. molle* et *rotundifolium*, sed differt foliis *longissime* petiolatis omnibus plus minusve basi

truncatis, earumque laciniis constanter *rotundatis mucronulatis*; a primo autem præsertim calyce *aristato* nec *mutico*, ab altero carpellis *glabris* non *hirsutis*.
» *G.* caule erecto ramoso striato villosiusculo, foliis
» longissime petiolatis basi sub-truncatis glabriusculis
» 5-lobis, lobis 3-fidis laciniis rotundatis mucronu-
» latis, petalis integris calycem villosum brevi ari-
» statum æquantibus, carpellis glabris, seminibus...
» (flores parvi, petala purpurea). » Nob:

❋ 31. *G. pusillum* = L. sp: 957. = Spr: syst: III. 75. = Vaill: bot: t. 15. f. 1. (*Eur*: ruderatis. *Pedem*: in macilentis ad vias All: n. 1410. Speciatim inter *Taurinum* et *la Madonna di Campagna* Re fl: torin: I. 353. In provinc: *Novariensis* pratis sterilibus, pascuis et declivis *Ticini* Biroli fl: acon: II. p. 20. In *Chili* pratis et ad vias frequens vidit Berterus Merc: chil: n. XIV. p. 643.). Flores minimi. Variat caule humiliori, foliis tenuius incisis (*G. humile* Cav: diss: IV. t. 83. f. 2.). *G. malvæfolium* Lam: a Spr: omissum pertinet ad hanc speciem sec: DC. Prodr: I. 643.

32. *G. bohemicum* = L. amæn: IV. 323. (*Bohem*:, *Silesia*).

❋ 33. *G. divaricatum* = Ehr: bestr: VII. p. 164. = Spr: syst: III. 75. = Vint: ic: t. 2. sub *G. novo* (*Hungar*:, *Valesia*, *Caucaso*. In *Pedem*: secus viam inter *Pollein* et *Brissogne* prope *Augustam Prætoriam* Balb: misc: p. 34.). Folia 3 - 5 - loba, sed lobo uno laterali versus ramos constanter longiore: flores parvi, petala albida.

❋ 34. *G. lucidum* = L. sp: 955. = Spr: syst: III. 75. = Oed: fl: dan: t. 218. (*Eur*: rupibus umbrosis.

*Pedem*: in agro *Nicæensi* All: n. 1405. Provinc: *Novariensi* ad rupes *d'Intragua* Biroli fl: acon: II. 19. In *Sardin*: umbrosis montanis Moris st: sard: I. 10.). Flores parvi; calyces vix mucronati.

❀ 35. *G. columbinum* = L. sp: 956. = Spr: syst: III. 75. = Oed: fl: dan: t. 1222. Ic: taur: vol. 5. t. 64. (*Eur*: arvis. In agris et ad semitas in agro *Pedemontano* uberrime All: n. 1407. Re fl: tor: II. 352. Provinc: *Segusiana* ad viarum ripas locis umbrosis Re fl: segus: 58. Provinc: *Novariensi* ad vias, muros et pascua Biroli fl: acon: II. 20. In *Sardiniæ* sylvis Moris st: sard: I. 10.). Flores parvi; calyces basi sub-inflati.

❀ 36. *G. dissectum* = L. sp: 956. = Spr: syst: III. 75. = Oed: fl: dan: t. 936. (*Eur*: et *Iberiæ* arvis. *Pedem*: in umbrosis præsertim ad sepes et vias All: n. 1409. Re fl: segus: 58. Speciatim ad fossas secus viam prope *la Madonna di Campagna* Re fl: tor: I. 352. Ad sepes in Provinc: *Novariensi* Biroli fl: acon: II. 20. In *Sardin*: sylvis Moris st: sard: I. 10.). Priori valde affine; differt foliorum lobis 3-non-multi-fidis, carpellis villosis nec glabris.

❀ 37. *G. Robertianum* = L. sp: 955. = Spr: syst: III. 75. = Vill: dauph: III. t. 40. pro var: *purpurea*. Ic: taur: vol. 5. t. 60. (*Eur*: rupibus et in *Amer*: bor: ; etiam in *Chili* locis umbrosis et lapidosis collium reperit Berterus Merc: chil: n. XIV. p. 643. *Pedem*: ad sepes et semitas in umbrosis collinis et montanis ubique All: n. 1404. Re fl: torin: I. 353. In provinc: *Segusiana* frequens ad muros locis umbrosis Re fl: segus: 58. In Provinc: *Novariensi* ad

vias collium et circa urbem BIROLI fl: acon: II. 21. *Sardiniæ* sylvis et ad vias umbrosas MORIS st: sard: I. 10. In agro *Nicæensi* locis saxosis et olivetis pro var: *purpurea* BALBIS: misc: alt: p. 20.). Flores mediocres; petala calyce duplo majora; planta odore therebinthinaceo. Variat petalis calycem vix superantibus, foliis minoribus (*G. purpureum* VILL: l. c.); caule erectiore paniculato (*G. mosquense* GOLDBACH); floribus pallidioribus odore subnullo (*G. inodorum* PURSH).

III. ERODIUM L'Herit: ger: icon: et text: ined: = *Geranii* spec: L.

» *Stam*: 10. basi monadelpha, 5. alterna sterilia.
» *Glandula* nectarifera ad basim staminum sterilium.
» *Carpellorum* aristæ spiraliter tortæ barbatæ. Cetera
» *Geranii.* »

*Obs*: Genus artificiale a *Geranio* habitu haud distinctum, constans stirpibus 45. ex DC., 42. ex SPR: Herbæ, rarissime suffrutices foliis variis, pedunculis sæpius multifloris.

1. *Foliis indivisis.*

1. *E. chamædryoides* = L'Her: ger: t. 6. (*Majorca*). Perenn: Huc pertinent sec: SPR: *E. Bocconi* SALZ: et *E. Reichardi* DC.; hic putat, *E. Bocconi* esse var: *E. maritimi* SMITH et ad suum *E. Reichardi* refert *E. chamædryoideum* L'HER: Quæstio intricata, quam solvere non ausim. Cons: VIVIANI fl: cors: app: p. 5. = 2. *E. malapoides* = W. sp: III. p. 640. (*Ægypt*:, *Barbaria*, *Sicilia*. Ad rupes maritimas ins: *Asinara*,

*Tavolara*, et *Lingo-Sardo* Moris st: sard: II. p. 6.). Perenn: Huc pertinet sec: DC. *E. corsicum* Lemen. Consule tamen Morisium l. c. ex cujus descriptione adparet *E. corsicum* speciem distinctam constituere. = 3. *E. maritimum* = Smith fl: brit: II. p. 748. var: *Bocconi* (*Corsica*, *Sardinia* in montanis Moris st: sard: I. p. 10.). Specim: sardoum ex Morisio.

❀ 4. *E. litoreum* = DC. fl: fr: IV. p. 842. = Spr: syst: III. 32. sub *E. maritimo* = Pluck: phyt: 31. f. 4. (*Narbonæ* et *Liguriæ* arenosis maritimis DC. l. c. Secus vias *Nicææ* ad loca mari proxima All: n. 1397. sub *Geranio*). Species hæc pertinere videtur ad verum *Geranium maritimum* L.

2. *Foliis lobatis.*

5. *E. glaucophyllum* = Ait: h. Kew: ed: 1. v. II. p. 416. (*Ægypto*). Ann: Aristæ longissimæ a medio ad apicem aureo-plumosæ. = 6. *E. Gussoni* = Tenor: Prodr: 39. (*Neapoli*). Perenn: Pedunculi umbellati; flores mediocres, petala albo-rosea.

❀ 7. *E. malachoides* = W. sp: III. p. 639. = Spr: syst: III. 33. = Cav: diss: IV. t. 91. f. 1. Ic: taur: vol. 14. t. 100. sub *Geranio* (*Eur*: austr:, *Afr*: bor: et austr: *Pedem*: in Comitatu *Nicæensi* frequens All: n. 1396. Circa vineas *di Mompantero* Re fl: segus: 57. *Genuæ* sub *la Lanterna* Bertol: pl: gen: ed: 1. p. 81. n. 187. In *Sardiniæ* arvis et ad vias Moris st: sard: I. 10.). Ann: Flores parvi, petala cærulea calycis longitudine. Variat statura minori, petalis calycem paullo superantibus; hujus var: possideo specim: missa a Bertero et lecta in pascuis

declivibus collium *Valparaiso.* Vid: merc: chil: n. XIII. p. 615.

8. *E. incarnatum* = L'Her: ger: t. 5. (*C. B. S.*). Suffrut: Flores mediocres; petala pallide coccinea. = 9. *E. Chium* = W. sp: III. 634. (*Arcipel*: insulis, *Neapoli*). Ann: Flores minimi, calyces submutici.

### 3. *Foliis ternatis.*

10. *E. hymenodes* = L'Her: ger: t. 4. (*Atlant*:). Perenn: Flores parvi, calyces mutici. = 11. *E. gruinum* = W. sp: II. 633. (*Creta*, *Afr*: bor:, *Hispan*:). Ann: Flores ampli; calyces striato-nervosi longe aristati; carpellorum aristæ longissimæ.

### 4. *Foliis pinnatifidis vel pinnatis.*

12. *E. Botrys* = Bertol: am: ital: p. 35. (*Ital*: austr:, *Corsica*, *Mauritan*: In *Sardiniæ* arvis Moris st: sard: I. p. 10.). Ann: Folia radicalia in specim: sardoo communicato a cl: Morisio sunt simpliciter lyrato-sinuata, caulina tantum pinnatifida, flores mediocres; calyces brevissime aristati. Crescit etiam in *Chili*? Vid: infr: n. 17. in fine.

✻ 13. *E. moschatum* = W. sp: III. 631. = Spr: syst: III. 34. = Cav: diss: t. 94. f. 1. Ic: taur: vol. 5. t. 63. sub *Geranio* (*Eur*: austr:, *Afr*: bor: et austr:, *Amer*: austr: *Pedem*: in agro *Nicæensi* All: n. 1395. In provinciæ *Novariensis* pascuis apricis collium, præsertim secus *Verbani* et *Custi* lacus Biroli fl: acon: II. 18. In *Sardin*: ad vias frequens Moris st: sard: I. 10. In *Chili* pratis montanis invenit Berter:

merc: chil: n. XIII. p. 615.). Folia pinnata; flores parvi, calyces vix aristati. Tota planta moschum redolet.

5. *Foliis bi-pinnatifidis vel bi-pinnatis.*

14. *E. petræum* = W. sp: III. 625. (In *Occitania*). Perenn: Planta pygmæa sub-acaulis; pedunculi in specim: meo ex *Pyreneis* 1-2-nec multi-flori; flores minimi; calyces striati brevi aristati.

* 15. *E. ciconium* = W. sp: III. 629. = Spr: syst: III. 34. = Cav: diss: IV. t. 95. f. 2. Ic: taur: vol. 5. t. 59. sub *Geranio* (*Eur*: austr: *Nicææ* ad semitas et quandoque etiam in collibus calidioribus agri *Pedemontani* All: n. 1393. In provinciæ *Segusiensis* locis incultis circa vineas Re fl: segus: 57. *Taurini* inter pontem *Padi* et portam *Palatii*, et prope montem *Capucinorum* Re fl: tor: I. 350. Ad rupes apricas collium *di Maggiora*, *Gozzano* et *Baveno* Biroli fl: acon: II. p. 17. *Sardinia* in arvis *Callari* Moris st: sard: I. 10.). Ann: Flores mediocres; calyces striati longe aristati; carpellorum aristæ longissimæ.

16. *E. laciniatum* = Cav: diss: IV. p. 228. t. 113. f. 3. (*Afr*: bor: *Sardin*: in pascuis maritimis *di S. Antioco* Moris st: sard: I. p. 10.). Ann: Flores mediocres; calyces lanceolati longe aristati, carpellorum aristæ longissimæ.

* 17. *E. cicutarium* = DC. fl: fr: IV. p. 840. = Spr: syst: III. 34. = Ic: taur: vol. 5. t. 62. sub *Geranio* (*Eur:* totius, *Afr*: bor:, et *Orientis* ruderatis. *Pedem*: in pascuis et ad vias locis macilentis vulga-

tissimum All: n. 1394. Re fl: segus: 57., fl: tor: I. 350. Biroli fl: acon: II. 17. In *Sardinia* Moris st: sard: I. 10.). Variat α caule sub-nullo, foliorum segmentis sub-incisis, petalis calyce majoribus (*E. præcox* Cav: diss: V. t. 126. f. 2.; invenitur prope *Novariam* ad viam *della Bicocca* Biroli fl: acon: II. p. 18.). β Caule sub-erecto, foliis longe petiolatis, petalis calycem sub-æquantibus (*E. pimpinellæfolium* Cav: diss: IV. t. 126. f. 1.). γ Caulibus pluribus sub-prostratis, segmentis tenuiter pinnato-partitis, floribus pallidis aut albis (*E. chærophyllum* Cav: diss: IV. t. 95. f. 1.). δ Undique pilosum, floribus intense purpureis (*E. pilosum* Thuil: fl: par: ed: 2. p. 347.). ε Sub-caulescens, segmentis oblongis obtusis, floribus pallidis vel roseis (*E. cicutæfolium* Thuil: l. c.). ξ Diffusum, segmentis in lobos lineares pinnati-partitis (*E. bipinnatum* Cav: diss: V. t. 126. f. 3.). Habui a Bertero nostro e *Chili* semina sub nomine *E. cicutarii* cum dubitationis signo, sed plantæ enatæ potius ad *E. Botrys* quam ad *cicutarium* accedunt. Cons: Colla pl: rar: chil: I. p. 8. n. IV.

18. *E. romanum* = W. sp: III. 630. (*Occitania*, *Italia*). Perenn: Calyces vix aristati; petala purpurea calyce duplo majora: variat statura undique majori, foliorum laciniis dentatis (*E. caucalifolium* Sweet ger: t. 6.). = 19. *E. glandulosum* = W. sp: III. 628. (*Hispania*, *Pyreneis*). Perenn: Planta pygmæa, radice tuberosa; calyces vix aristati.

IV. Pelargonium L'Her: ger: ic: et text: ined: = Sub *Geranio* L.

» *Cal*: 5-sepalus acutus raro aristatus, sepalo su-
» premo basi producto in calcar nectariferum pedun-
» culo connatum. *Pet*: 5. rarius 4. irregularia, ra-
» rissime (in *Isopetalis* Sweet) æqualia, sæpius 2.
» superiora lineis ramosis discoloribus striata. *Stam*:
» 10. basi monadelpha inæqualia 4-7 tantum fertilia.
» *Carpellorum* aristæ ut in *Erodio*. »

*Obs*: Pulcherrimum genus a *Geranio* notis indicatis rite distinctum, exhibens typos fere omnes promontorii *Bonæ Spei* incolas, satis diversos, sed ob proles hybridas loco natali forsan, et præsertim ex horticultura facillime nascentes ita confusos, ut ab hortulanis nec non ab Auctoribus in infinitum quasi stirpes hodie producantur. Tentamen equidem præstantissimum a cl: Sweet inchoatum (*Pelargonieæ* in ger: I.) atque a DC. (Prodr: I. 649. et seq:) secutum! At qui genuinas species ab hybridibus ac varietatibus modo extricaverit, magnus erit Apollo. Ego ipse in H. Ripul: 130. species enumeratas habeo, quas inter plures illlustratæ et pictæ, omnes cultæ; fateor tamen apicis tactum vires nostras excedere. Hinc ne major oriatur confusio plantas in hb: meo existentes ordine alphabetico tantum indicare sufficiat cum auctoris nomine, addito signo † pro stirpibus quas hybridas existimo.

1. *P. abrotanifolium* = Jacq: h. schoënbr: II. t. 136. = 2. *P. acerifolium* = L'Herit: ger: t. 21. cum 2. varr: = 3. *P. acetosum* = Ait: h. Kew: II. 430.

= 4. *P. acutangulum* = Birol: hb: † = 5. *P. acutilobum* = Spin: supp: 1823. not: 6. † = 6. *P. adulterinum* = L'Herit: ger: t. 34. = 7. *P. althæoides* = L'Herit: ger: t. 10. = 8. *P. amplissimum* = W. en: et Mart: act: ac: Monac: V. p. 187. = 9. *P. anceps* = Ait: h. Kew: II. p. 40. = 10. *P. angulosum* = Ait: h. Kew. II. p. 426. = 11. *P. angelina* = Hortul: † = 12. *P. anomalum* = Spin: † = 13. *P. ardens* = Sweet ger: t. 45. = 14. *P. asperum* = W. sp: III. 678. † = 15. *P. augustum* = DC. Prodr: I. 311. † = 16. *P. australe* = W. sp: III. 675. = 17. *P. balsameum* = Jacq: ic: rar: III. p. 543. = 18. *P. Baringtonii* = W. en: 706. † = 19. *P. Beaufortianum* = Pers: ench: II. 231. † = 20. *P. Bentinkianum* = DC. Prodr: I. 664. † = 21. *P. Bellardii* = Spin: † = 22. *P. bellulum* = DC. Prodr: I. 675. † = 23. *P. bellum* = H. Travers: † = 24. *P. Berterianum* = Spin: l. c. n. 8. et Colla h. Ripul: app: III. p. 8. t. IV. † = 25. *P. betulinum* = Ait: h. Kew: II. p. 429. = 26. *P. bicolor* = Ait: h. Kew: II. p. 425. c. variet: = 27. *P. bicolorum* = Spin: ? = 28. *P. Blucher* = Hortul: † = 29. *P. Buffonianum* = Spin: l. c. not: 10. † = 30. *P. Burdinii* = Colla h. Ripul: app: III. p. 6. t. III. † = 31. *P. canaliculatum* = Zucc: ? = 32. *P. canariense* = W. h. berol: t. 17. = 33. *P. capitatum* = Ait: h. Kew: II. p. 425. c. variet: *Rosæ*. = 34. *P. carneum* = Jacq: ic: rar: III. 512. = 35. *P. carnosum* = Ait: h. Kew: II. p. 421. = 36. *P. cinnabrinum* = Spin: l. c. not: 13. † = 37. *P. citriodorum* = Hortul: † = 38. *P. clandestinum* = Spin: l. c. n. 20. † = 39. *P. cochleatum*

= W. en: supp: 48. † = 40. *P. Collæ* = Spin: l. c. n. 21. † = 41. *P. columbinum* = Jacq: h. Schoënb: II. p. 4. t. 133. = 42. *P. conduplicatum* = W. en: 705. = 43. *P. cordatum* = W. sp: III. 670. c. var: speciosa foliis 3-4-minoribus = 44. *P. coriandrifolium* = Jacq: ic: rar: t. 528. = 45. *P. coronopifolium* = Jacq: ic: rar: t. 526. = 46. *P. cortusæfolium* = L'Herit: ger: t. 25. = 47. *P. crassicaule* = L'Herit: ger: t. 26. = 48. *P. crispum* = L'Herit: ger: t. 32. 33. = 49. *P. crithmifolium* = Sm: ic: pict: 13. = 50. *P. cucullatum* = Ait: h. Kew: II. p. 426. = 51. *P. cuneatum* = Spin: l. c. n. 22. † = 52. *P. Curtisianum* = DC. Prodr: I. 667. ex Balbis: non Spr: † = 53. *P. cuspidatum* = W. en: supp: 47. = 54. *P. Daveyanum* = Sweet ger: t. 32. = 55. *P. denticulatum* = Jacq: h. Schoënb: II. t. 135. = 56. *P. divaricatum* = Breit: ? = 57. *P. echinatum* = Curt: bot: mag: 309. = 58. *P. elatum* = DC. Prodr: I. 657. et Colla h. Ripul: p. 103. t. 5. = 59. *P. Emelianum* = Hortul: ? = 60. *P. erubescens* = Spin: ? = 61. *P. exstipulatum* = Ait: h. Kew: II. p. 431. = 62. *P. fastuosum* = H. Travers: † = 63. *P. formosissimum* = Desf: ? = 64. *P. formosum* = Balb: ? = 65. *P. fragrans* = W. en: 701. = 66. *P. fulgidum* = Ait: h. Kew: II. 422. = 67. *P. Ghilini* = Spin: cat: 1818. p. 31. † = 68. *P. gibbosum* = W. sp: III. 684. = 69. *P. glaucum* = L'Herit: ger: t. 29. = 70. *P. glomeratum* = Jacq: coll: I. p. 146. t. 98. = 71. *P. glutinosum* = Ait: h. Kew: II. 426. = 72. *P. grandiflorum* = W. sp: III. 674. = 73. *P. gratum* = W. en: 710. = 74. *P. graveolens* = Ait: h.

Kew: II. p. 423. = 75. *P. grossularioides* = Ait: h. Kew: II. p. 42. = 76. *P. hederæfolium* = Dumonc: bot: cult: IV. n. 62. *P. saniculæfolium* W. sec: DC. pr: I. 668.? = 77. *P. hepaticæfolium* = Spr: nov: prov: p. 31. sed omissum in syst: = 78. *P. Heritieri* = Jacq: sec: Spr: syst: III. 61. = 79. *P. hermannifolium* = Jacq: ic: rar: III. t. 545. = 80. *P. heterogamum* = L'Herit: ger: t. 18. = 81. *P. heterophyllum* = Jacq: ic: rar: III. t. 516. = 82. *P. hibiscifolium* = Sweet h. britan: p. 79. n. 168.? = 83. *P. hirsutum* = Ait: h. Kew: II. p. 417. = 84. *P. humifusum* = W. en: supp: p. 47. = 85. *P. hybridum* = Ait: h. Kew: II. 424. = 86. *P. ignescens* = Sweet ger: n. 2. t. 55. † = 87. *P. jatrophælium* = DC. cat: h. monsp: 1813. † = 88. *P. incarnatum* = Bot: mag: t. 761., an idem ac *incrassatum*? = 89. *P. incisum* = W. sp: III. 686. = 90. *P. inodorum* = W. en: 709. = 91. *P. inquinans* = Ait: h. Kew: II. p. 424. var: fl: alb: = 92. *P. lacerum* = Jacq: ic: III. t. 532. = 93. *P. lævigatum* = W. sp: III. 685. Omissum a Spr:? = 94. *P. laxum* = Hortul:? = 95. *P. lateripes* = L'Herit: ger: t. 24. = 96. *P. Lecchianum* = Spin: cat: 1818. p. 32. † = 97. *P. Leopoldianum* = Hortul:? = 98. *P. lobatum* = W. sp: III. 650. = 99. *P. macranthum* = Sweet ger: t. 83. † = 100. *P. magnificum* = Spin: suppl: n. 16. † = 101. *P. majestuosum* = Hortul:? = 102. *P. molle* = Birol: hb:? = 103. *P. monstrum* = Ait: h. Kew: II. 425. † = 104. *P. mucronatum* = Dumonc:? = 105. *P. multicaule* = Jacq: ic: rar: III. t. 534. = 106. *P. multifidum* = Hortul:? = 107. *P. multiflorum* = Sweet

h. brit: p. 78. et Colla h. Ripul: app: p. 54. n. 1. † = 108. *P. Murrayanum* = H. Burdin: et Colla h. Ripul: app: II. p. 354., app: III. p. 5. t. II. † = 109. *P. myrrhifolium* = Ait: h. Kew: II. p. 421. = 110. *P. nobile* = DC. h. bot: Genev: et Prodr: I. 668. † Omissum a Spr: = 111. *P. N. Angliæ* = H. Littæ? = 112. *P. nothum* = W. en: 710.? Omissum a Spr: = 113. *P. obtusilobum* = W. en: p. 711. = 114. *P. odoratissimum* = Ait: h. Kew: II. p. 419. = 115. *P. ornatum* = Sweet ger: t. 39. Omissum a Spr: † = 116. *P. oxoniense* = Dumonc: bot: cult: V. 28.? = 117. *P. parvifolium* = Spin: hb:? = 118. *P. patulum* = Jacq: ic: rar: III. t. 541. = 119. *P. pavoninum* = Hortul:? = 120. *P. peltatum* = Ait: h. Kew: II. p. 427. = 121. *P. penicillatum* = W. sp: III. 669. = 122. *P. pinnatifidum* = Gusson: non Cav:? Cons: Colla h. Ripul: app: III. p. 46. n. 3. = 123. *P. piperatum* = Spin: cat: 1818. p. 32. *P. verbenæfolium* Sweet sec: DC. Prodr: I. 679. Omissum a Spr:? = 124. *P. Principissæ* = Sweet ger: t. 139. † = 125. *P. pseudocrispum* = Birol: hb:? = 126. *P. pubescens* = Spin: cat: 1818. p. 32. *P. gratum* sec: Spr: syst: III. 60.? = 127. *P. pulsatillum* = Hortul:? = 128. *P. pumilum* = W. en: 704. et Mart: pl: monac: t. 5. *P. stanopetali* var: sec: Spr: syst: III. 59. = 129. *P. quercifolium* = Ait: h. Kew: II. p. 420. = 130. *P. quinquelobum* = Lam: dict: II. 663. sub *Geranio*. Cons: Colla h. Ripul: p. 105. not. 1. t. 23. *P. heterogamum* L'Her: sec: DC. et Spr: sed meo sensu diversum. = 131. *P. quinquevulnerum* = W. en: 703. = 132. *P. Radula* = Ait: h. Kew: II.

p. 423. cum var: *β roseo* et *γ bicolore* H. Littæ = 133. *P. reclinatum* = Hortul:? = 134. *P. reniforme* = W. en: 776. = 135. *P. ribifolium* = Jacq: ic: rar: III. t. 538. = 136. *P. Royal-George* = Hortul:? Cons: Colla h. Ripul: app: IV. p. 54. not: 3. = 137. *P. rubescens* = Sweet ger: t. 30. † = 138. *P. sanguineum* = Wendl: coll: II. t. 53. non W. = 139. *P. saniculæfolium* = W. sp: III. 673. = 140. *P. scabrum* = Ait: h. Kew: II. p. 430. = 141. *P. scandens* = Ehrh: beitr: VII. p. 161. = 142. *P. scintillans* = Sweet ger: t. 28. † = 143. *P. semitrilobum* = Jacq: h. Schoën: II. t. 139. = 144. *P. solubile* = Sweet ger: t. 24. † = 145. *P. speciosum* = W. en: 706. = 146. *P. Spinii* = Colla h. Ripul: p. 105. not: 3. t. 7. † = 147. *P. splendens* = W. h. Berol: t. 76. †. *P. ignescens* var: *β sterile* Sweet sec: DC. Prodr: I. 663. = 148. *P. squarrosum* = Dumonc: bot: cult: V. p. 20.? = 149. *P. stenopetalum* = Ehrh: beitr: VII. p. 161. = 150. *P. suaveolens* = Desf: arbr: II. p. 465.? Cons: Colla h. Ripul: app: III. p. 46. not. 5. = 151. *P. superbum* = Ventn: sec: Steud:? = 152. *P. tabulare* = L'Her: ger: t. 9. = 153. *P. tenuifolium* = L'Her: ger: t. 12. = 154. *P. ternatum* = Jacq: ic: rar: III. t. 544. = 155. *P. tetragonum* = L'Her: ger: t. 23. c. var: ramis variegatis. = 156. *P. tomentosum* = Jacq: ic: rar: III. t. 537. = 157. *P. tricolor* = Curt: bot: mag: 240. = 158. *P. tripartitum* = W. sp: III. 683. = 159. *P. triste* = Ait: h. Kew: II. p. 418. = 160. *P. unicolorum* = W. en: suppl: 48.? *P. Willdenowii* Link sec: Spr:, diversum sec: DC. Prodr: I. 681. = 161. *P. variegatum* = W.

sp: III. 674. = 162. *P. villosum* = Sweet ger: t. 100. † = 163. *P. vitifolium* = Ait: h. Kew: II. p. 425. = 164. *P. Willdenowii* = Link en: II. p. 190. = 165. *P. zonale* = W. sp: III. 667.; varr: multæ.

Obs: geographica circa *Geraniaceas.*

*Geraniaceæ* ex DC. sistunt numero . . 490

*Geraniaceæ* pedemontanæ.

| | |
|---|---|
| *Geranium* . . . . . . . | 17 |
| *Erodium* . . . . . . . | 5 |
| | 22 |

Et sic 20.am partem excedunt.

# Ordo XLVII.

## TROPÆOLEÆ

(Juss: mém: mus: III. p. 447. = DC. Prodr: I. 683. = *Geraniis* affines Juss: gen: 269.

*Char: essentialis.*

» *Cal:* 5-partitus coloratus, lacinia superiore basi » in calcar liberum producta. *Pet:* 5. calyci inserta » ejus lacinias alternantia, inæqualia, irregularia. » *Stam:* 8. libera vel basi tantum sub-coalita (in » *Magallana*) ovarium arcte cingentia ac disco peri- » gyno inserta. *Ovar:* trigonum. *Styl:* 3. in 1. fili- » forme connexi demum liberi. *Fructus* constans car- » pellis 3. (*bacca* Spr:) coalitis 1-locularibus 1-sper- » mis. *Sem:* exalbuminosa. *Embryo* magnus. »

*Obs:* Ordo *Geraniaceis* et præsertim *Pelargoniis* valde affinis, a quibus tamen differt habitu, calycis calcare libero, staminum ac stylorum numero, et præcipue fructus seminumque structura, constans generibus 2. americanis, herbaceis, caule diffuso vel volubili, foliis alternis exstipulatis, pedunculis axillaribus 1-floris.

Tropæolum Lin: gen: n. 466. = Lam: ill: t. 277.

» *Pet:* 3. inferiora minora aut evanida. *Stam:* prorsus libera. *Carpella* suberosa reniformia sulcata indehiscentia. Cetera ordinis. »

*Obs*: Genus ob florum structuram et colorem perelegans, constans stirpibus 12. circiter foliis simplicibus vel compositis: ubique in hortis colitur *Tr*: *majus* ad ornamentum, vern: *Capussine* dictum.

1. *Foliis simplicibus peltatis.*

1. *Tr*: *minus* = L. sp: 490. Ann: = 2. *Tr*: *majus* = L. l. c. Cult: c. priori in H. Ripul:; utrumque variat floribus plenis, et tunc suffruticosa in calidariis evadunt. = 3. *Tr*: *peregrinum* = L. l. c. non Jacq: *Tr*: *Smithii* DC. Prodr: I. 684.? Flores mediocres flavi. = 4. *Tr*: *aduncum* = Smith tour: I. p. 158. Specim: Berterianum e *Chili* perfecte quadrat cum descriptionibus Auctorum. Flores lutei mediocres.

2. *Foliis compositis* (Peltatisectis DC.).

5. *Tr*: *pentaphyllum* = Lam: dict: I. 605.; ill: t. 277. f. 2. Perenn: Calyx ex flavo purpurascens apice atro-purpureus; petala luteola calycem sub-æquantia. Missum a Bertero nomine *Tr: tuberosi* cum dubitationis signo et lectum in sylvaticis collium *Valparaiso*, pertinet certe ad *pentaphyllum* ex descriptione Auctorum et icone Lamarkiana.

*Species novæ.*

6. *Tr*: *azureum* = Miers ex Berter: ined: Pertinet ad II. sectionem. Planta pumila sub-scandens; flores parvi; calyx e luteo viridis, petala azurea (Lectum in *Chili* prope *Quillota* in fruticetis secus flumen *Acoucagua* loco dicto *de la Cavalera*). Cons: Colla pl: rar: chil: I. p. 9. n. V. t. II. = 7. *Tr*: *chilense*

= Berter: ined: Pertinet ad eandem sectionem, et medium tenere videtur inter *Tr*: *azureum* et *polyphyllum* cui magis tamen accedit petalis calyce *longioribus*. Planta scandens valde diffusa; flores ut in priori, sed calyx fere prorsus viridis, petala patentia lutea (Lectum in sylvaticis collium *Valparaiso*). Cons: Colla l. c. n. VI.

Obs: geographica circa *Tropæoleas*.

*Tropæoleæ* ex DC. sistunt numero 14., quibus additis *Tropæolis* a Bertero detectis, ad 16. adscendunt, omnes *Americæ* meridionalis incolæ.

## Ordo XLVIII.

### BALSAMINEÆ

(Rich: dict: class: II. p. 173. = DC. Prodr: I. 685. = *Geraniis* affines Juss: gen: 270.)

*Char: essentialis.*

» *Cal*: 2 - sepalus minimus. *Pet*: 4. hypogyna ir-
» regularia inæqualia, superius fornicatum, inferius
» basi calcaratum, lateralia fissa. *Stam*: 5. hypogyna,
» antheris sub-connatis. *Ovar*: 1. *Styl*: 0. *Stigm*: 5.
» distincta aut in 1. coalita. *Capsula* 5-valvis, val-
» vulis spiraliter tortis elastice dissilientibus, poly-
» sperma. *Semina* placentæ adfixa exalbuminosa. *Em-*
» *bryo* rectus. »

*Obs*: Ordo jam cum *Geraniaceis* confusus, sed habitu proprio (*Violarieis* potius proximus), et organis floralibus, fructu præsertim satis distinctus, constans 2. generibus ex DC., quorum alterum (*Balsamina*) ab *Impatiente* L. male disjunctum levibus notis, præcipue stigmatibus *distinctis* nec *coalitis*. Herbæ teneræ, foliis alternis rarius oppositis exstipulatis, pedunculis axillaribus 1 - aut multi - floris.

I. Impatiens Lin: gen: 1008. = Lam: ill: t. 725. (*Balsamina* et *Impatiens* DC. Prodr: I. 685 - 687.).

» *Characteres ordinis.* » Species ex DC. 17. excluso *Balsaminæ* genere, ex Spr: 23. inclusa *Balsamina*,

ſere omnes ex *Indiis* orientalibus, una tantum europæa. Herbæ annuæ.

1. *I. Balsamina* = L. sp: 1328. *Balsamina hortensis* DC. Prodr: I. 685. ex Despr: Ubique culta in hortis sub nomine vernaculo *Beioimo*, multimode variat plenitudine et colore florum = 2. *I. latifolia* = L. sp: 1328. *Balsamina* DC. l. c. p. 686.

❋ 3. *I. noli-tangere* = L. sp: 1328. = Spr: syst: I. 808. = Fl: dan: t. 582. Ic: taur: vol. 6. t. 128. (*Eur*:, *Amer*: bor:, *Asia* med: *Pedem*: ubique locis umbrosis et sub-humidis ad radices montium All: n. 1651. Re fl: segus: p. 74. Versus *Villaretto* trans *Sturam* Re fl: torin: I. 149. In umbrosis collium provinc: *Novariensis* Biroli fl: acon: I. 82.).

Obs: geographica circa *Balsamineas*.

*Balsamineæ* ex DC. numero 31., quarum una tantum pedemontana.

# Ordo XLIX.

## OXALIDEÆ

(DC. Prodr: I. 689. = *Geraniis* affines Juss: gen: 270.)

*Char: essentialis.*

» *Cal*: 5-sepalus raro 5-partitus (in *Ledocarpo*), » persistens. *Pet*: 5. hypogyna æqualia. *Stam*: 10. fila- » mentis basi sub-monadelphis, quorum 5. petalis » opposita longiora, antheris liberis. *Ovar*: 1. *Styl*: 5. » *Capsula* vel *bacca* 5-gona 5-locularis ad angulos » longitudinaliter sæpius elastice dehiscens, oligosper- » ma. *Semina* angulo loculorum fixa, albuminosa. » *Embryo* inversus. »

*Obs*: Ordo olim *Geraniaceis* adnexus ad quas magis accedit quam ad *Tropæoleas* et *Balsamineas*. *Zygophylleis* quoque affinem esse censuit cl: Jussieus (l. c.), sed habitu ad omnibus valde recedit. Herbæ, raro suffrutices, foliis sæpius alternis vel rarius oppositis aut sub-verticillatis.

I. Averrhoa Lin: gen: n. 576. = Lam: ill: t. 385.

» *Cal*: 5-sepalus. *Stam*: basi annulo juncta. *Bacca* » magna 5-sulcata. Cetera ordinis. »

*Obs*: Genus elegans constans 2. stirpibus indicis, fruticosis, foliis alternis impari-pinnatis, floribus racemoso-paniculatis, fructu eduli.

1. *A. Bilimbi* = L. sp: 613. = 2. *A. Carambola* = L. l. c. Foliola in priori ex specim: meis ovato-oblonga acuminata, in altero late ovata acuta. Cultæ in H. Ripul: ubi nondum floruerunt.

I. Oxalis Lin: gen: n. 582. = Lam: ill: t. 391.

» *Cal*: 5-sepalus. *Stam*: sub-libera. *Styl*: apice pe-» nicilliformes aut capitati. *Capsula* oblonga vel cy-» lindracea. Cetera ordinis. »

*Obs*: Genus constans stirpibus 154. ex DC. excluso genere *Biophyti*, 139. ex Spr: *Biophyto* incluso, difficillime dividendum nisi artificialiter ex foliorum compositione. Herbæ perennes rarissime suffrutices, acaules vel caulescentes, foliis raro simplicibus plerumque varie compositis, pedunculis 1 - vel multi - floris, radicibus sæpe bulbosis.

1. *Foliis binatis*, *Acaules*, *Scapo unifloro*.

1. *O. asinina* = Jacq: ox: n. 38. t. 24. (*C. B. S.*). Perenn: Flores flavi magni. Cult: in h. Ripul:

2. *Foliis ternatis*.

α Acaules.

❋ *Scapo 1-floro folia superante*.

2. *O. variabilis* = Jacq: ox: n. 67. (*C. B. S.*). Perenn: Variat longitudine scapi et colore florum. Cult: in H. Ripul: = 3. *O. purpurea* = Jacq: ox: n. 70. t. 56. (*C. B. S.*). Perenn: Flores purpurei magni. Cult: in H. Ripul:

❋ 4. *O. Acetosella* = L. sp: 620. = Spr: syst: II.

424. = Fl: dan: t. 980. Ic: taur: vol. 3. t. 52. 53. Vern: *Alleluja*, *Erba dl Coucou* (*Eur*:, *Japon*:, *Amer*: bor: pro var: *americana*. *Pedem*: abunde in umbrosis sylvis primovere ubique All: n. 1602. Re fl: segus: 38. In *M. Musiné* Re fl: torin: I. 243. Provinc: *Novariens*: umbrosis collinis et montanis Biroli fl: acon: I. 153.). Flores mediocres albi, cærulescentes (var: *β cœrulea* Tourn:) vel purpurescentes (var: *γ sub-purpurascens* DC.). Huc pertinet sec: Spr: *O. americana* Rigel a DC. admissa tamquam species distincta.

5. *O. Piottæ* = Colla H. Ripul: p. 98. n. VII. not. 1. tab: I. (Patria?). Perenn: *O. punctata* L. sec: Spr: c. p. p. 184.; sed differt meo sensu foliolis valde minoribus nec prorsus glabris sed margine ciliatis, quod omissum in descriptione nostra, sed iterum iterumque recognitum in plantis viventibus et in specim: Culta in H. Ripul:

** *Scapo 1-floro folia æquante vel breviori.*

6. *O. speciosa* = W. sp: II. p. 779. (*C. B. S.*). Perenn: Flores nigri, roseo-purpurei in var: *α purpurea* (Jacq: ox: n. 74. t. 60.), albi extus sub-incarnati in var: *β sugillata* (Jacq: l. c. n. 75. t. 61.), albi fundo flavi in var: *γ rigidula* (Jacq: l. c. n. 73. t. 59.).

*** *Scapo multifloro.*

7. *O. violacea* = L. sp: 621. (*Amer*: bor:). Perenn: Flores parvi violacei. = 8. *O. caprina* = L. sp: 622. (*C. B. S.*). Perenn: Flores magni lutei; var: fl: pleno. Culta in H. Ripul: = 9. *O. cernua* = Thb: diss: ox:

n. 12. t. 2. f. 2. (*C. B. S.*). Perenn: Flores ut in priori, sed *cernui*, ceterum simillima, unde facile confunditur ab Hortulanis. = 10. *O. livida* = Jacq: ox: n. 18. t. 8. (*C. B. S.*). Perenn: Flores mediocres purpurascentes.

### β Caulescentes.

#### * *Pedunculis* 1-*floris.*

11. *O. bifida* = Jacq: ox: n. 89. t. 79. f. 4. (*C. B. S.*). Perenn: Foliola parva profunde 2-loba; flores magni violacei. = 12. *O. versicolor* = L. sp: 622. (*C. B. S.*). Perenn: Flores mediocres intus albi extus coccinei. Culta in H. Ripul: = 13. *O. polyphylla* = Jacq: ox: n. 59. t. 39. (*C. B. S.*). Perenn: Flores mediocres pallide purpurascentes. Culta in H. Ripul: = 14. *O. hirta* = L. sp: 623. (*C. B. S.*). Perenn: Flores magni violacei fundo flavo. Huc pertinent sec: Spr: *O. hirtella* Jacq: quæ est *O. sessifolia* L., et *O. venosa* Sav: a cl: DC. distinctæ; planta mea valde dubia; foliola *integra* nec apice *retusa*. = 15. *O. tubiflora* = Jacq: ox: n. 23. t. 10. (*C. B. S.*). Perenn: Flores magni purpurei extus pallidiores. Ex hb: Biroli sub nomine *O. canescentis* Jacq: quæ est *tubifloræ* sola varietas sec: W. et Spr: = 16. *O. multiflora* = Jacq: ox: n. 28. t. 15. (*C. B. S.*). Perenn: Flores maximi violacei fundo flavo. = 17. *O. rubella* = Jacq: ox: n. 29. t. 16. (*C. B. S.*). Perenn: = 18. *O. rosacea* = Jacq: ox: n. 30. t. 17. (*C. B. S.*). Perenn: Flores magni violacei subtus discolores. = 19. *O. reptatrix* = Jacq: ox: n. 33. t. 20. (*C. B. S.*):

Perenn: Flores maximi incarnati; pulcherrima species.
= 20. *O. incarnata* = L. sp: 622. (*C. B. S.*). Perenn: Foliola parva; flores mediocres incarnati. Cult: in H. Ripul:

** *Pedunculi multiflori.*

* 21. *O. stricta* = L. sp. 614. = Spr: syst: II. 429. = Jacq: ox: n. 9. t. 4. Ic: taur: vol. 3. t. 50. Vern: *Erba givola* (*Eur*:, *Amer*: bor: *Pedem*: in pascuis umbrosis collium *Taurinensium*, et ad sepes minime rara ita ut indigena videatur; aliis etiam similibusque locis sponte oriri animadvertit cl: Bellardi All: n. 1604. sub *Oxyde*. In saxosis sterilibus *Condoviarum* Re fl: segus: 38. Ad fossas inter *Venariam* et *Taurinum* tum etiam secus viam *Stúpinixii* Re fl: torin: I. 243. In *Sardiniæ* sylvis et arvis Moris st: sard: I. p. 11.). Flores minimi flavi.

* 22. *O. corniculata* = L. sp: 624. = Spr: syst: II. 429. = Jacq: ox: n. 10. t. 5. Ic: taur: vol. 3. t. 51. (*Eur*:, *Asia*, *Amer*: bor: et tropic:, *Teneriffa*. *Pedem*: in montibus *Liguriæ* ad irrigua frequentem esse Terraneus adnotavit; addidit etiam sibi occurrisse hanc stirpem in agro *Taurinensi*. Passim nascitur ad macerias et in vineis locis collinis All: n. 1603. sub *Oxyde*. Secus viam a *Druent* eundo versus ædem *S. Pancratii* Re fl: torin: I. p. 243. In provinc: *Novariensis* campis et oleraceis ubique Biroli fl: acon: I. p. 153. In *Chili* Berter: merc: chil: n. XVI. p. 739.). Valde priori affinis, a qua differt caule decumbente radicante, foliolis dimidio minoribus, pedunculis petiolo multo minoribus; variat plus

minusve pilosa (*O. villosa* BIEB:, *O. pilosiuscula* KUNTH a cl: DC. admissæ tamquam species distinctæ). 23. *O. pubescens* = Kunth n. gen: V. p. 239. Missa sub hoc nomine a cl: BERTERO cum dubitationis signo, et lecta in pascuis sylvaticis collium *Valparaiso*, mihi non videtur differre a vera *O. pubescente*; flores mediocres flavi. = 24. *O. pentantha* = Jacq: ox: n. 1. t. 1. (*Caracas*). Suffrut: Flores parvi flavi. In planta mea ex BALBISIO foliola *integra* nec *emarginata*, pedunculi petiolo longiores; an species propria? An *O. Neaci* DC. quam cl: SPR: cum *pentantha* confusit? = 25. *O. Dillenii* = Jacq: ox: n. 8. (*Carolina*, *Guadalupa*). Ann: Flores minimi flavi; habitus omnino *O. strictæ*.

3. *Foliis quaternatis.*

26. *O. tetraphylla* = Cav: ic: III. t. 237. (*Mexico*). Perenn: Flores parvi violacei. Cult: in H. Ripul:

4. *Foliis digitatis.*

27. *O. flabellifolia* = Jacq: ox: n. 94. t. 74. (*C. B. S.*). Perenn: Flores magni, flavi. = 28. *O. flava* = L. sp: 621. (*C. B. S.*). Perenn: Vix a priori distincta foliolis acutis nec emarginatis.

Species dubiæ vel novæ.

29. *O. maculata* = Desf: sec: Steud: Ab *O. stricta* vix videtur differre caule flexuoso simplici; flores minimi flavi. = 30. *O. vigita* = Specim: ex BALBISIO sub hoc nomine quod nullibi enumeratum inveni. *Caulis* erectus striatus. *Folia* ad apicem ramulorum

et caulis conferta, ternata, minima; *foliola* ovato-lanceolata, sessilia, integerrima. *Pedunculi* versus apicem caulis 1-flori petiolis longiores circa medium 2-bracteati; *flores* mediocres, *petala* integra violacea; *styli* stamina longiora æquantes. = 31. *O. perdicaria* = Berter: in Merc: chil: n. XVI. p. 739. sine descriptione. Colla pl: rar: chil: I. p. 10. n. VII. c. descript: (In pascuis arenosis *Valparaiso*). Perenn: = 32. *O. arenaria* = Berter: l. c. sine descriptione. Colla l. c. n. VIII. c. descript: et ic: t. III. (Cum priori). Perenn: = 33. *O. gyrorhiza* = Berter: l. c. sine descriptione. Colla l. c. p. 11. n. IX. c. descript: (Secus vias et ad fossas in pratis planitiei *Rancagua*). Perenn: = 34. *O. Bridgesii* = Berter: ined: Colla l. c. n. X. c. descript: et ic: t. IV. (In fruticetis herbidis petrosis maritimis *Valparaiso*). Perenn: Elegantissima. = 35. *O. micrantha* = Berter: l. c. sine descriptione. Colla l. c. p. 12. n. XI. c. descript: (In sylvaticis *Chili* præsertim in nemoribus *de la Punta de Cortes*). Ann: Omnium minima.

Obs: geographica circa *Oxalideas*.

| | |
|---|---|
| *Oxalideæ* per orbem sparsæ ex DC. . . . | 159 |
| *Oxalideæ* pedemontanæ . . . . . | 3 |

## Ordo L.

### ZYGOPHYLLEÆ

(Brown gen: rem: p. 13. = DC. Prodr: I. 703. = *Rutaceæ* vel *Rutaceis* affines Juss: gen: 296.)

*Char: essentialis.*

» *Cal*: 5-sepalus vel rarius 5-partitus rarissime
» (in *Porliera*) 4-sepalus. *Pet*: 5. hypogyna. *Stam*:
» 10. libera æqualia (8. in *Porliera*, 4. in *Melianthо*).
» *Ovar*: 1. *Styl*: 1. (5. in 1. coaliti DC.) vel raris-
» sime 0. *Stigma* 1. simplex aut raro 5-fidum. *Fru-*
» *ctus* constans carpellis 5. plus minusve coalitis,
» loculis poly- aut raro. 1-spermis. *Sem*: albuminosa
» vel exalbuminosa. *Embryo* rectus. »

*Obs*: Ordo jam *Rutaceis* adnexus, *Oxalideis* affinis, sed satis distinctus a prioribus fructus structura, ab alteris stylo unico aliisque levibus notis, habitu tamen haud naturalis, constans ex DC. 10. generibus, quorum 6. prima tantum (*Zygophylleæ veræ*) quamdam analogiam præseferunt etiam habitu inspecto, cetera ad incertam sedem potius amandanda.

Tribulus Lin: gen: n. 532. = Juss: ill: t. 346.

» *Cal*: 5-sepalus deciduus. *Styl*: 0. *Stigma* 5-fidum.
» *Carpella* 5. (10. in *Tr*: *maximo*) axi adnexa inde-
» hiscentia tuberculato-spinosa 4-locularia, loculis
» 1-spermis. *Sem*: exalbuminosa. »

*Obs*: Genus constans 7. stirpibus, una tantum europæa. Herbæ diffusæ foliis abrupte pinnatis, pedunculis axillaribus 1-floris.

1. *Tr*: *cistoides* = L. sp: 554. (*Amer*: austr:). Perenn: Flores mediocres; petala patentissima oblonga luteola. = 2. *Tr*: *maximus* = L. sp: 554. (*Jamaica*, *S. Thom*:). Ann: Foliola superiora majora oblique ovata; flores parvi; petala albida.

✻ 3. *Tr*: *terrestris* = L. sp: 554. = Spr: syst: II. 325. = Lam: ill: t. 346. f. 1. (*Eur*: austr:, *Asia* med:, *Africa*. *Pedem*: abundans *Nicææ* secus arva, circa *Segusium*, comitatu *Astensi*, in valle *Augustæ Prætoriæ*, *Liguria*, *Monteferrato* All: n. 1624. In provincia *Segusiana* secus viam prope *S. Julianum* et *Durbiano* eundo versus *Matthie* atque speciatim copiose in arvis ad orientem Sacelli *della Madonna della Cod* Re fl: segus: 34. In sabulosis *Lumellinæ* versus *Ticinum* secus viam ubique crescere observavit Biroli mss: In *Sardin*: ad vias et in arvis frequens Moris st: sard: I. 11. *Ripulis* ego ipse frequentem vidi secus viam eundo ad *S. Martinum* ad murum meridiem prospiciens nec alibi). Ann: Variat foliolis plus minusve villosis; flores minimi; petala ovata lutea.

II. Fagonia Lin: gen: n. 531. = Lam: ill: t. 346.

» *Stigma* 1. integrum. *Carpella* arcte coalita in » capsulam sub-rotundam acuminatam 5-angulatam » 5-locularem, loculis 1-spermis. *Sem*: albuminosa. » Cetera *Tribuli*. »

*Obs*: Genus *Tribulo* valde affine a quo differt præ-

sertim fructus structura, constans stirpibus 10. ex DC., 7. ex Spr: Herbæ foliis ternatis vel simplicibus, stipulis sæpius geminis spinosis, pedunculis uti in *Tribulo*.

1. *F. cretica* = L. sp: 553. (*Eur:* austr:, *Afr:* bor:). Ann: Folia ternata; stipulæ geminæ recurvæ; flores parvi, fructus glabri. = 2. *F. mollis* = Delil: fl: eg: 76. t. 27. f. 2. (*Ægypto*). Suffrut: Folia ternata inferiora interdum simplicia; stipulæ spinosæ folium sub-æquantes inferiores geminæ superiores quandoque 3-4-næ; fructus hispidi.

III. Zygophyllum Lin: gen: 530. = Lam: ill: t. 345.

» *Cal*: 5-partitus. *Filamenta* basi squamosa. *Discus* » glandulosus hypogynus. *Caps*: oblonga 5-gona 5-lo- » cularis 5-valvis, valvis medio septiferis, loculis » polyspermis. *Sem*: exalbuminosa. »

*Obs*: Genus a priori satis distinctum præsentia squamarum et disci, ac forma fructus, constans stirpibus 19. ex DC., 17. ex Spr: fere omnibus africanis. Herbæ aut frutices foliis plerumque pinnatis raro simplicibus sub-carnosis stipulatis, pedunculis uti in præcedentibus.

1. *Z. coccineum* = L. sp: 551. (*Ægypto*, *Afr:* bor:). Suffrut: Carnosum; folia 2-foliolata teretia; pedunculi sub-solitarii; capsulæ cylindraceæ. Specim: ex Savi. = 2. *Z. decumbens* = Delil: fl: eg: 77. t. 27. f. 3. (*Ægypto*). Differt a priori foliis planis brevioribus et latioribus, capsulis turbinato-sphæricis, caulibus decumbentibus. Specim: ex Savi. = 3. *Z. Fabago* = L. sp: 551. (*Syria*, *Tauria*, *Afr:* bor:). Pedunculi

gemini, flores mediocres luteoli. Cult: in H. Ripul: = 4. *Z. Morgsana* = L. sp: 551. (*C. B. S.*). Flores paulo majores quam in priori; stipulæ lineares reflexæ. Cult: in H. Spin: = 5. *Z. simplex* = L. mant: 68. (*Ægypt:*, *Arabia*). Ann: Ramosum divaricatum; folia simplicia clavato-cylindrica parum carnosa.

IV. Guajacum Lin: gen: n. 518. = Lam: ill: t. 342.

» *Cal*: 5-partitus. *Filamenta* sub-nuda. *Styl*: et » *stigm*: 1. simplex. *Caps*: sub-stipitata angulata 2-5- » locularis loculis 1-spermis. *Sem*: pendula albumi- » nosa. »

*Obs*: Genus *Zygophyllo* valde affine, sed habitu, forma fructus, et præsertim seminibus corneis solitariis albuminosis, diversum. Arbores ligno duro ex *America* calidiore, foliis abrupte-pinnatis, pedunculis axillaribus 1-floris sæpe pluribus nutantibus.

1. *G. officinale* = L. sp: 546. Pedunculi gemini ex Spr:, in icon: Lam: 6-8., in specim: ex Bertero 1-2. Capsula sæpe (abortu?) 2-locularis, loculis abortivis in alam expansis.

V. Porliera R. et P. Prodr: p. 55. t. 9.

» *Cal*: 4-sepalus. *Pet*: 4. *Stam*: 8. squamis peri- » gynis inserta. *Discus* squamosus. *Fructus* constans » carpellis 4. drupaceis connatis. »

*Obs*: Genus a *Guajaco* vix distinctum numero organorum fructificationis. Species unica peruviana; semina, quod sciam, non descripta: an potius ad veras *Rutaceas* amandanda?

1. *P. hygrometrica* = R. et P. Cult: in H. Ripul:, nondum floruit.

VI. Melianthus Lin: gen: n. 795. = Lam: ill: t. 552.

» *Cal:* 5-fidus persistens coloratus inæqualis basi
» nectariferus. *Pet:* 5. ligulata quorum 4. medio co-
» hærentia nectario inserta, quintum minus. *Stam:* 4.
» hypogyna sub-æqualia, 2. superiora filamentis di-
» stinctis, 2. inferiora paullo breviora filamentis basi
» connatis. *Styl:* et *stigm:* 1. *Caps:* membranacea 4-
» loba 4-locularis, loculis compresso-alatis 2-ovu-
» latis, abortu 1-spermis. *Sem:* albuminosa. »

*Obs:* Ex his characteribus patet genus hoc male *Zygophylleis* fuisse conjunctum, nec ad *Rutaceas veras* pertinere posse; magis affine videtur *Personatis* corollæ forma apparenti et staminibus sub-didynamis: sed differt petalis distinctis, capsula 4 - non 2 - loculari; forsan ordo proprius? Constat autem 3. stirpibus ex *Africa* austr:, fruticosis, foliis alternis impari-pinnatis stipulatis, floribus racemosis.

1. *M. major* = L. sp: 892. Racemi longissimi terminales. = 2. *M. minor* = L. sp: 892. Racemi breves infrafoliacei. Uterque cultus in hortis; forsan posterior pertinet ad *M. comosum* Vahl ob inflorescentiam *infrafoliaceam*, sed folia non sunt superne *villosa*.

VII. Balanites Delil: fl: eg: 77. t. 28. f. 1.

» *Cal:* 5-partitus. *Pet:* 5. *Discus* glandulosus ova-
» rium cingens. *Drupa* ovoidea 1-locularis 1-sperma
» nucleo lignoso pentagono. »

*Obs*: Genus a veris *Zygophylleis* recedens præsertim fructus structura, et constans unica specie (*B. ægyptiaca* Delil: l. c.) arborescente puberula, ramis spinosis ad foliorum axillas, foliis alternis oblongis subconjugatis, pedicellis axillaribus 1 - floris, floribus parvis albidis. Specim: optimum ex Savi.

Obs: geographica circa *Zygophylleas*.

*Zygophylleæ* ex DC. constant stirpibus num: 52., quarum 1. tantum pedemontana.

---

## Ordo LI.

### RUTACEÆ

(Juss: gen: 296. = DC. Prodr: I. 709. = Adr: Juss: mémoire sur les *Rutacées.*)

Circa *Rutacearum* familiam quæ adhuc obscura mihi visa fuit etiam post eximium Adr: Jussieui opus, nonnullas observationes ineditas exaravi, quas cl: Candolleo communicavi, ut de illis ad libitum disponeret (1). *Rutaceas* ibi in tres ordines distinxi, quos

---

(1) Observations sur la famille des *Rutacées*, sur le genre *Correa* et formation du nouveau genre *Antommarchia* avec 3. tableaux et 2. figures.

hic tamquam solas *Rutacearum* sectiones refero ne distributio Candolleana mutetur.

## I.

### ZANTHOXYLEÆ

(Colla l. c. tabel: I. = *Rutacearum* trib: I. ex DC. Prodr: I. 709. exclusis generibus disco hypogyno instructis.)

*Char: essentialis.*

» *Cal*: 1-sepalus (in *Chosya* 5-sepalus) plus mi-
» nusve 4-5-divisus, raro (in *Zanthoxylo*) 3-9-lobus.
» *Cor*: polypetala (in *Empleuro* et nonnullis *Zantho-*
» *xyli* speciebus o.). *Petala* tot quot calycis divisio-
» nes. *Stam*: quandoque petalorum numero æquali,
» sæpius dupla et tunc nonnulla sterilia, rarissime
» tripla, reapse hypogyna uti petala, seu non disco
» (quo destituuntur plantæ hujus ordinis), sed ovarii
» basi vel stipiti inserta. *Ovar*: plerumque stipitatum.
» *Styl*: 1. vel aliquando tot quot calycis divisiones,
» liberi aut rarius connati, interdum stigmatibus
» tantum cohærentés. *Carpella* tot quot calycis divi-
» siones, vel (abortu?) pauciora, aut in capsulam
» coalita. *Sem*: albuminosa. *Embryo* rectus (inversus
» in *Dictamno*?); *radicula* supera; *cotyl*: foliaceæ. »

*Obs*: Ordo *Zygophylleis* magis quam *Rutaceis* affinis ob stamina reapse hypogyna, varius tamen præsertim numero partium fructificationis, constans generibus 9. Arbores vel frutices, raro herbæ perennes,

foliis plerumque oppositis, interdum alternis, compositis vel simplicibus, glandulosis aromaticis, vel eglandulosis inodoris.

I. Zanthoxylum Lin: gen: n. 150. = Lam: ill: t. 811.

» *Flores* sub-dioici. *Cal*: 3-9-lobus. *Pet*: tot quot » calycis lobi, raro 0. *Stam*: tot quot calycis lobi » iisque opposita, filamentis liberis, antheris 2-lo- » cularibus. *Ovar*: stipitatum 2-9-coccum, in floribus » masculis minutum, interdum obliteratum. *Styli* tot » quot cocci quandoque connati aut apice cohæren- » tes. *Carpella* 2-valvia 1-3-sperma. »

*Obs*: Genus fructificatione varium, adhuc obscurum, forsan dividendum, constans stirpibus 43. ex DC., 38. ex Spr:, quarum nonnullæ non satis notæ. Arbores vel frutices fere omnes ex *Indiis*, sæpe aculeati, foliis plerumque alternis punctato-glandulosis, compositis, raro simplicibus.

1. *Z. punctatum* = West: st: cr: 236. In specim: meo ex Bertero *Guadalupa* lecto folia omnia trifoliolata, spinæ in ramis rarissimæ. = 2. *Z. fraxineum* = W. sp: II. 757. Umbellæ paucifloræ axillares; flores apetali. = 3. *Z. Clava Herculis* = L. sp: 1455. excl: syn: Vix a priori diversum foliolis basi sub-inæqualibus, petiolis aculeatis, paniculis terminalibus. Cult: in H. Ripul: = 4. *Z. juglandifolium* = W. sp: II. 756. Foliola magna coriacea punctata; desunt flores in specim: meo ex Balbisio. = 5. *Z. Mayu* = Colla pl: rar: chil: fasc: I. p. 13. t. V. (In sylvis montanis insulæ *Juan Fernandez* ex Bertero). Arbor procera vulgo *Mayu*. Petiolus communis seu ra-

chis leviter alata adparet, superne canaliculata ibique punctis nigricantibus ac confluentibus conspersa.

II. Dictamnus Lin: gen: n. 522. = Lam: ill: t. 344.

» *Cal*: 5-partitus deciduus. *Pet*: 5. sub-inæqualia.
» *Stam*: 10. omnia fertilia declinata sub-inæqualia
» apice glandulosa. *Ovar*: stipitatum 5-lobum 5-lo-
» culare, loculis 8-ovulatis. *Styl*: 1. declinatus. *Car-*
» *pella* 5. in capsulam interne connexam coalita abortu
» 1-2-sperma. »

*Obs*: Genus modo constans sola specie sequenti.

❀ 1. *D. albus* = L. sp: 548. = Spr: syst: I. 321. = Lam: ill: t. 344. f. 1. Ic: taur: vol. 3. t. 22. 23. Vern: *Frassinela* (*Eur*: austr: *Pedem*: in apricis collibus *Taurinensibus di Superga*, in montibus supra *Giaveno* et *Piossasco*, inter *Castiglione* et *Bardassano*, in Alpibus *Vinadiensibus*, in pascuis alpinis *Augustæ Prætoriæ* et vallis *Pellina* frequens All: n. 1679. In apricis collibus circa *Segusium* Re fl: segus: 34. et fl: torin: I. p. 225.). Herba elegans, racemis terminalibus longissimis, floribus magnis, petalis purpureis (*D. Fraxinella* Link enum: I. 398., α *purpurea* DC. Prodr: I. 712.), vel albis (*D. albus* Link l. c., *D. Fraxinella* var: β *alba* DC. l. c.), odorem graveolenti-aromaticum spirantibus.

III. Peganum Lin: gen: n. 601. = Lam: ill: t. 401.

» *Cal*: 5-partitus persistens. *Pet*: 5. æqualia. *Stam*:
» 15. basi dilatato-glandulosa. *Ovar*: sub-sessile 3-
» gonum. *Styl*: 1. erectus. *Stigma* 3-quetrum. *Cap-*

» *sula* sub - sphærica 3 - gona 3 - locularis 3 - valvis » polysperma. »

*Obs*: Genus pariter constans sola specie sequenti.

*? 1. *P. Harmala* = L. sp: 638. = Spr: syst: II. 452. = Lam: ill: t. 401. (Ad mare *Mediterraneum*, pontum *Euxinum*, et mare *Caspium*. In agro *Nicæensi* nascitur All: n. 1652. sub *Harmala multifida*). Planta herbacea vel suffruticosa, foliis sub-pinnatifidis linearibus, floribus solitariis, laciniis calycinis linearibus, petalis ovato-oblongis albis calyce brevioribus. Variat caule herbaceo calyce basi dentato, vel caule suffruticoso calyce edentulo (*P. crithmifolium* Retz obs: II. p. 84.). Cl: DC. in fl: fr: suppl: 600. hanc stirpem a Flora Pedemontana rejecit; ipse numquam inveni in agro *Nicæensi*.

## II.

## RUTACEÆ VERÆ

(Colla l. c. tabel: II. = DC. Prodr: exclusa Trib: II. et generibus 2. 3. 4. 6. 9. 12. 18. 20. 21. Trib: I.)

*Char: essentialis.*

» *Cal*: 1-sepalus plus minusve 3-4-5-divisus (in » *Cyminosma* 4-sepalus). *Cor*: polypetala, rarissime » (in *Antommarchia*) gamopetala. *Pet*: tot quot ca- » lycis divisiones (in *Diplolæna* o.). *Stam*: petalo- » rum numero sæpius duplo, rarius æquali, quorum » nonnulla frequentius sterilia evadunt. *Discus* car-

» nosus polymorphus ovarium plus minusve cingens, » petala et stamina gerens. *Styl*: 1. vel raro tot quot » ovaria et tunc coaliti. *Carpella* tot quot calycis di- » visiones, interdum abortu pauciora, distincta vel » basi coalita, vel omnino connata, sæpius cocculosa » 2-valvia elastice dehiscentia. *Sem:* albuminosa; *em-* » *bryo* rectus; *radicula* supera (excepta *Boronia*); » *cotyl*: foliaceæ. »

*Obs*: Ordo satis a *Zanthoxyleis* distinctus maxime præsentia disci ovarium cingentis, constans generibus 15., quorum nonnulla adhuc obscura et forsan ordinis proprii. Frutices, raro in *Rutæ* variis stirpibus herbæ perennes, fere omnes glandulis scatentes et aromatico odore pollentes, foliis alternis aut oppositis simplicibus vel compositis constanter exstipulatis.

. Ruta Lin: gen: 523. = Lam: ill: t. 345.

» *Cal*: 4 - rarius 3 - 5 - partitus persistens. *Pet*: tot » quot calycis divisiones disci lateribus inserta. *Stam*: » petalorum numero sæpius dupla disco superne in- » serta. *Discus*, pori nectariferi tot quot stamina. » *Carpella* in capsulam sub-globosam connata poly- » sperma. *Sem*: reniformia scabra. »

*Obs*: Genus constans stirpibus 24. ex DC., 22. ex Spr: Herbæ aut suffrutices graveolentes, glaucescentes, foliis alternis simplicibus vel varie compositis, floribus corymbosis lutescentibus.

❋ 1. *R. graveolens* = L. sp: 548. = Spr: syst: II. 320. = Duham: arb: II. t. 61. Ic: taur: vol. 10. t. 65. (*Eur*: austr: In Comit: *Nicæensi* et *Uneliæ*; circa *Se-*

*gusium* var: *minor* frequentior est All: n. 1024. In rupibus circa vineas *di Mompantero* Re fl: segus: 34.). Planta officinalis suffruticosa, ubique in hortis culta.

2. *R. corsica* = DC. Prodr: I. 710. = 3. *R. macrophylla* = Bot: mag: t. 2018. *R. chalepensis* α L. (Utraque crescit etiam in *Sardinia* ex Morisio st: sard: I. 11.)

* 4. *R. angustifolia* = Pers: ench: I. 464. = Spr: syst: II. 320. = Bot: mag: t. 2311. sub *R. chalepensi* β L. (*Eur*: austr: *Liguria* promontorio *Portofino* locis siccis apricis sterilibus Viv: ann: bot: I. par: 2. p. 170. Frequens in ora *Liguriæ* ubi numquam occurrit *R. graveolens* Bertol: am: ital: p. 356. In *Asia* min: occurrit var: *crithmifolia* a cl: DC. Prodr: I. 710. admissa tamquam species distincta). Suffrut: foliis tenuiter supra-decompositis, petalis ciliatis. In hortis culta adquirit folia lata, et tunc non distinguitur a *R. graveolente* nisi ciliis petalorum, et iisdem culinæ usibus præstat sec: Bertol: l. c.

5. *R. fernandezia* = Colla pl: rar: chil: p. 14. (In pascuis petrosis collium ins: *Juan Fernandez* ex Bertero). Media inter *R. graveolentem* et *angustifoliam*.

* 6. *R. montana* = Clus: hist: II. p. 136. = Spr: syst: II. 320. = Jacq: ic: rar: I. t. 76. sub *R. legitima* (*Eur*: austr:, *Afr*: bor: *Pedem*: in sterilibus circa *Cusano* in valle *Staforæ* All: n. 1023. sub *R. legitima*). Valde dubito *R. legitimam* a cl: All: descriptam ad *R. montanam* Clus: pertinere. Specim: mea ex Molinerio, quem Allionius dicit stirpem suam invenisse in locis supra indicatis, præbent folia inferiora valde diversa, scilicet minus decomposita, foliolis non

reapse *linearibus* sed *ovato - oblongis* ; insuper petala in *R. montana* sunt *lutea*, in specim: et ex descriptione Allionii fere *viridia*.

7. *R. pinnata* = L. fil: suppl: 232. (*Canariis*). Suffruticulosa. Folia impari-pinnata ; pedunculi sub-corymbosi ; fructus indehiscentes. = 8. *R. patavina* = L. sp: 549. (Prope *Pataviam*). Folia ternata ; corymbi conferti. = 9. *R. tuberculata* = Forsk: descr: 86. (*Ægypto*, *Nubia*). Perenn: Folia simplicia integra tuberculosa oblonga ; corymbi dichotomi ; capsula pilosiuscula.

II. Antommarchia Colla mém: sur la fam: des *Rutacées* c. ic: ined: (*Correæ* sp: Smith).

» *Cal*: sub-integerrimus persistens. *Cor*: gamopetala » cylindracea limbo 4-fido erecto. *Stam:* 8. inæqualia » erecta, quorum 4. vix exserta filamentis basi di- » latatis disco inferne insertis. *Discus* glandulis ne- » ctariferis 8. ovarium ad basim cingentibus. *Styl*: 1. » persistens. *Caps:* 4-cocca coccis 2-3-spermis. *Sem*: » nitida (flores penduli). »

*Obs*: Frutices pulcherrimi ex *N. Holland*: foliis oppositis integris, pedunculis axillaribus 1-floris.

1. *A. rubra* = Colla l. c. c. ic: Sub *Correa* Smith. *Correa speciosa* DC. Prodr: I. 719. = 2. *A. virens* = Colla l. c. Sub *Correa* Smith et DC. l. c. Cultæ in h. Ripul:

III. Correa Smith tr: Lin: soc: IV. = Andr: bot: rep: t. 18.

» *Cal*: 4-dentatus persistens. *Pet*: 4. patentia ca-

» duca. *Stam*: 8. sub-æqualia patentia. Cetera *An-*
» *tommarchiæ* ( flores erecti ). »

1. *C. alba* = Andr: bot: rep: p. et t. 18. = 2. *C. rufa* = Gærtn: fr: III. p. 155. t. 210. Cultæ in h. Ripul: ex *N. Holland:*

IV. Boronia Smith tr: Lin: soc: p. 285. = Gærtn: fr: III. p. 156. t. 211.

» *Cal*: 4-fidus persistens. *Pet:* 4. persistentia. *Stam*:
» 8. quorum sæpius 4. abortiva, filamentis basi sub-
» planis superius glandulosis. *Discus* glandulosus. *Styl*:
» 4. breves in 1. coaliti. *Carpella* 4. 2-valvia intror-
» sum connata in capsulam 4-locularem loculis sub-
» monospermis. *Sem*: ovato-compressa. »

*Obs*: Genus constans 13-14. speciebus ex *N. Hollandia.* Frutices foliis oppositis simplicibus vel impari-pinnatis, floribus axillaribus sæpius purpurescentibus.

1. *B. pilosa* = Labill: N. Holl: I. p. 97. t. 124. Specim: ex hb: Bellardi a Labill: missum; foliola ita approximata ut folia verticillata quasi referant.

V. Zieria Smith tr: Lin: soc: IV. p. 216. = Lam: ill: supp: cent: 10.

» *Cal*: 4-fidus. *Pet*: 4. *Stam:* glabra glandulis superne
» inserta. *Discus*, glandulæ 8. ovarium cingentes. *Styl*:
» 1. *Stigma* 4-lobum. Fructus et semina *Boroniæ.* »

*Obs*: Genus constans 9. stirpibus ex *N. Hollandia.* Frutices arboresve foliis oppositis ternatis summis simplicibus, floribus axillaribus parvis albidis.

1. *Z. lanceolata* = Brown in Sm: cycl: n. 1. Spe-

cim: ex planta jam culta in H. Taurinensi sub nomine *Z. trifoliatæ* perfecte quadrat cum descriptione *Z. lanceolatæ* Brown seu *Z. Smithii* Andr:

VI. Evodia Font: gen: XIV. t. 7. non Gærtn:

» *Cal*: 4-5-partitus persistens. *Pet*: 4-5. membra-
» nacea. *Stam*: totidem glandulis superne inserta. *Di-
» scus*, glandulæ 4-5. ovarium cingentes. *Styl*: 1. bre-
» vissimus. *Stigm:* sub-capitatum. *Caps:* 4-cocca coccis
» basi connexis 2-valvibus 1-2-spermis, vel drupæ
» 4. exsuccæ in *E. drupacea* Labill: »

*Obs*: Genus constans 5-6. stirpibus exoticis fruticosis, foliis oppositis ternatis, floribus axillaribus corymbosis.

1. *E. hortensis* = Font: gen: XIV. t. 7. (*N. Holland:*). Specim: optimum ex Labill:; paniculæ elongatæ folia superantes.

VII. Eriostemon Smith in tr: Lin: soc: IV. p. 221. = Labill: n. holl: I. t. 141.

» *Cal*: 5-partitus. *Pet*: 5. patentia. *Stam*: 10. his-
» pida, ciliata, aut nuda. *Discus* glandulosus ovarium
» cingens. *Styl*: 1. brevissimus. *Stigm*: obtusum. *Car-
» pella* 5. basi coalita 2-sperma aut (abortu) mono-
» sperma. *Sem*: reniformia. »

*Obs*: Frutices 5-7. ex *N. Hollandia* quorum nonnulli valde dubii, foliis alternis simplicibus, floribus axillaribus.

1. *E. squammeum* = Labill: n. holl: I. p. 111. t. 141. Specim: ex Labill: habitu *Phebalii* cui conjunctum a cl: A. Jussieu sub nomine *Ph*: *Billardieri*.

VIII. Diosma Lin: gen: n. 272. = Lam: ill: t. 127.

» *Cal*: 5-partitus persistens. *Pet*: 5. sessilia. *Stam*:
» 10. quorum 5. petalis alterna antherifera, 5. ste-
» rilia polymorpha. *Discus* varius basi ovarium cin-
» gens. *Styl*: 1. brevis. *Carpella* 5. vel abortu pau-
» ciora intus conniventia 1-2-sperma. *Sem*: nitida
» arillata. »

*Obs*: Genus jam a W. en: 256., hinc a Wendl: coll: I. in plura divisum ratione staminum sterilium et disci structuræ, nunc a cll: DC. et Spr: demum in unum rite restauratum, habitus enim in omnibus idem. Species 75. circiter in tot sectiones quot genera Wendl: dividendæ. Frutices capenses sæpius ericoidei, foliis punctato-glandulosis aromaticis integris aut sub-crenatis, inflorescentia varia.

*Sect*: I.

Filamenta sterilia staminiformia cum rudimento antherarum (*Adenandra* W., *Glandulifolia* Wendl:)

1. *D. uniflora* = Schrad: sert: hann: I. t. 8. Flores terminales solitarii magni. = 2. *D. speciosa* = Sims bot: mag: t. 1291. Flores terminales solitarii vel umbellati majores quam in priori; species adhuc obscura culta in H. Ripul: sub *Adenandra umbellata*. = 3. *D. fragrans* = Sims bot: mag: t. 1519. Flores terminales aggregati longe pedunculati rosei.

*Sect*: III.

Filamenta sterilia petaliformia
(*Agathosma* W., *Bucco* Wendl:)

4. *D. pulchella* = L. sp: 288. Pedunculi axillares vel terminales 1-2-flori; flores parvi albidi. = 5. *D. ciliata* = L. sp: 287. Flores terminales capitato-umbellati parvi albi; stamina fertilia longe exserta. Cult: in H. Ripul: = 6. *D. rugosa* = Thb: fl: cap: II. p. 138. Priori valde affinis, sed folia rugosa, pedunculi glanduloso-pilosi. Cult: in H. Spinii. = 7. *D. imbricata* = Thb: fl: cap. II. p. 145: Huc pertinet sec: Spr: *Agathosma acuminatum* W., *Bucco* Wendl: a cl: DC. distinctum sub *D. acuminata*. Umbellæ terminales aggregatæ multifloræ; flores minimi purpurascentes. An huc referenda *D. capitata* L. mant: 210. a Spr: omissa et a DC. distincta in Prodr: I. 717.? Ita censet Steud: quoad *D. imbricatam* Dumonc: non Thb: Specim: mea ex plantis cultis sub utroque nomine minime differunt.

*Sect*: V. *Eudiosma*.

Stam: sterilia evanida aut sub-squamiformia
(*Diosma* W. et Wendl:)

8. *D. oppositifolia* = Thb: fl: cap: II. p. 132. Folia non semper opposita, quandoque alterna et ad apicem ramorum sub-imbricata; flores terminales sub-corymbosi parvi albi. = 9. *D. hirsuta* = Thb: fl: cap: II. p. 128. Flores terminales sub-corymbosi

mediocres, petala sub-emarginata ex sicco albida. = 10. *D. ericoides* = Thb: fl: cap: II. p. 130. Flores in specim: meis sub-bini, non terminales tantum sed nonnulli axillares: folia leviter *mucronata* nec *obtusa* uti in diagnosi Auctorum. Culta ubique in hortis sub allato nomine, an ad aliam speciem pertinet?

*Species dubiæ.*

11. *D. fœtidissima* = Spr: syst: I. 785. Flores in specim: terminales aggregati erecti pedunculique glaberrimi parvi; calyx coloratus; petala albida calycis longitudine. *Barosma* Bertol: sec: Spr: l. c.; omissa a DC.; sub *Barosma* W. = 12. *D. filiformis* = Hortul: ? Rami filiformes, folia alterna vel sparse cordata acuta punctata ciliata; desunt flores in specim: = 13. *D. cordata* = H. Berzetti. Non invenitur sub hoc nomine penes Spr: syst:; Steud: citat Gmel: H. C., cl: DC. inter species non satis notas refert *D. cordatam* Mart: en: IV. col: 67., sed inflorescentiam silet. In planta mea rami sunt rubescentes verticillati; folia alternatim approximata sub-cordata punctata sub-revoluta ciliis rarissimis glandulosis margine instructa; flores minutissimi viridescentes in umbellam terminalem valde coarctatam dispositi. = 14. *D. purpurea* = Hortul: ? Videtur *D. rubra* L. Specim: meum quadrat cum diagnosi DC. Prodr: I. 717. = 15. *D. plumosa?* Specim: ex Perret sine flore; folia linearia cuspidata glabriuscula sub-imbricata. = 16. *D. lanceolata?* Culta in H. Ripul: sub hoc nomine, videtur pertinere ad *D. thymifoliam* W. (*obtusa* R. et S. sub *Bucco*), cujus varr: enumerantur a cl: DC.

Prodr: I. 18.: magis accedit ad var: γ *lanceolata* (*Hartogea* L.), sed folia in planta mea *vix* non *longe* ciliata: flores terminales capitato-umbellati; calyx coloratus petalis ovatis albidis duplo brevior.

## III.

### CUSPARIEÆ

( Colla l. c. tabel: III. = DC. mem: mus: IX. p. 141. = *Rutacearum* Trib: II. DC. Prodr: I. 729.)

*Char: essentialis.*

» *Cal:* 1-sepalus raro 4-sæpius 5-dentatus vel » 5-fidus. *Cor:* gamopetala regularis tubulosa, limbo » in tot lacinias quot calycis divisiones. *Stam:* varia, » sæpius 5., quorum 2. antherifera majora, 3. ste- » rilia minora. *Discus* carnosus ovarii basim cingens » plerumque stamina, raro corollam gerens. *Styl:* 1. » vel raro 5. in unum coaliti. *Carpella* 1-5. sæpius » (abortu?) monosperma. *Sem:* (ex S. Hill:) exal- » buminosa. »

*Obs:* Ordo constans ex DC. 7. generibus, quorum 2. (*Barraldeja* Pet: Th: et *Hortia* Wendl:) adhuc obscura; 2. affinia quidem, sed propter absentiam disci ad veras *Cusparieas* haud pertinentia (*Erythrochiton* Nees et Mart:, et *Monniera* L.); 3. reapse naturalia (*Galipea* Aubl:, *Ticorea* Aubl:, *Diglottis* Nees et Mart:): omnia intratropicalia et rarissima in calidariis europæis. Unum tantum possideo in herbario.

I. ERYTHROCHITON Nees et Mart: nov: act: bonn: XI. p. 165. t. 18. f. 1.

» *Cal:* 2-labiatus, labio superiore 2- inferiore 3-
» dentato. *Cor:* sub-hypocrateriformis, limbo 5-fido
» patente. *Stam:* 5. omnia fertilia basi monadelpha.
» *Styl:* 5. in 1. coaliti. *Stigm:* 5-sulcatum. *Carpella*
» 5. aggregata 2-valvia 2-sperma. »

*Obs:* Genus constans unica specie ex NEES et MART: a SPR: ad *Bomplandiam* W. relata sub *B. Erythrochiton* (SPR: syst: I. 780.), a quo genere differt calycis 2-labiati structura, nec non absentia disci quem in *Bomplandia* ipse SPR: admittit nomine *nectariorum* 10. *squamæformium* (ib: p. 518. n. 856.).

1. *E. brasiliensis* = Nees et Mart: l. c. Specim: a cl: MARTIO communicatum sine nomine specifico nimis mancum ut asseri possit an diversam speciem constituat.

Obs: geographica circa *Rutaceas*.

*Rutaceæ* per totum orbem sparsæ sec: DC. . 134
*Rutaceæ* pedemontanæ . . . . . . 5
Unde vix 26.am partem constituunt.

# Ordo LII.

## SIMARUBEÆ

(Rich: ann: fr: p. 21. = DC. Prodr: I. 733.)

*Char: essentialis.*

» *Cal*: 4-5-partitus persistens. *Pet*: 4-5. hypogyna.
» *Stam*: petalis numero æqualia aut dupla disco hy-
» pogyno inserta. *Styl*: 1. filiformis basi ampliatus.
» *Carpella* tot quot petala axi inserta 2-valvia intus
» dehiscentia 1-sperma. *Sem*: exalbuminosa pendula.
» *Radic*: supera. *Flores* quandoque abortu monoici. »

*Obs*: Ordo parum naturalis, *Cusparieis veris* valde affinis ob disci hypogyni præsentiam, et semina exalbuminosa, constans generibus 4. vix distinctis. Arbores aut frutices e *Tropicis*, cortice amarissimo, succo lacteo, foliis alternis pinnatis exstipulatis.

. Quassia Lin: gen: n. 728. = Lam: ill: t. 343.

» *Flores* hermaphroditi. *Cal*: 5-partitus. *Pet*: 5.
» *Stam*: 10. filamentis basi squamis (disco) suffultis.
» *Styl*: simplex. Cetera ordinis. »

*Obs*: Genus jam cum *Simaruba* conjunctum, nunc distinctum et unicam speciem sequentem continens.

1. *Q. amara* = L. fil: suppl: 235. Arbor glabra, foliis impari-pinnatis, rachide alata, racemis terminalibus, floribus magnis rubicundis; cortex officinalis. In specim: perfectissimo a cl: Bertero misso ex

*Antillis* folia nonnulla sunt simplicia magnitudine folioli imparis sc: elliptica acuta, in illis petiolus nudus; quandoque petiolus alatus unum tantum refert foliolum ceteris fere duplo majus, forsan abortu lateralium; cetera sunt 1-2-juga.

II. SIMARUBA Aubl: guyan: II. p. 856. = Swartz act: holm: 1788. p. 302. t. 8. sub *Quassia*. Cons: A. Juss: Rutac: p. 131. t. 27. n. 44.

» *Flores* monoici aut polygami. *Stam:* 5-10. *Styl:* » apice partitus. Cetera *Quassiæ.* »

*Obs:* Genus a *Quassia* vix distinctum notis allatis, constans ex DC. 3. stirpibus a SPR: sub *Quassia* enumeratis. Arbores fruticesve *Antillas* colentes, foliis pinnatis, floribus paniculatis.

1. *S. excelsa* = DC. diss: ochn: ann: mus: XVII. p. 324. n. 3. Folia impari-pinnata 8-10-juga, rachide nuda; flores polygami 5-andri, stylus apice 3-fidus. Specim: ex BERTERO.

III. ZWINGERA Schreb: gen: n. 1752. = *Simaba* et *Aruba* Aubl: = *Simaba* S. Hill: et DC.

» *Flores* hermaphroditi. *Cal:* 4-5-fidus. *Pet:* 4-5. » basi lata. *Stam:* 10. rarius 8. filamentis apice gla- » bris basi dilatato-squamatis. *Styl:* 5. coaliti. Cetera » ordinis. »

*Obs:* Genus constans 7-8. stirpibus americanis.

1. *Zw: floribunda* = Spr: syst: II. 319. Specim: ex cl: MARTIO e *Brasilia* sub *Simaba*. = 2. *Zw: discolor.* « Foliis impari-pinnatis, foliolis 2-3-jugis el- » lipticis basi attenuatis apice obtusis emarginatis dis-

» coloribus, racemis axillaribus compositis, pedun-
» culis partialibus ad basim nudis 8-10-floris. » Nob:
(Habit: *Brasil*: secus *Rio Doro*).

*Obs*: Stirps hæc communicata a cl: Martio sub nomine generico *Simabæ*, ac sine nomine specifico, affinis valde videtur *Zw*: *amaræ* W. (*Simaba gujanensis* Aubl: et DC.); differt tamen foliolis potius *ellipticis* quam *oblongis*, haud *acuminatis* uti in descriptione et figura Aubl: (guy: I. p. 400. t. 153.), immo *obtusis*, discoloribus sc: superne viridibus inferne violaceis, quod silet Aubletius. Pedunculi in specim: non 3-flori uti in observatione W. sp: II. 569. et figura Aubletii, sed racemosi compositi, partiales multiflori ad basim *nudi* nec *squamula* muniti; demum frutex brasiliensis nec gujanensis.

Obs: geographica circa *Simarubeas*.

*Simarubeæ* ex DC. sistunt numero 13., quarum nullæ europææ.

## Ordo LIII.

### OCHNACEÆ

(DC. ann: mus: XVII. p. 398. et Prodr: I. 735. = Lam: ill: t. 472.

*Char: essentialis.*

» *Cal:* 5-sepalus persistens æstivatione imbricatus.
» *Pet:* 5-10. hypogyna. *Stam:* 5-10. aut indefinita
» æstivatione imbricata disco hypogyno inserta. *An-*
» *theræ* 2-loculares varie dehiscentes. *Styl:* 1. basi
» ampliatus in discum carnosum sub-globosum (*gy-*
» *nobasis*). *Carpella* tot quot petala gynobasi inserta,
» circa stylum verticillata, indehiscentia, sub-dru-
» pacea, 1-sperma. *Sem:* exalbuminosa. »

*Obs:* Ordo parum naturalis forsan *Cusparieis* cum *Simarubeis* conjungendus inspecta fructificatione et præsentia disci hypogyni; sed discus hic valde ampliatus, et forma diversa; habitus quoque distinctus. Constat ex DC. 5. generibus, quorum 3. (*Ochna*, *Gomphia* et *Walkera*) vix inter se distincta, alia obscura. Arbores vel frutices intratropicales, foliis alternis simplicibus, floribus racemosis, pedicellis articulatis raro solitariis.

I. Gomphia Schreb: gen: p. 291. = Lam: ill: t. 472.

» *Pet:* 5. *Stam:* 10. filamentis sub-nullis, antheris
» pyramidatis erectis apice poro duplici dehiscentibus.»

*Obs*: Genus constans stirpibus 24.

1. *G. Jabatapita* = Swartz fl: ind: occid: II. p. 740. Specim: c. fructu ex Bertero perfecte quadrat cum icone Lam: ill: t. 472. f. 2.

Obs: geographica circa *Ochnaceas*.

*Ochnaceæ* ex DC. constant numero 40., quarum nullæ europææ.

---

## Ordo LIV.

### CORIARIEÆ

(DC. Prodr: I. 739. = Lam: ill: t. 822. = Inter genera *incertæ sedis* Juss: gen: p. 441.)

*Char*: *essentialis*.

» *Flores* hermaphroditi vel diclini. *Cal*: 10-fidus » lobis 5. exterioribus majoribus, 5. interioribus mi- » noribus callosis. *Pet*: o. *Stam*: 10. toro (*disco*) hy- » pogyno inserta. *Ovar*: toro crassiusculo insidens, » terminans stigmatibus (*styli* Juss:) 5. subulatis. » *Fructus* constans carpellis 5. (*nuculæ* Spr:) conni- » ventibus indehiscentibus 1-spermis a basi ad me- » dium glandulosis. *Sem*: pendulum exalbuminosum; » *embryo* rectus. »

*Obs*: Ordo constans unico genere in serie naturali valde dubio.

I. Coriaria Niss: act: par: 1711. t. 12.

*Charact*: *ordinis*. Frutices ramis oppositis 4-gonis, foliis oppositis simplicibus, floribus racemosis terminalibus, pedicellis bracteatis: habitus in omnibus stirpibus proprius. Species 6 - 7., quarum una tantum europæa.

* 1. *C. myrtifolia* = L. sp: 1467. = Spr: syst: II. 440. = Lam: ill: t. 822. (*Eur*: austr:, *Afr*: bor: Ad sepes in Comitatu *Nicæensi* vulgaris All: n. 1758.).

Obs: geographica circa *Coriarieas*.

| | |
|---|---|
| *Coriarieæ* ex DC. per orbem sparsæ . . | 7 |
| *Coriarieæ* pedemontanæ . . . . . . | 1 |

Et sic 7.am partem constituunt.

# INDEX

## ORDINUM ET GENERUM

### IN I. VOLUMINE CONTENTORUM

A

Abroma . . . . 426
Acer . . . . . 480
ACERINEÆ . . . 480
Achania . . . . 399
Aconitum . . . . 61
Actæa . . . . 71
Adansonia . . . 422
*Adenandra* . . . 550
Adonis . . . . 23
Æsculus . . . . 484
Æthionema . . . 153
Aldrovanda . . . 274
ALSINEÆ . . . . 338
Althæa . . . . 387
Alyssum . . . . 137
*Amirola* . . . . 492
AMPELIDEÆ . . . 497
Ampelopsis . . . 499
Anastatica . . . 149
Androsæmum . . . 458
Anemone . . . . 14
ANEMONEÆ . . . . 6
Anona . . . . 84
ANONACEÆ . . . 83
Antommarchia . . . 547
Aquilegia . . . . 53
Arabis . . . . 176
Arenaria . . . . 349
Argemone . . . . 104
Aruba . . . . 556
Asimia . . . . 85
Astrapæa . . . . 437
Atragene . . . . 2
AURANTIACEÆ . . 454
Averrhoa . . . . 528
Ayenia . . . . 428
Azara . . . . 239

B

Balanites . . . . 539
*Balsamina* . . . 526
BALSAMINEÆ . . . 526
Banisteria . . . . 478
Barbarea . . . . 187
*Bartramia* . . . 441

BERBERIDEÆ . . . 89
Berberis . . . . . 90
Billardiera . . . 283
Biscutella . . . . 130
Bixa . . . . . 238
BIXINEÆ . . . 238
Bocconia . . . . 105
BOMBACEÆ . . . 420
Bombax . . . . 422
Boronia . . . . 548
Brassica . . . . 213
*Bucco* . . . . 551
Buffonia . . . . 338
Bunias . . . . 125
Bursaria . . . . 285
Byttnera . . . . 427
BYTTNERIACEÆ . . 425
BYTTNERIEÆ . . . 426
Byrsonima . . . . 477

C

Cakile . . . . 121
Calepina . . . . 119
Calophyllum . . . 469
Caltha . . . . 45
Camelina . . . . 165
Camellia . . . . 451
CAMELLIEÆ . . . 451
Canella . . . . 470
CAPPARIDEÆ . . . 229
Capparis . . . . 233
Cardamine . . . 171
Cardiospermum . . . 488
Carolinea . . . . 423
*Caryocal* . . . . 486
CARYOPHYLLEÆ . . 288
Cedrela . . . . 496
CEDRELACEÆ . . . 494
Cerastium . . . . 361
Ceratocephalus . . . 25
Cheiranthus . . . 188
Chelidonium . . . 107
Cherleria . . . . 368
CHLENACEÆ . . . 447
Chorisia . . . . 425
Chorispora . . . 126
Cissampelos . . . 87
Cissus . . . . 499
CISTINEÆ . . . 240
Cistus . . . . 240
Citrus . . . . 456
CLEMATIDEÆ . . . 2
Clematis . . . . 3
Cleome . . . . 230
Clypeola . . . . 128
Cochlearia . . . 160
Cookia . . . . 455
Corchorus . . . 440
Coriaria . . . . 560
CORIARIEÆ . . . 559
Coronopus . . . 123
Correa . . . . 547
Corydalis . . . . 109
COTYLEDONEÆ (plantæ) 1
Crambe . . . . 120
Cratæva . . . . 232
CRUCIFERÆ . . . 117
Cucubalus . . . 310
Cupania . . . . 491
CUSPARIEÆ . . . 553
Cysticapnos . . . 113

D

Delphinium . . . 55
Dentaria . . . . 169
Dianthus . . . . 293
DICOTYLEDONEÆ
(plantæ) . . . 1

Dictamnus . . . 543
DILLENEÆ . . . . 77
Dillenia . . . . 78
DILLENIACEÆ . . 76
Diosma . . . . 550
Diplotaxis . . . . 223
Dodonæa . . . . 493
Dombeya . . . . 436
DOMBEYACEÆ . . . 435
Draba . . . . 156
Drosera . . . . 273
DROSERACEÆ . . 272
Drymaria . . . . 345
Drypis . . . . 337

E

ELÆOCARPEÆ . . 445
Elæocarpus . . . 446
Elatine . . . . 341
Epimedium . . . 92
Erodium . . . . 511
Eriostemon . . . 549
Erucaria . . . . 225
Erysimum . . . . 207
Erythrochiton . . . 554
ERYTHROXYLEÆ . . 474
Erythroxylum . . . 474
Evodia . . . . 549
EXOGENÆ (plantæ) . 1

F

Fagonia . . . . 536
Farsetia . . . . 154
Flacourtia . . . 236
FLACOURTIANEÆ . 236
Frankenia . . . 287
FRANKENIACEÆ . . 286
Fugosia . . . . 406
Fumaria . . . . 114
FUMARIACEÆ . . 109

G

Galphimia . . . 477
Garidella . . . . 50
GERANIACEÆ . . 501
Geranium . . . . 502
*Glandulifolia* . . . 550
Glaucium . . . . 106
Glossarhen . . . 257
Gomphia . . . . 558
Gordonia . . . . 449
Gossypium . . . 405
Grewia . . . . 442
Guajacum . . . 538
GUTTIFERÆ . . . 468
Gypsophila . . . 289

H

Helianthemum . . . 244
Helicteres . . . 420
Heliocarpus . . . 439
Heliophila . . . 226
HELLEBOREÆ . . . 45
Helleborus . . . 46
*Hepatica* . . . .14-23
Heritiera . . . . 426
Hermannia . . . 433
HERMANNIEÆ . . . 429
HESPERIDEÆ . . . 454
Hesperis . . . . 196
Hibbertia . . . . 77
Hibiscus . . . . 399
HIPPOCASTANEÆ . 483
Hippocratea . . . 478
HIPPOCRATEACEÆ . 472
Hiræa . . . . 477

Holosteum . . . 343
Hutchinsia . . . 142
Hypecoum . . . 108
HYPERICINEÆ . . 458
Hypericum . . . 459

I

Iberis . . . . 144
ILLICIEÆ . . . . 79
Illicium . . . . 79
Impatiens . . . . 526
Isatis . . . . 129
Isopyrum . . . . 49

K

Kiggelaria . . . . 237
Kitaibelia . . . . 387
Koelreuteria . . . 492

L

Lagunea . . . . 418
LASIOPETALEÆ . . . 428
*Lasiopetalum* . . . 428
Lavatera . . . . 390
Lepidium . . . . 149
LINEÆ . . . . 370
Linum . . . . 370
Liriodendron . . . 82
Llagunoa . . . . 492
Lunaria . . . . 135
Lychnis . . . . 332

M

Magnolia . . . . 80
MAGNOLIACEÆ . . . 79
MAGNOLIEÆ . . . 80
Mahernia . . . . 435
Malachodendron . . . 449
Malachra . . . . 394
Malcolmia . . . . 195
Malpighia . . . . 476
MALPIGHIACEÆ . . . 475
Malope . . . . 379
Malva . . . . 379
MALVACEÆ . . . 378
Mammea . . . . 469
Marcgravia . . . 471
MARCGRAVIACEÆ . . 471
Martia . . . . 467
Mathiola . . . . 191
Melhania . . . . 436
Melia . . . . 495
MELIACEÆ . . . 494
Melianthus . . . 539
Melicocca . . . . 491
Melochia . . . . 429
MENISPERMACEÆ . . 86
MENISPERMEÆ . . . 87
Menispermum . . . 88
Moehringia . . . 340
*Molinea* . . . . 491
*Mollugo* . . . . 342
*Mongeotia* . . . 430
Monsonia . . . . 502
Moricandia . . . 222
Morisia . . . . 225
Muraltia . . . . 280
Murraya . . . . 455
Myagrum . . . . 120
Myosurus . . . . 25

N

Nandina . . . . 92
*Napæa* . . . . 407
Nasturtium . . . 166

Nelumbium . . . . 96
Neslia . . . . 118
Nigella . . . . 50
Notoceras . . . . 188
Nuphar . . . . 97
Nymphæa . . . . 96
NYMPHÆACEÆ . . 95

O

OCHNACEÆ . . . 558
Ochroma . . . . 424
Ochthodium . . . 125
OLACINEÆ . . . 453
Ortegia . . . . 338
OXALIDEÆ . . . 528
Oxalis . . . . 529

P

*Pachira* . . . . 423
Pæonia . . . . 72
PÆONIACEÆ . . 71
Palavia . . . . 407
Papaver . . . . 99
PAPAVERACEÆ . . 99
Parnassia . . . . 274
Paullinia . . . . 489
*Pavia* . . . . 484
Pavonia . . . . 395
Peganum . . . . 543
*Pekea* . . . . 486
Pelargonium . . . 516
Peltaria . . . . 134
Pentapetes . . . 435
Petrocallis . . . 142
Pharnaceum . . . 342
PITTOSPOREÆ . . 283
Pittosporum . . . 284
Pleurandra . . . 77
PODOPHYLLEÆ . . 94
Podophyllum . . . 94
Polygala . . . . 276
POLIGALEÆ . . . 276
Porliera . . . . 538
Pteroneurum . . . 171
Pterospermum . . . 437
Pulsatilla . . . 14-15

Q

Quassia . . . . 555

R

Radiola . . . . 377
Ranunculeæ . . . 25
RANUNCULACEÆ . . 2
Ranunculus . . . 26
Raphanus . . . . 126
Redoutea . . . . 406
RHIZOBOLEÆ . . . 485
*Rhizobolus* . . . 486
Ricotia . . . . 136
*Riedleja* . . . . 430
Ruta . . . . 545
RUTACEÆ . . . 540
Rutaceæ veræ . . . 544

S

Sagina . . . . 339
Sanguinaria . . . 105
*Saonari* . . . . 486
SAPINDACEÆ . . . 487
Sapindus . . . . 490
Saponaria . . . . 307
Sarmentaceæ . . . 497
Sauvageæ . . . . 270
Sauvagesia . . . 270

Seriana . . . . 488
Sida . . . . . 407
Silene . . . . 310
SILENEÆ . . . . 289
SILICULOSÆ VERÆ . . 135
SILIQUOSÆ GENUINÆ . . 169
SILIQUOSÆ SPURIÆ . . 166
*Simaba* . . . . 556
Simaruba . . . . 556
SIMARUBEÆ . . . 555
Sinapis . . . . 218
Sisymbrium . . . 199
Sodada . . . . 233
Solea . . . . 268
Sparmannia . . . 439
Spergula . . . . 343
Stellaria . . . . 346
Sterculia . . . . 425
STERCULIEÆ . . . 425
Stylophorum . . . 104
Succovia . . . . 124
Swietenia . . . . 496
SYNCLISTÆ . . . . 118

T

Teesdalia . . . . 148
Ternstroemia . . . 448
TERNSTROEMIACEÆ . 448
Tetratheca . . . 282
THALAMIFLORÆ (plantæ) 1
Thalictrum . . . 6
Thea . . . . 452
Thespesia . . . . 405
Thlaspi . . . . 162
Thomasia . . . . 428
Tilia . . . . . 443
TILIACEÆ . . . 438
TREMANDREÆ . . 281
Tribulus . . . . 535
Trichilia . . . . 495
Tricuspis . . . . 446
Triopteris . . . . 478
Triphasia . . . . 455
Triumfetta . . . 441
Trollius . . . . 45
TROPÆOLEÆ . . 523
Tropæolum . . . 523
Turritis . . . . 186

U V

Urena . . . . 394
VASCULARES (plantæ) . 1
Velezia . . . . 337
Vella . . . . 153
Vesicaria . . . . 155
VINIFERÆ . . . . 497
Viola . . . . 258
VIOLARIEÆ . . . 256
VIOLEÆ . . . . 257
Visenia . . . . . 430
Vitis . . . . 499
VALLICHIEÆ . . 437
Waltheria . . . 432

X

Xanthorrhiza . . . 72

Z

ZANTHOXYLEÆ . . . 541
Zanthoxylum . . . 542
Zieria . . . . 548
Zilla . . . . . 124
Zwingera . . . . 556
Zygophylleæ . . . 535
Zygophyllum . . . 537

V. SCIOLLA R. A.

*V. Imprimatur* :
Vachino pro Magna Cancellaria.

Augustae Taurinorum die 29 novembris 1833.

af1 224

New York Botanical Garden Library
QK 332 .C58 v.1 gen
Colla, Luigi/Herbarium Pedemontanum; jux
3 5185 00110 4965